SANCTI EPHRAEM SYRI

HYMNI ET SERMONES.

ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ
ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܡܠܦܢܐ

SANCTI EPHRAEM SYRI

HYMNI ET SERMONES

QUOS E CODICIBUS LONDINENSIBUS,
PARISIENSIBUS ET OXONIENSIBUS DESCRIPTOS EDIDIT,
LATINITATE DONAVIT, VARIIS LECTIONIBUS INSTRUXIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

THOMAS JOSEPHUS LAMY

ECCL. CATH. NAMURC. CAN. HON., S. THEOL. DOCT., ORD. LEOP. EQUES,
ACADEM. REG. BRUX. SOCIUS, S. SCRIPT. ET LINGG. SEMITT. PROF. ORD.,
ET COLL. MAR. THER. PRÆSES.

TOMUS I.

MECHLINIÆ,

H. DESSAIN, SUMMI PONTIFICIS, S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
ET ARCHIEPISCOPATUS MECHLINIENSIS TYPOGRAPHUS.

M. D. CCC. LXXXII.

IMPRIMATUR.

Opus quod inscribitur : *Sancti Ephraem Syri Hymni et Sermones, quos e codicibus Londinensibus, Parisiensibus et Oxoniensibus descriptos edidit, latinitate donavit variis lectionibus instruxit, notis et prolegomenis illustravit* Thomas Josephus Lamy, *Eccl. cath. Namurc. Can. hon., S. Theol. Doct., Ord. Leop. Eques, Academ. Reg. Brux. Socius, S. Script. et Lingg. Semitt. Prof. ord., et Coll. Mar. Ther. Præses*, ex auctoritate Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi Mechliniensis et legum Academicarum præscripto recognitum, quum fidei aut bonis moribus contrarium nihil continere visum fuerit, imprimi potest.

Datum Lovanii, die 21 Martii 1882.

C. PIERAERTS, Rect. Univ.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI

LEONI XIII.

Ecce sub auspiciis SANCTITATIS TUÆ publicam in lucem prodit tomus primus Operum Syriacorum Sancti Ephræmi, quæ hucusque in Codicibus Londinensibus Parisiensibus et Oxoniensibus delitescebant. Ab Oriente et Ægypto iterum in Europam profectus, præclarus Syrorum doctor suos de Epiphania, de Sacra Cœna, et de Crucifixione hymnos, sermonesque de Domino, de admonitione et pœnitentia, de muliere peccatrice, aliosque octo de Christi passione et resurrectione pro hebdomada Sancta e Codicibus præsertim Nitriensibus profert, et ad pedes tuos venerabundus deponit, ut suo merito notus et fretus Tuo illo nomine, quod omnes, etiam illi qui a vera fide separati sunt, tanquam salutis et pacis publicæ tutissimum contra socialismi et nihilismi impetus præsidium venerantur, dignam sua pietate et doctrina hospitalitatem apud omnes, pro hoc tomo et pro iis, qui secuturi sunt, nanciscatur.

Est enim non mediocris ingenii vir S. Ephraem Syrus, quem Nisibis genuit, Edessa diaconum habuit, quem magistrum salutant non solum Orientales cujuscumque nationis, sed et Græci, licet doctorum suorum studiosissimi, quem S. Gregorius Nyssenus insigni encomio ornavit, quem S. Hieronymus post lectionem Scripturarum

in nonnullis Ecclesiis legi consuevisse testatur, quem Syri omnes, tum Orthodoxi, tum Nestoriani, tum Monophysitæ, propter eloquentissimos sermones, elegantissima carmina, admirandam doctrinam, solertissimum in profligandis hæreticis ingenium atque eximiam in scriptis asceticis pietatem compunctione conditam, « Columnam Ecclesiæ, » « Solem Syrorum » et « Spiritus sancti Citharam » appellant, cujus denique hymni in festa Domini nostri Jesu Christi, in beatam et immaculatam Virginem, in sanctos et defunctos, in officiis divinis Syrorum quotidie decantantur.

Ut, Te auspice, hæc prodirent non una ratio suadebat. Noveram quippe concivem meum Gerardum Vossium Borchlonium, Tongrensem præpositum, Gregorio XIII Pontifice, sive suadente sive jubente, præclaram operam navasse in colligendis atque e græco in latinum sermonem vertendis operibus S. Ephræmi, eaque tribus voluminibus in-folio latine edidisse sub auspiciis summorum Pontificum Sixti V et Clementis VIII, qui Pontificum favor mox tantam apud omnes benevolentiam Ephræmo conciliavit, ut vix primo volumine typis vulgato, Ephræmi sermones omnium manibus passim tererentur, atque in locis piis et Collegiis Urbis tempore mensæ legerentur et voluerint ipsi Pontifices aliquid ex eis sibi prælegi. Quum autem, Clemente XI rem promovente, reperti fuissent in monasterio Syrorum Virgini Deiparæ nuncupato, quod in Nitriensi Ægypti deserto usque hodie subsistit, codices antiquissimi syriacos Ephræmi in Scripturam commentarios hymnosque de Ecclesia, de fide adversus hæreses, de libero arbitrio, de paradiso Eden et de Nativitate Domini, et cantus in defunctos atque paræneses de pœnitentia et sermones varios continentes, doctissimi tres viri Maronitæ, Syrorum lingua valde periti, novam et amplissimam operum S. Ephræmi editionem, iterum sub auspiciis summorum Pontificum Clementis XII et Benedicti XIV,

syriace, græce et latine ediderunt sex voluminibus in-folio. Qui labor tam augusto patrocinio nobilitatus quanto favore ubique fuerit acceptus vix aut ne vix quidem dicendum est.

At nondum exhausti erant S. Doctoris thesauri. Quum igitur qui remanebant in cœnobio Syrorum Scetensi squalore et pulvere obsiti codices ab Anglis, paucis ab hinc annis, empti, multa adhuc inedita diaconi Edesseni scripta secum in Musæum Britannicum invexissent, et præclara quædam jam exinde duo viri docti protulissent, mihi visus sum rem nec ingratam nec inutilem facturus, si quæcumque inde et aliunde colligere possem Ephræmi scripta adhuc inedita in lucem proferrem, versione latina et aliis subsidiis criticis instruerem, atque ad exemplum antecessorum meorum nomini Tuo dicarem.

Quod patrocinium ut invocarem alia impellebant incitamenta : nempe maxima tua in Ecclesias Orientales sollicitudo ac providentia, quam declarasti data celebri illa Epistola Encyclica de SS. Cyrillo et Methodio, quæ gaudio et honore perfudit slavonicas gentes, quam recentius confirmasti quando Sacro Cardinalium Collegio annumerasti strenuissimum ac de Sancta Sede meritissimum Armenorum patriarcham, quam rursus nuperrime significasti, quum, anno proxime elapso, erexisti in urbe Beryti, pro nationibus Orientis, Catholicam litterarum Universitatem. Utinam his omnibus beneficiis commotæ gentes illæ, quæ tamdiu ab unitatis centro divulsæ languescunt, tandem intelligerent ipsis ad unionem cum suprema Romana Sede redeundum esse ut reviviscere et reflorescere valeant. Utinam meditarentur illæ hanc præcipui sui Doctoris doctrinam, quam ipse in sermone de Institutione Sacramenti Eucharistiæ asserit, in ore Christi hæc verba ponens : « Simon, discipule mi, ego te constitui fundamentum Ecclesiæ sanctæ, Petram vocavi te antea quia tu sustinebis totum ædificium, tu es inspector

eorum qui ædificant mihi Ecclesiam in terris; si quid reprobum ædificare velint, tu fundamentum reprimas eos, tu es caput fontis a quo hauritur doctrina mea, tu es caput discipulorum meorum, per te omnes gentes potabo; tui est suavitas illa salvifica quam largior; te elegi ut sis in mea institutione velut primogenitus et hæres efficiaris thesaurorum meorum; claves regni mei dedi. Ecce principem te constitui super omnes mèos thesauros. »

Urgebat autem maxime summa illa benevolentia ac propensa voluntas quam statim ab initio tui pontificatus in omnes Belgii fideles declarasti, et non semel postea, imo recentissime peregrinis Belgis iterasti; præsertim urgebat peculiaris tua dilectio erga Universitatem catholicam Lovaniensem, in qua professoris ac Collegii Mariæ Theresiæ rectoris munere fungor, urgebat denique sagacissimus ille pro diffundenda defendendaque veritate zelus, quo in nostra Academia scientias omnes, speciatim vero philosophicas, fovere studes.

Ego igitur ad pedes Sanctitatis tuæ provolutus benedictionem apostolicam pro me, meisque operibus et collegio, cui jam ab annis viginti tribus præfectus sum, enixe rogo

SANCTITATIS TUÆ

HUMILLIMUS ET OBEDIENTISSIMUS FILIUS

THOMAS JOSEPHUS LAMY.

PRÆFATIO.

Quibus rationibus motus, quo etiam consilio ductus me ad perquirenda edendaque S. Ephræmi opera inedita accinxerim operis in limine declarare nec ingratum puto fore lectoribus nec inutile.

Quum studio linguæ syriacæ incumberem, legenda assumpsi S. Doctoris opera syriaca, Romæ, sæculo elapso, a doctissimis Maronitis ex antiquissimis codicibus Nitriensibus edita. Scriptoris Syri fama, sicut neminem latet, ita nec mihi ignota erat. Statim autem ac sermones metricos hymnosque ac commentaria per aliquod tempus delibassem, perspexi, quod nec fugit legentes scripta ejus latine vel græce, ut jamdiu Hieronymus, Theodoretus et Sozomenus animadverterunt, Diaconum Edessenum exegetam esse, ascetam, apologetam ac poetam acumine ingenii, doctrina, eloquentia, arte dicendi inter orientales nulli secundum, nec græcis aut latinis inferiorem. Scripta ejus ascetica ubique locorum nota sunt et non solum græce, latine, arabice, slavonice, ægyptiace, armenice translata, sed et in linguis vulgaribus gallica, anglica, germanica, italica expressa.

Scriptorum asceticorum indoles.

Indolem scriptorum asceticorum Ambrosius, monachus Camaldulensis, egregie in præfatione suæ translationis latinæ depinxit hisce verbis quæ recitari merentur : « Peregrinum nuper offendi e Syria profectum ad nos, ætate longævum, statura procerum, sed jam senio incurvum, vultu placidum atque decorum, aspectu ipso denique et habitu sanctitatis insignia præ se ferentem, suffusum oculis lacrymas : sed ita ut ex eo ori, et nihil dignitatis detractum, et plurimum auctoritatis et gratiæ videretur adjectum... Captus tanta oris gratia et dignitate ardebam eum alloqui, ejusque familiari frui contubernio, sperans id, quod erat sane verissimum, ex ejus collocutione me et utilitatis plurimum et voluptatis percepturum. Posita itaque paulisper verecundia, accedo propius senemque officiosissime saluto... Ubi consedimus, ab ipso statim sermonis exordio animadverti senem meum divinarum rerum peritissimum, flagrantem eximiæ pietatis affectu, ardore divinæ charitatis incensum, sollicitum, intentum, pervigilem, torporem atque

desidiam omni sermone lacessentem. compunctionis amicissimum, id quod illæ ejus adeo illustres lacrymæ haud obscure significabant, remissionis ac noxiæ securitatis inimicum, lenem, placidum, mitem, vitia ubique resecantem, laudantemque virtutes, affectus denique nostros ad amorem Dei sæculique contemptum, atque ad ambienda æterna præmia, formidandaque supplicia potentissime removentem. Deus bone, quid gaudii, quid solatii, quantumque emolumenti ex hospitis adeo insignis ore percepi, cum me dies ac noctes perpetua oratione alloqueretur. Nihil ejus vel aspectu gratius, vel doctrina salubrius, vel consuetudine charius, jucundius, lætius dici, aut fingi potest[1]. »

Multa quæ scripsit.

Hæc eadem, post Ambrosium, Fr. Zinus et Gerardus Vossius, operum græcorum Ephræmi interpretes, de Syro doctore dixerunt, quum tamen nondum lucem aspexissent nec ejus in totum vetus Testamentum commentaria, neque sermones de fide et ecclesia quibus errores tunc in Mesopotamia grassantes acerrime impugnat, nec hymni fere innumeri in omnes Christi ejusque Matris solemnitates, in martyres et confessores, neque cantus quibus alter Jeremias defunctos deflet, neque ea omnia carmina quæ recentius Bickell, Zingerle, Overbeek, ediderunt aut quæ ego in lucem profero, quid dicturi si hæc omnia ob oculos habuissent, aut gustare potuissent syriacæ illius poeseos suavitatem, sublimitatem, leporem et incomparabile artificium, in qua nihil profanum, nihil fucatum, sed omnia sacram doctrinam spirantia, ita ut reapse impleta fuerit visio, quæ ipsi infanti contigit, quum sibi per somnium visa est excrescere vitis, quæ omnem sub cœlo regionem replebat et innumeros frondes ac botros producebat, quibus sermones et hymni designabantur.

Commentarii in sacram Script.

Dum Scripturarum agit interpretem, Ephræmus, ut Joannes Chrysostomus ac Theodoretus, scholæ Antiochenæ methodum sequitur et totus est in eruendo litterali sensu, quem brevissimis scholiis exponit; allegoricas autem interpretationes, quas ubique prosequuntur scholæ Alexandrinæ magistri Philo et Origenes, silentio premit, etsi omnem non rejiciat spiritualem sensum, sed e contra mystice plura explicet, at ibi tantum ubi gravis aliqua ratio talem sensum litteræ inesse suadet. P. Benedictus scholia Ephræmi in vetus Testamentum e catena sæculo IX a Severo monacho Edesseno confecta eruit. Ex alio ejusdem catenæ codice alia quæ in editione romana desunt edituri sumus.

[1] *Præf.* in suam opusculorum Ephræmi versionem.

Exegetici ejus sermones magnam habent cum homiliis S. Joannis Chrysostomi similitudinem nec eloquentia aut doctrina ipsi sunt inferiores. Infra, sermo erit de sermonibus in Dominum, in peccatricem, in hebdomadam sanctam, ex quibus quodnam sit Diaconi Edesseni genus dicendi magis patebit. Hisce exegeticis scriptis annectendi sunt hymni quindecim de Paradiso terrestri, quorum duodecim in editione romana syriace et latine edita sunt, tres reliqui ab Overbeek syriace tantum nuper prodierunt. Tota collectio ex duobus codicibus, quorum unus anno 519, alter anno 522 scriptus est, descripta est. In hisce hymnis S. Doctor poetice, variis sub imaginibus, ad populi captum paradisum Eden describit, ita ut simul de cœlesti paradiso agat. Nec hymnis necrosimis contradicit, quando hic affirmat animas fidelium Paradisi deliciis non fruituras ante judicii diem; nam mens ejus est, perfecta tantum beatitudinis plenitudine, cujus etiam consors ac particeps fit corpus, beatas nunc animas carere. Hanc ejus esse sententiam ex eo constat, quod tam in laudatis necrosimis, quam in collectione nisibena et alibi sexcentis in locis præsentem justorum beatitudinem in cœlis agnoscit et prædicat[1].

Hymni de paradiso.

In hymnis autem quinquaginta sex adversus doctrinas falsas seu hæreses et in hymnis octoginta septem de fide seu adversus scrutatores, christianorum dogmatum vindex fit acerrimus, et Marcionem, Bardesanem, Manetem, Aëtium, Anomæos, Judæosque ac Chaldæos undique exagitat, ductis metaphoris, similitudinibus et argumentis tum ab utriusque Testamenti scripturis tum ab humana ratione et rebus creatis.

Hymni adversus hæreses et de fide.

Et in hymnis seu odis quidem adversus falsas doctrinas per quindecim primos hymnos Chaldæos exagitat : « Si, inquit, chaldæus ex astris discit et revelat quæ ego feci et facturus sum, si fato liberum regitur arbitrium, debet similiter nosse quæ dixi et dicturus sum; etenim si fatum omnia moderatur, nec ista illud latere debent. At si humana voluntas sui arbitra est et verba ejus sub fato non cadunt, cur non possit cætera quæ vult pariter agere? Ceterum si fati dispositione infantes cæci nascuntur, cur non item reges suis ornati insignibus? » Pergit variis argumentis perstringere mathematicos, ostendit ex Josue et Isaiæ miraculis Deum soli et astris imperare, et sidera sicut ceteras creaturas voluntati Dei, cui nihil resistit subjici. « Si fato, inquit, omnia reguntur, ad quid feruntur leges, ad quid decreta? Cur crimina puniuntur? Cur virtus remuneratur? Cur preces funduntur?

[1] Vid. Steph. Evod. Assemanum, *Opp. Syr.* III, præf. XXI; Bickell, *Carmina Nisibena*, Carm. 47, 3, 13; 61, 6; 69, 19; 71, 1.

Quomodo Christus fatum superavit, ejusque leges devicit? Si fato nihil resistit, horoscopia nunquam mentiri necesse est. Si autem aliquando mentiuntur, agnoscendum est terram, mare, non fato sed Deo subjici hominemque ab eo libere regi. » De libero arbitrio plures scripsit hymnos quibus doctrinæ pseudo-reformatorum sæculi XVI egregie convelluntur. Deinde S. Doctor probat unum existere principium, cujus potenti et sapienti voluntate omnia creata sunt, substantiæ spirituales lux ac tenebræ et caro; tenebras igitur non esse in se malas, sed omne malum a libera hominis voluntate provenire. Quæ omnia orientali ac exornatissimo stylo evolvit. Postquam Bardesanem, Marcionem et Manetem a ratione confutavit, illos ex Scripturis exagitat, et simul probat unum existere Deum summe potentem, bonum ac justum qui omnia creavit, hominem lapsum per Filium suum incarnatum erexit, et afflictiones aliaque mala in ejus salutem ordinat; quæ dum S. Doctor evolvit simul varia christianæ fidei dogmata et sacramenta, illud imprimis Eucharistiæ, asserit.

Eumdem prorsus se præstat Ephræmus in hymnis octoginta septem de fide adversus scrutatores seu hæreticos Aëtianos, Eunomianos aliosque qui in Mesopotomiam hæresim arianam invexerant. Simul autem dum fraudulentas arianorum doctrinas convellit, elegantissimis versibus alte ac facundissime disserit de natura Dei incomprehensibili et augustissima Trinitate, quod mysterium pro humani ingenii viribus petitis ab Orientis natura, præsertim a nitidissimo illic sole ac luce similitudinibus ductisque argumentis a forma baptismi et a natura summi boni maxime autem a Scripturis, modo quam persuasorio explicat divinamque et temporalem Verbi generationem astruit; ita ut nescias quid magis mirandum sit: aut tam venustam orationem in homine disciplinis græcis non exculto, aut tam sublime et acutum ingenium in monacho precibus continuo vacante. Omnes isti hymni ab editoribus Romanis ex antiquissimis sæculi VI codicibus editi fuerunt, eorumque auctoritas valde confirmatur ex codicibus sæculi V et VI qui in Musæo Britannico reponuntur. Ex hisce codicibus varias collegi lectiones tonosque ad quos hymni decantandi erant. Quod Romani editores cum responsoriis omiserunt.

Cantus de defunctis.

Ejusdem generis sunt quæ Syrorum Sol contra Judæos in Mesopotamia grassantes et contra Juliani impietatem scripsit. At alia prorsus se habet ratio cantuum seu elegiarum quæ S. Doctor scripsit in defunctos. Condidit quippe hæc necrosima excitus amicorum non minus morte, quorum laudes versuum varietate texuit, quam extremi judicii

recordatione, cujus acerbitas semper ipsi ante oculos obversabatur. Ejus vero animum ad id operis inflammavit ac prope rapuit Aëtii hæresis, qui exequiarum decimas persolvendas esse negabat, ut testes sunt Epiphanius *hær*. 75 et Augustinus *hær*. 53. Eorumdem hymnorum, qui octoginta quinque sunt, uno supra triginta utuntur Syri partim in officiis mortuorum, partim in officio feriali. In reliquis vero quatuor et quinquaginta agitur de singulis defunctorum gradibus, puerorum videlicet, juvenum, virorum, mulierum, cœnobitarum, clericorum, diaconorum, presbyterorum et episcoporum.

In hisce cantibus quatuor sunt memoratu digna : 1° Ritum exequiarum quem in more habet Ecclesia vetustissimum esse; 2° Defunctorum animas vix a corporeis vinculis dissolutas, statim ad judicium accedere; 3° Earumdem, quæ non lethali quidem, sed levi culpa detentæ ab hoc sæculo emigrant, expiationem in igne purgatorio fieri, cujus atrocitas sacrificiis, precibus, piisque fidelium operibus imminuitur; 4° Demum sanctorum animas ad æternam felicitatem atque angelorum consortium ante extremum judicii diem vocari [1]; quæ ultima veritas extra omnem controversiam ponitur ex iis, quæ de felicitate et intercessione sanctorum habet in hymnis quos de martyribus, confessoribus, Abrahamo Qidunaia et Juliano Saba edituri sumus.

Editores romani cantus et sermones de defunctis ediderunt in tertio volumine *Opp. syr.* e cod. nitr. XVI, sæc. IX et e cod. XVII, cujus ætas non indicatur, sed, quum membranis constet et e cœnobio Scetensi proveniat, vix recentior sit sæculo XII. Editores autem, nescio qua ratione ducti, codicum ordinem non servarunt et cantus alio ordine disposuerunt. Unde forsan factum est ut idem cantus bis in editione habeatur; sic canon 65 non est nisi pars canonis 18 [2]. Alii cantus non sunt integri : sic canon 62 non est nisi pars hymni nisibeni 74, cui duæ strophæ annexæ sunt ex hymno nisibeno 77 [3]. Hoc idem observare est in omnibus liturgicis codicibus, in quibus hymni Ephræmi pro ecclesiarum variis consuetudinibus plus minusve abbreviati habentur, ut infra dicemus.

Hymni Nisibeni.

Hisce de defunctis cantibus affinis est collectio illa 77 hymnorum Nisibena appellata, quam e codicibus nitriensibus sexti sæculi in Musæo Britannico repositis edidit cl. Bickell [4]. In tredecim primis hymnis agit Ephræmus de variis calamitatibus et bellis quas Nisibeni passi sunt, suis hymnis interserens preces ardentes ad Deum, eosque exem-

[1] Vid. Steph. Ev. Assemanum, *Opp. syr-lat.* III, præf. p. 20. — [2] Cfr. p. 264-65 et 332. — [3] Cfr. Bickell, *Carmina Nisibena*, Lipsiæ, 1866, p. 6. — [4] *Lib. cit.*

plis et imaginibus e Scriptura petitis exornans et hæreticos confutans qui calamitates a Deo malo immissas volebant. Per octo sequentes hymnos laudes celebrat S. Jacobi nisibeni ejusque successorum Babu, Vologesis et Abrahæ. Exinde ad Edessam et Haran transit, de quibus usque ad hymnum 35m agit, in quo sanctus Vates incipit agere de Christo, Morte et diabolo. Inducit Satanam, dæmones, mortem et inferos de detrimento sibi a Domino illato inter se colloquentes et conquerentes, ea nocte qua Dominus in horto olivarum orabat. Dæmones occisionem Jesu suadent, sed timore correptus diabolus eam periculi plenam judicat. Tandem decernitur ut diabolus et dæmones ejus Judam Pharisæosque ad Jesum capiendum excitent.

Hymno 42o lamentatur diabolus de damnis sibi per ossa S. Thomæ illatis. Exinde transit auctor ad probandam mortuorum resurrectionem contra Bardesanem et Manetem, quos hereticos magna argumentorum copia ex Scripturis et rebus naturalibus usque ad hymnum 77m exagitat, interserens colloquium inter Mortem et diabolum, uter alteri sit potentior; et hic quidem calliditatem suam extollit qua omnes in peccatum inducit, illa potentiam suam qua omnes devincit. Quum mors pœnas diabolo ejusque ministris destinatas recensuisse, et ille cum metu finem sui in homines imperii appropinquare confessus fuisset, poeta Mortem inducit homines reprehendentem qui de morte lamentantur et mortuos deflent, pro quibus non flendum sed orandum est. Instituitur colloquium inter Mortem et Hominem, cui sanctus doctor finem imponit asserendo dogma resurrectionis corporum ac æternæ beatitudinis.

Hymni de Nativitate et Epiphania.

At præsertim in celebrandis Christi ejusque divæ Matris atque sanctorum festis omnis tenerrimæ, suavissimæ ac sublimissimæ poeseos artificia adhibet. Et primo quidem de annuntiatione agens Mariam angelumque inducit colloquentes : angelus Verbi incarnationem annuntiat, beatissima virgo assensum præbet. Nato autem Christo, sanctus Vates, multiplicatis ac variatis canticis, Salvatorem hominibus in Bethleem datum cum angelis et pastoribus adorat, infinitæ misericordiæ et bonitatis divitias in homines effusas pandit totamque naturam ad gaudium invitat, cum cœlestibus spiritibus canit : « Gloria in excelsis, » totumque incarnationis mysterium explicat et miratur; nimirum, Christum vere Deum simul et hominem unitasque in divina Verbi persona duas naturas, divinam unam, alteram humanam, confitetur, hac ratione retundens, antequam orirentur, errores Nestorii et Eutychetis. Quæ desunt in editione romana cantica supplevimus ex codicibus Londinensibus.

Nativitatis dominicæ festum jam inde ab antiquo sequitur Epiphania, qua Ecclesia memoriam celebrat Magorum et stellæ, baptismi Christi atque miraculi in Cana patrati. An Ephræmus memoriam Magorum Epiphaniæ vel festo Nativitatis adjunxerit ex codicibus non ita liquet; totus autem est in iis hymnis, quos codices liturgici servarunt, in celebrando Christi baptismate, cujus circumstantias et rationes eximiis versibus aperit, simul naturam et effectus inculcans sacramenti baptismatis, quo homo a peccatis abluitur et candidis cœlestis gratiæ vestibus induitur. Quindecim hymnos ex codicibus eruimus; quorum nonnulli in ordinibus baptismi Jacobitarum adhuc decantantur. Prolixum porro de Domino sermonem jam a Philoxeno Mabugensi laudatum, quem pro hac solemnitate Ephræmus composuit, e codice perantiquo descripsimus.

Hymni de jejunio.

Multos etiam sermones hymnosque Syrorum vates composuerat de jejunio quadragesimali cujus fructus et merita describit. « Ecce, inquit, jejunium benedictum, advolemus in occursum ejus. Thesaurus est apertus prudentibus, cordis oblectatio scientibus, mentis nutrimentum sapientibus, triumphus est animæ prudentis et sapientis intellectus. » Nonnulla Ephræmi de jejunio opuscula græce, alia syriace edita sunt. Vetustissimi duo codices nobis quatuor hymnos ex decem quos olim habuerunt subministrarunt, sex alios præbuerunt nonnulli codices liturgici.

Hymni et sermones de passione et resurrectione.

At hucusque fere omnia quæ tam multa S. Doctor scripsit in salvificam Christi passionem ac gloriosam resurrectionem abscondita in codicibus latebant. Tres codices Parisienses nobis præbuerunt octo sermones, quorum primus agit de Ecclesia et fide miraculis Christi confirmata. secundus de unctione Christi in Bethania et de præparatione paschatis, tertius de lotione pedum et proditione Judæ, quartus de institutione Eucharistiæ, quintus et sextus de passione Christi ejusque descensu ad inferos, duo ultimi de resurrectione et apparitione ad Thomam. Anglici autem codices nobis subministrarunt quindecim hymnos ex viginti et uno ab Ephræmo conscriptis in sacram cœnam et octo alios de crucifixione cum nonnullis de Christi resurrectione. In diversis hisce scriptis Syrorum doctor totam doctrinam de sacramento Eucharistiæ et sacrificio missæ, quo pascha veteris legis et sacrificia abolita sunt, eloquenti sermone et exquisitis versibus exponit. Transit inde ad crucis sacrificium. Dum autem vivis depingens coloribus omnes Christi in passione dolores, summam patientiam, clementiam, mansuetudinem, animi fortitudinem ardentissimumque in

homines amorem, ingemiscit, illacrymatur et præ maximo dolore ac tristitia ejulatus emittit totamque creaturam atque angelos de Christi morte in cruce lugentes inducit; simul autem solatur considerans partam exinde hominum salutem, eorum peccata sanguine divino deleta, humanum genus redemptum et cum Deo reconciliatum, novum fœdus in sanguine agni sancitum, inferos spoliatos, et Christum gloriosa sua resurrectione de morte triumphantem et fidem sigillo divinitatis obsignantem.

Hymni de beata Virgine.

Notæ sunt piissimæ Ephræmi in Beatam Virginem Mariam preces e codicibus græcis jamdiu editæ. Plurimos in sanctissimam matrem hymnos, etsi, maximam partem, decurtatos, e codicibus syriacis liturgicis deprompsimus. Tenerrimis dulcissimisque hisce canticis divus Vates Mariam proclamat prorsus immaculatam, Dei genitricem, semperque virginem, idcirco fervidis precibus filialique fiducia ejus patrocinium invocat.

Hymni in Sanctos.

Similiter et sanctorum cum Christo in gloria regnantium patrocinium multis hymnis invocat, eorum festivitates et memoriam pulcherrimis encomiis exornat, eorum ossa, utpote multis benefica, debita veneratione colenda esse proclamat. Qua in re novatorum doctrinas, duodecim sæculis antequam illæ nascerentur, damnavit. Codices Londinenses nobis præbuerunt hymnos quindecim in Abraham Qidunensem, viginti tres in Julianum Sabam, duos in Machabæos, alios in confessores et martyres. Sunt et hymni in codicibus liturgicis « scalæ » dicti qui simul Beatæ Dei genitricis, martyrum, defunctorum, crucis et resurrectionis memoriam faciunt, de quibus suo loco sermo erit.

Hæc quidem de beati Ephræmi scriptis generatim dicenda erant ut intelligeret lector benevolus quænam rationes me ad laborem quem nunc ipsi offero impulerint. Didiceram scilicet ex catalogo Musæi Britannici multo labore et scientia a cl. D. Wright elaborato[1] sicut et ex catalogo Bibliothecæ parisiensis cura et eruditione cl. D. Zotenberg confecto[2], nec-non ex catalogo Bibliothecæ Bodleianæ quem doctissimus vir Payne Smith edidit[3], multa adhuc recondi in codicibus syriacis harum Bibliothecarum opera S. Ephræmi, quæ lucem nondum aspexerant. Quare rem me facturum tum religioni tum litteris proficuam si omnia quæ undique colligere possem Ephræmi opera ederem, hortantibus viris amicis atque eruditis, Parisios anno 1878 me contuli et

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac manuscripts in the British Museum*, London, 1870-1872.
[2] Zotenberg, *Catalogue des manuscrits syriaques de la Bibliothèque nationale*. Paris, 1874.
[3] Payne Smith, *Catalogus codicum syriacorum Bibliothecæ Bodleianæ*, Oxonii, 186.

codices Bibliothecæ nationis adivi, humanissime a doctis viris quibus ditissimæ hujus Bibliothecæ cura commissa est acceptus, et pergrato usus hospitio apud religiosos SS. Cordium per integrum mensem excribendis Ephræmi sermonibus de passione operam navavi. Anno 1879 semel et iterum Londinum ad invisendos Britannicos codices me contuli, quod iter duobus annis sequentibus repetitum est. In amplissima igitur illa civitate per integros menses degens, ditissimos Musæi Britannici thesauros et antiquissimos codices syriacos ex deserto Nitriæ illuc asportatos, annuentibus magna cum benevolentia hujus instituti præpositis, diurna manu versavi, et quæ ad meum propositum faciebant quanta potui cura descripsi. Occasionem nactus, omnibus hisce viris qui meos labores foverunt grato animo debitas ago gratias sicut et nobilibus ac præclaris viris, augustissimi Regis Belgici in administrando regno ministris, qui collato subsidio litterariis meis itineribus faverunt et suis officiis effecerunt ut e Bibliothecis Parisiensi et Bodleiana tres Ephræmi codices ad me Lovanium mitterentur et meis curis aliquo tempore crederentur, pro quo beneficio utriusque Bibliothecæ præfectis grates debitas ex animo persolvo.

Editionis ratio.

De ratione et ordine qua editionem adornavimus pauca dicenda habemus. Quando operi manum admovimus, mens erat et est adhuc omnia Ephræmi opera sive jam impressa sive in codicibus syriacis adhuc latentia in lucem edere; at urgebant amici ut absque dilatione typis mandarem quæ collecta erant, ne forsan mihi illud idem accideret quod aliis evenit et nominatim P. Benedicto, qui morte præreptus non potuit Ephræmi editionem ab ipso incœptam ad finem perducere. Hisce votis cedens, peritissimumque nactus typographum Dessain Mechliniensem, qui suis sumptibus typos syriacos ad opus cudendum illico emit, constitui duo volumina successive prœlo subjicere, quibus tertium forsan accedet, si qui delitescunt adhuc diaconi Edesseni commentarii, sermones et hymni aliquando inveniendi sint. Primum volumen exorditur ab hymnis de Epiphania, quia tunc quando prima folia typis mandata sunt non suspicabar, genuinos octo S. Ephræmi hymnos de nativitate Christi in codicibus Britannicis delitescere et multo minus ibi inveniri S. Ephræmi commentarios, ab editoribus romanis omissos in secundam Isaiæ partem et in minores prophetas Jonam, Nahum, Sophoniam, Habacuc et Aggæum quos postea inventos descripsi et in altero volumine editurus sum. Hinc intelligitur quomodo factum sit ut hymni S. Doctoris non sint in uno volumine conjuncti, et sermones in altero.

***

Methodus.

Hanc autem in edendo textu syriaco methodum secutus sum. Ubi unius ejusdemque sermonis aut hymni plures ad manus codices habui unum elegi quem, quando transcribebam, antiquiorem aut melioris notæ judicavi; hunc accuratissime quantum potui transcripsi, aliorum codicum varias lectiones, quæ saltem alicujus momenti esse videbantur adjeci et ad apographum meum ita dispositum editionem conformavi. Sicubi tamen meo judicio codex mendosus apparuit, lectionem accuratiorem quam alii codices subministrabant in loco mendoso reponere non hæsitavi, lectione prioris codicis infra paginam rejecta.

Multos manu versavi codices quorum descriptio infra habetur. Quum autem isti codices non ad eamdem ætatem pertineant, sed alii ad quintum vel sextum sæculum, alii ad octavum vel nonum, alii adhuc recentiores sint, quumque amanuenses qui codices descripserunt non easdem ortographiæ leges sevarverint, hinc fit ut non ubique eadem ortographia in mea editione fideliter ad codices expressa habeatur. Imo interdum necesse fuit interpunctionem vel ex aliis codicibus vel meo judicio corrigere et apponere, quia in antiquis codicibus sæpe puncta ita evanuerunt ut amplius legi non possint.

Translatio.

Translationem latinam e regione textus in faciliorem legentium usum apposui. In ea autem concinnanda, etsi puritatem et elegantiam sermonis non esse negligendam ratus essem, in hoc tamen omnes meas curas impendi ut litteræ presse adhærens sensum auctoris fideliter exprimerem ejusque stylum servarem quantum sinit indoles cujuscumque poeseos, præsertim vero syriacæ. Quæ in hac re peccata fuisse aut ego aut docti reperient ad finem operis retractata reperientur. Neminem syriace doctum fugit quam difficile sit carmina syriaca sicut hebræa in latinum sermonem transferre. Difficultas adhuc augetur e styli Ephræmiani sublimitate et concinnitate, ex frequenti lusu aut assonantia verborum aliisque ornamentis quæ latine vix aut ne vix exprimi possunt. Errata, si quæ sunt, eo facilius condonabit benevolus lector quod lexica syriaca hucusque non præbent omnia subsidia quæ interpres ab eis postulare posset.

Annotationes.

Annotationes infra textum appositæ vel locos sacræ Scripturæ ab Ephræmo laudatos indicant, vel lectorem ad alia S. Doctoris opera remittunt vel ejus doctrinam, si quid obscurum sit, exponunt. Ad singulos sermones et hymnos codices indicantur unde excripti sunt. In prolegomenis disseritur breviori quam licuit modo de scriptis Ephræmi ex testimoniis veterum, de versionibus, codicibus et editionibus, denique de authentia et indole sermonum et hymnorum qui in

primo nostro volumine continentur. Dissertationem de Ephræmi vita et actis, deque ejus arte metrica, in quibus multa adhuc dubia et incerta sunt, ad alterum volumen remisimus, expectantes si qua forsan in codicibus hucusque occultata lux affulgeat quæ umbras dissipet.

Scribebam Lovanii die festo S. Josephi 19° martii 1882.

AUCTOR.

PROLEGOMENA.

I.

TESTIMONIA VETERUM DE SCRIPTIS S. EPHRÆMI.

Syrii omnes, cum orthodoxi tum nestoriani et monophysitæ, uno ore Ephræmum ut præclarissimum suæ gentis scriptorem et doctorem celebrant eumque maximis encomiis exornant; nam et « *magnum syrorum vatem* (ܢܒܝܐ ܕܣܘܪܝܝܐ), » *et* « *syrorum solem* (ܫܡܫܐ ܕܣܘܪܝܝܐ), » et « Columnam Ecclesiæ (ܥܡܘܕܐ ܕܥܕܬܐ), » et « *Citharam Spiritus sancti* (ܟܢܪܐ ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ) » eum appellant, quæ appellationes non apud syros scriptores tantum occurrunt, sed in officiis liturgicis quæ quotidie a Jacobitis et Maronitis recitantur [1].

Imo hymni, cantica precesque metricæ in officiis Syrorum Jacobitarum et Maronitarum obvia, magnam partem, e scriptis S. Ephræmi decerptæ sunt. Nec absunt omnino ab officiis Nestorianorum etsi non tam multa occurrant [2]. Ipsi etiam Græci præcationes Sancti Ephræmi in suis officiis habent. Nec recens est hic usus, sed ab ipso Ephræmi ævo profectus, ut constat e S. Hieronymo. Nondum enim viginti anni a morte Ephræmi effluxerant, quum S. Doctor in libro *De viris illustribus* testabatur Ephræmum mox ad talem claritudinem venisse ut in nonnullis ecclesiis ejus scripta post lectionem scripturarum recitarentur. Qui usus in Ecclesia græca ita perseveravit, ut usque ad annum 1721 aliqua Ephræmi scripta slavonice translata tempore jejunii quadragesimalis legerentur in Ecclesiis totius imperii russici [3].

[1] Cfr. Ebed Jesu in *Catalogo Scriptor. Syr.* ad vocem ܐܦܪܝܡ ap. Asseman. *Bibl. Or.* t. III. part. 1.; J. S. Asseman. *Bibl. Or.* I, 55; Ebed.-Jesu khayyat, *Syri orientales*, Romæ 1870, p. 128; Cardahi *Liber de arte poetica Syror.*, Romæ, 1875, p. 9. In tomo I *Opp. syr.-lat. S. Ephræmi*, præf. ad lect. recitantur verba librorum liturgicorum quibus utuntur Jacobitæ et Maronitæ.

[2] Hymni « ܡܥܠܝ ܥܢܝ ܒܥܘܬܐ ܕܝܠܝ; ܒܪܝܟ ܐܠܗܐ ܕܒܪܐ; ܠܟ ܠܡܫܒܚܘ ܐܠܗܐ ܐܘ ܥܠ ܬܘܕܝܬܐ ܦܪܘܩܢ ܢܘܗܪܐ ܕܢܚ; ܒܪܘܟܬܐ; in Breviario chaldaico Romæ impresso an. 1865. p. ܡܐ, ܥܢ, ܥܡܓ, ܬܠܓ, inserti S. Ephræmum auctorem habent ut constat ex codd. Musæi Britannici, *Rich* 7156 fol. 158-159,161; *add. manusc.* 14,675 fol. 164, etc.

[3] Vi edicti Petri I eorum loco catechismus Theophanis Procopovitch introductus fuit. Vid. Tonddini *Réglement eccles. de Pierre-le-Grand.* Paris. 1874, p. 52, not.

Scripsit Ephræmus multa opera eaque doctissima tam ligata quam soluta oratione, quæ partim edita sunt partim adhuc latent in codicibus bibliothecarum Occidentis et Orientis. Celebrantur ejus Commentaria in vetus et novum Testamentum, eloquentissimi ejus sermones, vehementes in hæreticos odæ, suavissimi ac piissimi hymni. Adeo celeriter crevit Ephræmi fama apud suos et extraneos, ut, ipso adhuc superstite, ejus libri in græcum sermonem transferri cœperint. Quod opus, ipso vivente, inceptum, post ejus mortem perseveravit. Sed audiamus quid antiqui de sanctissimo viro referant.

Gregorius Nyssenus.

Primus occurrit S. Gregorius Nyssenus, scriptor coævus, qui paucis annis post Ephræmi mortem panegyricam de eo orationem ad populum Nyssenum habuit [1]. Is igitur testatur Ephræmum omnibus notum, vitæ ac doctrinæ splendore universo terrarum orbi illuxisse nec unquam a recto veritatis tramite deflexisse : « Cujusmodi autem, inquit, sunt illa, quæ ad contexendam ejus laudationem nobis proposuimus atque subjecimus? Actio nempe et contemplatio, quas virtutum examen consequitur, fides, spes, charitas, pietas erga Deum, sacrarum Scripturarum meditatio, animi et corporis puritas, lacrymarum assiduitas, vitæ solitudo, e loco in locum secessio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio continua, jejunium et vigiliæ immoderatæ, humi cubatio, et vitæ austeritas pene incredibilis, voluntaria paupertas cum humilitate singulari, misericordia humanam conditionem superans, zelus divinus in eos qui rabie adversus pietatem atque religionem inveherentur; cuncta denique quibus ad Dei imaginem homo insignitur. Atque ista non aliunde, sed ex iis, quæ in variis ipse suis disseminavit scriptis, didicimus. » Ex ultimis hisc everbis colligitur jam tunc plura Ephræmi scripta græce translata fuisse; nam Gregorius Syrorum linguam ignorabat, nec nisi græce Ephræmi opuscula legere poterat. Hæc autem diaconi Edesseni scripta in oratione Gregorii laudantur : 1° Confutatio anomœorum : 2° Disputationes adversus Novatum; 3° Commentaria in V. et N. Testamentum, de quibus ait : « Omnem et antiquam et novam Scripturam assiduo studio, ut quivis alius, studiose versavit, *accurateque ad verbum est interpretatus,* et ab ipsa procreatione mundi usque ad postremum gratiæ librum, quæ abdita, quæque arcana ac recondita erant, spiritus adjutus lumine commentariis illustravit; » 4° Sermones de pœnitentia, de moribus, de rectæ vitæ

[1] Gregorii Nysseni *Opp.* III, ap. Migne, *Patrol. Gr.* XLVI, 819, sqq.

institutis, de judicio extremo et secundo Christi adventu, de humilitate et charitate; 5° Testamentum, e quo hanc visionem depromit, quam omnes *Vitæ* S. Ephræmi Scriptores retulerunt, nempe : quum Ephræmus parvulus esset et adhuc in ulnis matris gestaretur vitem in lingua ejus visam crevisse, quæ ad cœlum usque mox pertingens innumerabiles fructus dedit et densis suis frondibus totum obumbravit orbem. Quumque frequentissimus populus confluerct et racemos inde colligeret, fructuum tamen proventus nullibi minuebatur; imo quo frequentior fiebat legentium turba eo ditior affluebat botrorum copia. Sermones (ܡܐܡܪ̈ܐ) racemis designabantur, frondibus hymni (ܡܕܪ̈ܫܐ). Ita visionem explicat ipse Ephræmus. Gregorius autem qui in versione græca hymnos a sermonibus non distinguebat visionem de scriptorum copia et eloquentia, nulla facta distinctione, explicat [1].

Vix a morte Ephræmi viginti anni effluxerant, quum S. Hieronymus hæc scribebat : « Ephræm, Edessenæ ecclesiæ diaconus, multa syro sermone scripsit opuscula, et ad tantam venit claritudinem, ut, post lectionem Scripturarum, publice in quibusdam ecclesiis ejus scripta recitentur. Legi ejus de Spiritu sancto græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat; et acumen sublimis ingenii, etiam in translatione, cognovi. Decessit sub Valente [2]. »

Hieronymus.

In actione X^a^ concilii Chalcedonis memoratur Sabbam diaconum scripta Ephræmi recitavisse tanquam viri inter syros sapientissimi [3].

Concilium Chalced.

A Theodoreto [4] Ephræmus appellatur « Scriptor inter Syros præstantissimus, » qui « Syriaca usus lingua, spiritualis gratiæ radios diffundebat. Nam, etsi Græcorum disciplinam non degustarat, multiplices tamen illorum errores et hæresum omnium fraudulentam imbecillitatem patefecit. Idemque, quoniam Harmonius, Bardesanis

Theodoretus.

[1] Referunt hanc visionem *Testamentum* S. Ephræmi, *Opp. græco-lat.* II, 408-409; *Acta* S. Ephræmi n. 13 *Opp. Syr.-lat.* VI, p. XXXV; Metaphrastes, *Vita B. Ephræmi* ap. Migne *Patrol. græc.* CXIV, 1259; Anonymus ap. Vossium, I, XIII; Menologium Basilii et Menologium armenum. Eadem visio recitatur in *Apophtegmatibus Patrum*, *Patrol, gr.* LXV, 167. Vid. *Opp. græco-lat.* I. p. XXIX, XXXIV, *Opp. Syr -lat.* I, præf. ad lect.

[2] *De Vir. illust.* 115.

[3] « Samuel abbas dixit : Est David diaconus..... et Sabbas diaconus qui scripta beati Ephræm per loca singula profert, vir inter Syros Sapientissimus. » *Concil. Chal.* Act. 10^a^ ap. *Opp. græca* I, XLVII.

[4] « Καὶ οὗτος μὲν τῇ Σύρων κεχρημένος φωνῇ, τῆς πνευματικῆς χάριτος τὰς ἀκτῖνας ἐφίει. Παιδείας γὰρ οὐ γεγευμένος Ἑλληνικῆς, τούς τε πολυσχιδεῖς τῶν Ἑλλήνων διήλεγξε πλάνους, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοτεχνίας ἐγύμνωσε τὴν ἀσθένειαν. Καὶ ἐπειδὴ Ἁρμόνιος, ὁ Βαρδισάνου, ᾠδάς τινας συντεθείκει πάλαι, καὶ τῇ τοῦ μέλους ἡδονῇ τὴν ἀσέβειαν κεράσας κατεκήλει τοὺς ἀκούοντας, καὶ πρὸς ὄλεθρον ἤγρευε, τὴν ἁρμονίαν τοῦ μέλους ἐκεῖθεν λαβὼν, ἀνέμιξε τὴν εὐσέβειαν, καὶ προσενήνοχε τοῖς ἀκούουσιν ἥδιστον ὁμοῦ καὶ ὀνησιφόρον φάρμακον. Ταῦτα καὶ νῦν τὰ ᾄσματα φαιδροτέρας τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰς πανηγύρεις ποιεῖ. » Theodoret. *Hist. Eccles.* IV, 26.

filius, odas quasdam olim composuerat et modorum suavitati admista impietate audientes demulcebat, rapiebatque ad exitium, modorum concentu inde assumpto pietatem indidit, jucundissimumque simul et utile audientibus medicamentum exhibuit. Quæ carmina etiam nunc triumphantium martyrum festa lætiora reddunt. » Alibi addit Ephræmum errores Bardesanis ejusque filii Harmonii strenue confutasse [1].

Sozomenus.

Eodem fere tempore, quo Theodoretus, Sozomenus Ephræmum laudabat, tanquam qui repente in Syrorum lingua ad tantam eruditionem pervenit, ut philosophiæ quidem difficillima quæque theoremata facile perciperet : facultate vero ac splendore orationis et sententiarum crebritate simul atque sapientia, græcorum scriptores longo intervallo superaret. Etenim istorum quidem scripta, si quis in syriacum, aut in aliam linguam converterit et condimenta, ut ita dicam, græci leporis abstulerit, statim deprehenduntur, et pristinam gratiam amittunt. In libris autem Ephræmi idem non accidit; nam et, ipso adhuc superstite, libri ejus in græcum sermonem translati sunt et usque ad hoc tempus transferuntur, nec tamen a domestica ac nativa præstantia multum recedunt. Sed dum græce legitur, non minus admirationi est quam dum syriace..... Dicitur porro circiter tricies centena versuum millia in universum scripsisse, multosque habuisse discipulos, qui doctrinam ejus studiose æmulati sunt. Inter quos nobilissimi fuerunt Abba, Zenobius, Abraham, Maras, atque Simeon, quibus Syri et quicunque apud Syros exquisitioris doctrinæ studiosi fuerunt magnopere gloriantur. Nec secus Paulonam et Aranad eloquentiæ causa celebrant : eos tamen a vera fidei doctrina aberasse dicunt. Nec ignoro olim quoque apud Osrhoenos fuisse viros doctissimos, Bardesanem scilicet, qui hæresim ex ipsius nomine appellatam condidit, et Harmonium, ejusdem Bardesanis filium, qui cum græcis disciplinis egregie institutus fuisset, primus patrium sermonem metris ac modulis subjecisse dicitur et choris tradidisse, qua ratione etiamnum frequenter psallunt, non carminibus ab Harmonio scriptis, sed numeris (μέλεσι) ejus utentes. Nam, cum a paterna hæresi non omnino alienus esset, neque ab iis quæ de anima, et de ortu atque interitu corporis, deque regeneratione, græcorum philosophi sentiunt, scripta sua ad lyræ cantum composuit, et opiniones illas operibus suis inseruit. Ephraim vero, cum Syros et verborum elegantia et mo-

[1] *Hæretic. fabul.* XXII.

dulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio sentirent, ipse, licet græce eruditionis expers, operam dedit ut Harmonii numeros intelligentia assequeretur : et juxta numeros scriptorum Harmonii, alios composuit libros, ecclesiasticæ doctrinæ consentientes. Cujusmodi sunt ea quæ in divinis hymnis, et in encomiis sanctorum virorum ab illo sunt elaborata. Ex eo tempore Syri juxta numeros canticorum Harmonii, scripta Ephraïm psallere solent[1]. » Memoraverat antea Sozomenus scripta Ephræmi de Juliano Saba[2], quæ hucusque ignota codex antiquus Musæi Britannici nobis suppeditavit.

Photius.

Photius[3] in codicibus bibliothecæ Constantinopolitanæ perlegit 49 sermones asceticos S. Ephræmi, quos singulatim enumerat his verbis : « Legimus S. Ephraïm *sermones* 49. Quorum 1us deplorantem ipsum inducit quæ admiserat in vita, et sequentium deinceps admonitionum prologi vicem præbet. 2us fratribus in cœnobio degentibus adhortatio est. 3us ad pietatem invitat. 4us eos qui ad monachos primum adducuntur informat, ut etiam 5us-9us, quibus et 10us quodammodo consensit atque 11us. 12us similiter introductorius est, et 13us-23us. Nam qui deinceps sequitur communem continet admonitionem. At 25us non oportere locum mutare hortatur. 28us non oportere docet cœnobii desertorem redeuntem ad pœnitentem repudiari. 29us ex historia gesta refert quam sit perniciosus præsidentibus non obedire : oportere quoque christianum iram differre et injuriam oblivisci. 30us de perturbationibus animi fugiendis. 31us abjecto animo qua sint esse consolatione erigendos. 32us per contradictionem, [qua diabolo quemdam repugnantem inducit] temperantiæ et castitati robur viresque addit. 33us de castitate præcepta dat. 34us quietem atque silentium iis commendat qui degere una volunt. 35us non esse oculis vagandum docet. Quædam etiam quasi ad interrogationem factam institutio. An ciborum abstinentia fornicationis frangatur cogitatio. 36us de mansuetudine. 37us habitus sermo est ad inobsequentes : quos etiam cum Dei metu, tum justo judicio futuro compescit. 38us rectam pietatem docet. 39us ad eos qui sua negligentia labuntur et excusationes deinde excusant in peccatis. 40us ad fratrem lapsum habitus est et agit

[1] *Histor. Eccles.* III, 16. Sozomenum exscribit Nicephorus Callixtus, *Hist. Eccl.* IX, 16.
[2] *Hist. Eccles.* III, 14.
[3] Biblioth. cod. 196. ap. Migne, *Patrol gr.* CIII, 658.

de pœnitentia. 41us suadet a juramento et maledicentia abstinendum. 42us colligit juste punitum Heli sacerdotem legis : ad eum qui ad ipsa de re dubitabat. 43us de timore porro Dei disserit. 44us de dilectione. 45us multarum virtutum admonitiones ac doctrinam ad Eulogium explicat. 46us ad negligentem et ignavum monachum habitus, argumentis pulchris ac variis a reditu ad vitam revocare illum studet. 47us reprehensio est pravorum morum. 48us quantum differat solitaria vita a sæculari ob oculos ponit. 49us secundum Christi adventum describit et ad pœnitentiam homines hortatur. » Hisce adjungit orationem de humilitate in capita centum distributam, alteram ad versus risum et superbiam, tertiam ad Metebinos monachos addens « alia quoque plurima sancti viri in græcam conversa linguam opuscula circumferri quæ dicendi vi ac suavitate referta sunt, Syrosque affirmare orationes supra mille ab Ephræmo scriptas esse quibus testimonium reddit Eusebius ille Pamphili cognomento. »

Alii.

Abulbarcatus Ben Cabarus, presbyter ægyptius monophysita in libro arabico cui titulus *Lampas tenebrarum* [1] asserit manibus monachorum teri librum Ephræmi qui complectitur quinquaginta sermones de re ascetica, quod cum Photio videtur convenire.

Theophanes [2] asserit « magnum Ephræmum multos quidem sermones ad monasticæ vitæ instructionem, plures vero ad christianorum dogmatum stabilimentum spectantes divino spiritu effudisse, quædam etiam e suis operibus Syris dedisse decantanda, Syrosque affirmare trecentas versuum myriadas ab Ephræmo compositas. » Multi alii, pro data opportunitate, hæc aut illa Ephræmi opuscula laudant. Sic a Georgio Syncello [3] laudantur ejus sermones seu hymni « de Paradiso ; » a Joanne Damasceno [4] sermones « de secundo Christi adventu et judicio » et « de Caïn. » Ab Ephræmo patriarcha Antiocheno, ab Anastasio Sinaita, et a Leontio Byzantino hymni « de Margarita [5]. » Theodorus Studites S. Doctoris carmina peculiari hymno celebrat [6].

Nec defuere apud latinos qui

[1] Ap. J. S. Assemanum, *Bibl. Orient.* I, 59, 149.

[2] *Chronographia* ad an. 367 ap. Migne *Patrol. gr.* CVIII, 188-189.

[3] *Chronographia*, ed. Paris. 15.

[4] *De his qui in fide dormierunt* n. 31-32. *Sacr. Parall.* 71, ap. Migne, *Patrol. gr.* XCV, 275; XCVI, 486.

[5] Ephraem patr. Ant. ap. Photium *Biblioth.* cod. 229 ; Anastas. in *Hodego* 8 et 10 ; Leontius, *de sectis* I.

[6] Ap. Em. Card. Pitra, *Anecdota sacra.* Paris. 1876, p. 340.

diaconi Edesseni opuscula legerent. Gennadius Massiliensis [1], memorat carmen de Nicomediæ lapsu; Honorius Augustodunensis [2] nominat Ephræmi opuscula et librum de Spiritu sancto; Vincentius Bellovacencis [3] apud se habebat septem Ephræmi opuscula de pœnitentia, de luctaminibus sæculi, de compunctione cordis, de beatitudine animæ, de resurrectione, de judicio, quibus addit Trithemius [4] opuscula de cogitationibus, de prædicatione dura, de celebratione mysteriorum et planctum super Edessam.

Dum hæc isti de scriptis S. Ephræmi scribebant, alii ejus gesta narrabant. Primus occurrit Palladius [5], episcopus Hellenopolitanus, qui in sua *Historia Lausiaca,* anno 420 conscripta, præclara quædam Ephræmi gesta refert. Alia occurrunt in *Apophtegmatibus Patrum* [6].

Celeber scriptor qui *Vitas Patrum* descripsit Metaphrastes Ephræmi gesta narravit, generatim cum Gregorio Nysseno et Sozomeno consentiens, in nonnullis ab his recedens. Aliæ in codicibus græcis habentur Ephræmi *Vitæ* a scriptoribus anonymis exaratæ. Unam edidit Vossius in sua operum Ephræmi editione, aliæ adhuc latent in bibliothecis. Exstat etiam Syriace *Vita* S. Ephræmi ab anonymo auctore exarata quæ e codice Nitriensi sæc. XI-XII edita est in Ephræmi *Opp. syr.-lat.* III, Romæ 1743. Alia exstat in cod. syriaco Bibl. Paris, sæc. XIII a scriptore incerto exarata, sed de his sermo erit in altera dissertatione de Ephræmi vita ac gestis.

Si tam sæpe memorantur Ephræmi scripta a Græcis et Latinis nemo mirabitur auctores Syros continuo invocare S. Doctoris auctoritatem. Quum autem præcesserit hæreses Nestorii et Eutychetis, quibus Ecclesia syriaca in Nestorianos, Monophysitas et Orthodoxos scissa fuit, hinc omnes Syri, ad quamcumque sectam pertineant, eum ut sanctum venerantur et ejus scripta recipiunt, imo ejus hymnos quotidie in officiis liturgicis decantant. Jacobus Sarugensis († 521), fœcundissimus Syrorum Scriptor, Ephræmi encomium [7], quemadmodum Gregorius Nyssenus habuit, ejusque gesta et carmina laudavit memorans institutos a diacono Edesseno choros virginum qui decantarent ejus hymnos.

Philoxenus.

Philoxenus Mabugensis, unus e

[1] *De Script. Eccles.* 66.
[2] *De Script. Eccles.* 116.
[3] In *Speculo hist.* XIV, 87.
[4] *De Scriptor. Eccles.*
[5] *Hist. laus.* CI, ap. Migne, *Patrol. gr.* XXXIV, 1206. Hujus libri exstat antiquissima versio syriaca in Musæo Britannico *add. manusc.* 12173, ubi fol. 121 historia S. Ephræmi recitatur.
[6] *Patrol. gr*, LXV, 167.
[7] Exstat in cod. syr. Paris 195, fol. 109-119, in quo illud perlegimus.

præcipuis Monophysitarum scriptoribus, qui, ineunte sæculo VI scribebat, in libro de « *Uno ex Trinitate incarnato* » sæpius ad auctoritatem Ephræmi provocat et verba adducit : ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܡܪܢ *e sermone de Domino nostro* qui habetur infra; ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܠܣܛܝܐ *e sermone de latrone;* ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܒܥܘ̈ܬܐ *e sermone rogationum;* ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ *e sermone de fide;* ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܢܝܩܘܡܕܝܐ *e sermone de Nicomedia;* ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܡܟܣܢܘܬܐ *e sermone de reprehensione;* ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܒܪܫܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ *e sermone super verbis in principio erat Verbum;* ܡܢ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܥܕܬܐ *ex hymnis de Ecclesia;* ܡܢ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܒܝܠܕܐ *ex hymnis de Nativitate quos edituri sumus;* ܡܢ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܥܠ ܣܒܐ ܝܘܠܝܢܐ *ex hymnis de Juliano Saba*, quos descripsimus e codice perantiquo; ܡܢ ܦܢܩܝܬܐ ܕܠܘܩܒܠ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܘܡܠܦ̈ܢܘܬܐ *e tomo adversus Judæos et doctrinas* ܡܢ ܦܢܩܝܬܐ ܢܨܝܒܝ̈ܢܝܐ ܕܣܗ̈ܕܐ *e tomo martyrum Nisibenorum*[1]*;* ܥܠ ܬܐܘܡܐ ܕܓܫ ܒܨܒܥܗ *De Thoma qui digito suo tetigit;* ܡܢ ܩܠܐ ܕܟܠܬ ܡܠܟܐ *ex hymno : Sponsa regis.*

Alii. Joannes I patriarcha Antiochenus Monophysitarum († 649) in *Plerophoria* auctoritatem Ephræmi non semel invocat[2].

Joannes Maro in *Libello sanctæ fidei* allegat sermones *de Domino nostro et de Rogationibus* atque hymnos de Fide et de Nativitate[3].

Jacobus Edessenus († 708), notissimus scriptor monophysita, in *Epistola ad Georgium diaconum*[4], explicat verba quæ habet Ephræmus in hymno 25° de Nativitate, qui hymnus incipit ܥܠ ܝܠܕܗ ܕܒܟܪܐ et deest in editione romana. Unde patet non omnes Ephræmi hymnos de Nativitate Domini editos. Hunc hymnum cum aliis nostra hæc editio continet. In alia *Epistola ad Joannem stylitam*[5] Jacobus explicat verba obscura Ephræmi in secundo hymno *Adversus falsas doctrinas*.

Antonius Rhetor, monachus Tagritensis, qui sæculo IX florebat, in tractatu de *Sacro chrismate* Ephræmi quædam recitat, quæ, si non fallit memoria, ex hymnis de Epiphania sumpta sunt[6].

Moyses Bar-Cepha, Beth-Rhamani episcopus († 903), in suo tractatu de *Libero arbitrio* sæpissime utitur auctoritate S. Ephræmi[7]; in suo autem tractatu *de*

[1] Cfr. Wright, *Catal. of Syriac. manuscr. in the British Musæum* p 528, Londini 1871. Istæ citationes habentur ad calcem operis, add. manusc. 12164, fol. 131-139. Vid. etiam J. S. Assemanus. *Bibl. Orient.* I, 56. Romæ 1719.

[2] Cfr. Wright, *Lib. cit.* p. 755.

[3] Cfr. J. S. Assemanus, *Biblioth. Or.* I, 57.

[4] *Cod. Musæi Britan.* 12172, fol. 83-85.

[5] Edita est a Wright, *Journal of sacred litterature*, 4th series vol. X, 430.

[6] Cfr. *Cod. Musæi Brit.* 14726, fol. 74, 76, 81.

[7] Cfr. *Cod. Musæi Brit.* 14731, fol. 30, 55, 60 et passim.

Paradiso provocat ad Commentaria S. Doctoris in Pentateuchum et ad ejus hymnos de Paradiso : « Necesse est, inquit, corporatum esse paradisum, ut affirmat D. Ephraem in eo opere, quod librum Geneseos interpretatur et in iis etiam sermonibus (hymnis) quos de paradiso conscripsit. » Et infra : « Beatus Ephraem duplici interpretatione exposuit librum Moysis prophetæ quarum una mystica est, atque arcana eruit sensa, altera res ipsas pertractat a Moyse descriptas [1]. »

Dionysius Bar-Salibi , Amidæ episcopus († 1171), in suo in *Evangelia commentario,* præf. in Marcum memorat Commentaria S. Ephræmi in Evangelia hisce verbis : « S. Ephraem ordinem diatessari secutus , Evangelium explanavit [2] » Idem testatur Gregorius Barhebræus in *Horreo mysteriorum,* ubi in Matthæum sic præfatur : « Eusebius Cæsariensis videns corruptelas quas Ammonius Alexandrinus in Evangelium διατεσσαρων nuncupatum induxerat , cujus initium : *In principio erat verbum,* quod S. Ephraem *explicavit,* quatuor Evangelia ut in textu perfecta integraque reliquit [3]. » In decursu pluries allegat auctoritatem Ephræmi , sed non indicat an e Commentario vel ex Hymnis aut Sermonibus diaconi Edesseni desumpserit quæ recitat. Explicatio tamen verborum « *Nazareus vocabitur* (*Matth.* II, 23), » prout a Gregorio Barhebræo refertur, omnino consonat cum iis quæ habentur in Commentario quem e versione armena eruit J. B. Aucher et recenter edidit Mœsinger [4].

Gregorius Barhebræus in *Chronico Eccles.* [5] hæc de Ephræmo habet. « Ea ætate floruerunt doctores insignes : Athanasius Alexandriæ, Eusebius Hemesinus, similiter et Ephraem Nisebenus Edessæ , disciplinis divinis apprime instructus, quin aliquid ex institutione græcorum delibasset. Cum vero Harmonius, Bardesanis filius, composuisset hymnos (ܡܕܖ̈ܫܐ) perversis suis placitis commixtos, multosque suavi cantionum melodia traxisset in perniciem, ipse quoque doctor canticorum pietate conspersorum harmoniam adhibuit et hymnos (ܥܢܝ̈ܬܐ) concinnavit. »

Gregorius Barhebræus.

Auctor anonymus *Actorum* S. Ephræmi, postquam memoravit commentaria S. Doctoris in Scrip-

Alii.

[1] De Paradiso, interprete Masio, ap. Migne, *Patrol. gr.* CXI, 485-486 et passim.

[2] Ap. Asseman. *Bibl. Or.* I, 57 et II, 159.

[3] Cfr. Assemanus, *ibid.*

[4] Cfr. *Evangelii concordantis expositio facta a S. Ephræmo* in latinum translata a J. B. Aucher edid. Mœsinger Venetiis 1876, p. 36. Cfr. *Commentarium Gregorii Barhebræi in Matth.* Syriace edidit Spanuth, Gottingæ, 1879, p. 7. Omisit D. Spanuth præfationem quam a J. S. Assemano, *Bibl. Or.* I, 57-58, mutuati sumus.

[5] *Greg. Barhebræi chronic. eccles.* ediderunt J. B Abbeloos et T. J. Lamy. Lovan. 1873-1877, sect. I, p. 83. En verba syriaca : ܘܐܣܬܡ ܕܪܡܚܐ

turam ejusque sermones (ܡܐܡܪܐ) et epistolas (ܐܓܪܬܐ) adversus hæreses quascumque sed præcipue adversus Bardesanem, pergit : « Jam vero satis edoctus quantum Edesseni musica cantuque caperentur, illosque a profanis et inhonestis lusibus choreisque avocare cupiens, choros virginum instituit, docuitque odas sublimibus et spiritualibus sententiis compactas [1] de Christi nativitate, baptismo, jejunio, passione, resurrectione, ascensione, deque reliquis mysteriis divinæ illius dispensationis : quibus adjecit alios hymnos de martyribus, de pœnitentia, de defunctis, effecitque ut puellæ fœderis (quæ virginitatem Deo stabili fœdere obstrinxerant) ad Ecclesiam convenirent cunctis Domini solemnitatibus et martyrum cunctisque diebus dominicis. Ille vero velut pater et spiritus citharœdus in medio aderat, docebatque modos musicos et modulandi carminis leges. »

Salomo, Bassoræ episcopus, qui sæculo XII florebat in *Libro apum* [2] laudat tredecim Ephræmi hymnos de Josepho patriarcha, de quibus hæc habet Ebed-Jesu Khayyat, archiep. Amadiæ : « Unum addam plurimas adhuc latescere in Mesopotamia et alibi in manuscriptis hujus S. Doctoris (Ephræmi) elucubrationes. Inter cætera jam inveni ejus carmina duodecim in Joseph, quæ tanta elegantia et tam mirabili gratia sunt conscripta ut maxime sit optandum ea luce donatum iri [3]. »

Hebed-Jesu, Nestorianus Nisibin episcopus qui sæculo XIV scribebat, in *Catalogo Scriptorum Syrorum* [4] hæc habet : « Ephraem magnus, qui Syrorum propheta cognominatus est, edidit commentaria in libros Genesis, Exodi, Sacerdotum [5], Josue, Judicum,

ܒܠܐܪܐܘܢ . ܗܘܐ ܓܝܪ ܗܘܐ ܒܡܒܥܝܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ . ܟܕ
ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܥܡ ܡܙܡܘܪܬܐ ܕܥܡܐ . ܟܕ ܕܐܦܣܝܩܘ ܒܗܘܢ
ܕܒܙܡܪܐ ܥܡܡ ܠܡܫܝܚܐ ܘܦܫܝܢ ܒܗܘܢ ܐܘܡܢܘܬܐ .
ܡܚܘܝܢܘܬ ܗܠܐ ܕܡܩܕܫܐ ܢܨܝܚ ܗܘܐ ܒܥܘܗܕܢܐ ܠܠܚܡܐ .
ܢܩܒ ܡܥܒܕܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܡܩܕܫܐ ܘܫܠܡ ܒܗܘܢ ܕܫܒܚ
ܗܘܐ ܘܚܒܪ ܡܙܡܘܪܐ . »

[1] Ita vertunt J. S. Assemanus in *Bibl. Or.* I, 47, et editores *Opp.* S. Ephræmi t. III, *Syr.-lat.* p. LII, sed verba syriaca sunt : ܐܩܝܡ ܘܐܠܦ ܒܢܬܐ ܡܕܪܫܐ ܘܩܝܢܬܐ ܘܥܘܢܝܬܐ instituit cœtus virginum quas *docuit hymnos et scalas et responsoria.*

[2] Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* I, 57.

[3] *Syri Orientales*, Romæ 1870, p. 127.

[4] Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* I, 58 et III, part I:
ܐܦܪܝܡ ܪܒܐ ܕܣܘܪܝܝܐ . ܢܒܝܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܡܦܫܩܢܘ .
ܡܦܫܩܢܘܬܐ ܕܡܘܬܒܐ ܕܒܪܝܬܐ ܘܕܡܦܩܢܐ . ܘܕܟܘܗܢܐ
ܘܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ . ܘܕܫܦܛܐ ܘܕܡܠܟܐ ܘܕܡܫܡܘܐܝܠ . ܘܕܥܒܪܐ
ܕܡܠܟܐ ܘܕܐܝܘܒ . ܘܕܡܙܡܘܪܐ ܘܕܐܫܥܝܐ . ܘܕܐܪܡܝܐ
ܘܕܚܙܩܝܐܝܠ . ܘܕܬܪܥܣܪ ܢܒܝܐ . ܘܟܬܒ ܒܗ ܒܡܐܡܪܐ
ܘܐܓܪܬܐ . ܕܥܠ ܡܫܝܚܘܬܐ ܘܕܝܢܐ . ܘܟܬܒ ܒܗ ܡܐܡܪܐ
ܕܥܢܝܬܐ . ܘܡܕܪܫܐ ܕܥܠ ܡܫܝܚܐ . ܘܩܠܐ ܕܒܬܘܠܘܬܐ
ܕܡܪܝܐ . ܘܡܢܝܢܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ . ܘܕܪܫܐ ܕܥܠ ܦܘܠܘܣ .
ܘܠܘܩܒܠ ܡܪܩܝܘܢ ܘܒܪܕܝܨܢ . ܘܠܘܩܒܠ ܡܢܝ
ܘܕܩܘܡܝܘܢ . ܘܡܢ ܐܝܟ ܕܡܠܝܘܢ .

[5] Id est Levitici, omittuntur libri Numerorum et Deuteronomii qui forte in codice Hebed-Jesu deficiebant.

Samuelis, Regum, Davidis (psalmorum), Isaiæ, duodecim prophetarum, Jeremiæ, Ezechielis et beati Danielis. Habet etiam libros et epistolas de fide et Ecclesia. Edidit quoque orationes metricas, hymnos et cantica, cantusque omnes defunctorum et compositiones ordine alphabetico [1], necnon adversus Simonem et Bardesanem, et contra Marcionem atque Ophitas [2], demum solutionem impietatis Juliani. » Hisce verbis Ebed-Jesu ea dumtaxat Ephræmi scripta memorat quæ ipse legerit vel ad manus habuerit. Nam Ephræmum plura edidisse quam quæ ab Ebed-Jesu enumerantur ex supra dictis et infra dicendis confirmabitur.

Syri Ephræmo tribuunt, inquit J. S. Assemanus, duodecim millia carminum, Copti quatuordecim, Sic enim legunt in Synaxario ad diem 17 Abib : « Scripsit autem sermones et carmina plurima. In quodam exemplari notatum reperimus summam sermonum omnium, quos per Spiritum sanctum edidit esse quatuordecim millia [3]. » Quod, quamvis multa cum exaggeratione dictum sit, ostendit tamen tum Syrorum tum Coptorum persuasionem quod Ephræmus multa carmina scripserit.

Supersedeo a referendis recentiorum judiciis qui omnes mirantur diaconi Edesseni doctrinæ puritatem, ingenii acumen, sermonis eloquentiam, hymnorum pulchrum et suave artificium, miram varietatem magnumque numerum. Citandi imprimis essent Ambrosius Camaldulensis in Præfatione ad suam interpretationem latinam nonnullorum opusculorum Ephræmi [4], Gerardus Vossius, qui primus undique collegit scriptorum quidquid reperire potuit in codicibus græcis et latinis et latine edidit [5], et præsertim J. S. Assemanus cum sociis qui maximam illam editionem curarunt in qua primum textus syriacus additus fuit [6]. Inter recentissimos laudes Ephræmi recitarunt P. Zingerle, J. Morris, G. Bickell, C. Lengerke, C. Ferry, aliique permulti quorum opera infra indicabuntur.

[1] ܣܘܡܟܐ ܕܟܠ ܐܠܦ ܒܝܬ. Abraham Ecchellensis vertit « Appositiones Alphabeti » et intelligit hoc de punctis vocalibus syrorum quorum inventionem Ephræmo tribuit, at eum errare recte observat J. S. Assemanus qui docet has compositiones digestas esse ad instar Lamentationum Jeremiæ, ita ut singulæ strophæ incipiant ex ordine per litteram alphabeti, nempe prima stropha per litteram ܐ, secunda per ܒ, tertia per ܓ et sic porro. Hujus generis sunt generatim hymni ܡܕܖ̈ܫܐ dicti, ut hymnus de Angelo et Maria, de Maria et Magis, de Domino et Joanne quæ habentur infra.

[2] ܘܐܘܦܝܛܣ. An forte legendum ܘܗܘܦܛܝܣ *Hypatius*, contra quem scripsit Ephræmus tractatum quem edidit Overbeek, *Ephræmi syri aliorumque opera*. Oxonii, 1865, p. 59, sqq.

[3] Apud J. S. Asseman. *Bibl. or.* I, 59.

[4] Ambrosius Camald. *S. Ephræmi Syri sermones XIX in latinam linguam e græco conversi.* Florentiæ 1481.

[5] Romæ 1589-1598 3 vol. in-folio.

[6] Prodiit Romæ 1732-1746, 6 vol. in-fol.

Ephræmi cultus.

Illud dumtaxat addimus omnes scilicet Ecclesias orientales Armenorum, Chaldæorum, Coptorum, Jacobitarum, Maronitarum, Melchitarum, Nestorianorum memoriam S. Ephræmi recolere in Menologiis et Synaxariis, et Jacobitas quidem, Armenos et Græcos ad diem 28 Januarii, Maronitas vero et Melchitas ad diem 18 Januarii, Coptos ad diem 17 Abib[1]. In calendario autem omnium quinque nationum Armenorum, Latinorum, Syrorum, Maronitarum et Melchitarum reponitur festum S. Ephræmi in diem 28 Januarii[2]. In martyrologio romano memoria S. Ephræmi legitur ad diem I^am^ Februarii. Nestoriani in officio feriæ VIe post dominicam V^am^ ab Epiphania, Jacobitæ in officio feriæ IIIe, Maronitæ ad vesperas dominicæ et festorum solemnium Ephræmi nomen collaudant. Armeni commemorationem S. Ephræmi in illa duodecim suorum doctorum includunt et celebrant feria III^a^ post dominicam V^am^ ab exaltatione crucis[3]. Copti festum S. Ephræmi XV^a^ Julii celebrant[4].

II.

VERSIONES, CODICES, EDITIONES.

S. Hieronymus, Theodoretus et Sozomenus cum omnibus Syris asserunt Ephræmum syro sermone scripsisse quod et codices ostendunt. Petrus autem de Natalibus et Sixtus Senensis[5] scribunt Ephræmum e syriaca lingua in græcam sua opuscula transtulisse adeoque non syriace tantum sed et græce scripsisse. His favere videntur auctor anonymus *Vitæ* S. Ephræmi quæ habetur *Opp. Syr.-lat.* t. II, auctor alterius vitæ quam legimus in cod. syr. paris. 235 fol. 125-142, Menologium armenum et Amphilochius vel quisquis est auctor narrationis sub ejus nomine editæ. Isti quippe auctores referunt S. Ephræmum linguam græcam ignorasse donec Cæsaream veniret ad S. Basilium ; qua occasione linguæ græcæ scientiam divinitus acceperit. J. S. Assemanus[6] et Petrus Benedictus[7], operum syriacorum et græcorum S. Ephræmi editores doctissimi, docent

[1] Cfr. S. Ephræmi *Opp. Syr.-lat.* I, Præf. ad lect.

[2] Vid. Niles *Kalendarium utriusque Ecclesiæ*, Œniponte, 1879, p. 435.

[3] Nilles, L. c. II, 609.

[4] Nilles, L. c. II, 658.

[5] Apud J. S. Assemanum, *Ephræmi Opp. græco-lat.* I, proleg. X.

[6] *Biblioth. Or.* I, p. 55. Cfr. tamen quæ habet in S. Ephræmi *Opp. græco-lat.* t. III, præf. p. 46.

[7] S. Ephræmi *Opp. Syr.-lat.* I, *Præf. ad lect.* II; Præf. p. 22.

Ephræmum hebraice et græce doctum fuisse. Hanc opinionem confirmat J. S. Assemanus ex iis quæ S. Doctor habet in suo in Jonam Commentario ubi dicit : « Et cœpit Jonas introire in Niniven itinere trium dierum, et prædicavit et dixit : adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur. » *In græco autem* legitur : « adhuc tres dies et Ninive subvertetur. » Utrumque autem verum est. Nam in Hebraicis exemplaribus scriptum est sic : « Cœpit Jonas introire in civitatem Niniven diebus quadraginta. » « Ex quibus discimus, inquit Assemanus, Ephræmum græci sermonis haud ignarum fuisse : nam versionis septuaginta interpretum meminit : vel saltem editionem illam in Syriacum versam legisse [1]. »

Plura ejusdem generis e versione septuaginta interpretum adducit S. Ephræmus. Sic ad *Zach.* XI, 5 annotavit : « ܡܢܐ ܠܝ ܢܟܠܐ ܘܠܐ ܡܣܟܠ ܐܢܬ : *græcus* autem pastorem imperitum dicit. » Cfr. quæ habet ad *Amos* VI, 1; *I Reg.* XIV, 3; *Ezech.* VII, 17, *Zach.* III, 9-10.

An græce doctus.

Istud argumentum totam quæstionem solveret si constaret Ephræmum hæc non desumpsisse vel ex versione græca syriace jam tunc translata, vel ex annotationibus ad marginem versionis syriacæ appositis. Exstat quidem versio syriaca hexaplaris ex Hexaplis Origenis confecta, sed Ephræmo recentior est, utpote quæ a Paulo, Telæ episcopo, sæculo VII confecta fuerit. Alterius autem versionis e græco confectæ nullibi mentio occurrit. Quare Lengerke [2] potius putat Ephræmum hæc ex annotationibus marginalibus desumpsisse, quasdam etiam ex illis annotationibus ipsi perperam tributas fuisse, quod in catenis fieri non ita raro evenit. Sic quæ ad 1m Geneseos versiculum de particula hebraica את in Commentariis Ephræmi [3] explicantur, non Ephræmi sunt, ut putaverat J. S. Assemanus [4], sed Jacobi Edesseni ut recte P. Benedictus animadvertit [5]. Quod autem Ephræmus non ex ipso græco textu suas annotationes deprompserit valde probabile fit, ex eo quod raro ad textum græcum recurrit. Negligit autem versionem græcam in iis locis, ubi ea necessaria erat ad sen-

1 *Biblioth. Orient.* I, 71. Istud Ephræmi in Jonam Commentarium non reperitur in editione romana operum S. Ephræmi, forsan quod hac parte codex ita vetustate corruptus fuerit ut amplius perlegi non potuerit. Illud e codice Musæi Britannici descripsimus et in secundo volumine cum aliis commentariis in editione romana deficientibus edituri sumus.

2 *Commentatio critica de Ephræmo Syro SS. Scripturarum interprete. Halis Saxonum*, 1828, P. 23, sqq.

3 *Opp. Syr-lat.* I, 116.

4 *Bibl. Orient.* I, 64.

5 *Ephræmi Opp. syr.-lat.* I. 116.

sum loci eruendum, quod utique non fecisset si græca usus fuisset versione.

Ex hujusmodi igitur annotationibus vel glossis hic illic in commentariis Ephræmi adductis certo erui nequit S. Doctorem linguæ græcæ peritum fuisse. In hac sententia nobis præiverunt Lengerke jam citatus et H. Burgess [1].

Aliud urgeri potest argumentum ex homilia S. Doctoris in *Gen.* I, 27 ubi scriptores Græcos supra Syros et Persas efferens ait : « Græci porro supra ceteros in ejusmodi disciplina profecerunt ; e Græcia quippe prodiere insignes oratores, breves et pusilli verbis, sententiis ampli et grandes ; his adjuncti sunt præstantissimi disputatores sophistæ, et grammatici perpoliti et elaborati sermonis studiosi. Accessere deinceps nobiles medici, quorum studium et opera fuit morbos curare, ac dignoscere corporum affectiones ac temperamenta, et herbarum virtutes exponere. Astronomiam alii professi sunt, scientiam oppido quam fallacem, et alii astrologiam erroris robur ac firmamentum. Hos inter excelluere Prophyrius vir doctissimus, et magnus Plato omnium ore celebratus, Socrates item subtilissimi vir ingenii, et Hippocrates excellentissimus medicus et celeberrimus Galenus. Omnes tamen doctrina et eruditione prævertit Aristoteles [2]. » Hisce quidem verbis prodit se eruditionis græcæ haud ignarum. Attamen quum tunc temporis florentissima vigeret schola in urbe Edessa, haud improbabile est multos græcorum scriptorum libros jam tunc syriace versos fuisse. Certe codex Musæi Britannici (addit. man. 12, 150) anno 411 conscriptus continet Theophaniam Eusebii scriptaque Titi Bostreni e græco syriace translata. Unde colligitur, initio sæculi quinti, libros Doctorum ecclesiæ græcæ, statim ac editi fuerant syriace translatos fuisse. Improbabile igitur non est idem factum sæculo quarto. Imo ante sæculum quartum scripta Marcionis, Valentini aliorumque gnosticorum sive a Bardesane, ab Harmonio vel aliis in linguam syriacam versa fuisse ex confutatis ab Ephræmo horum virorum erroribus recte colligi videtur. Si enim græce tantum extitissent, necesse haud fuisset syriacis odis ea confutare. Quare tenendum est, quod innuit Hieronymus et diserte docent Sozomenus ex Oriente oriundus, Theodoretus, Antiochiæ natus, et eruditissimus Syrorum historiographus Gregorius Barhebræus, Ephræmum græcæ eruditionis expertem

[1] *The Repentance of Nineveh by Ephræm Syrus.* Londini 1853. *Introd.* p. 24, 42.

[2] *Opp. Syr-lat.* II, 117.

fuisse. « Syriaca usus lingua, inquit Theodoretus, spiritualis gratiæ radios diffundebat. Nam, etsi Græcorum disciplinam non degustaverat *παιδείας οὐ γεγεύμενος ἑλλήνικης* multiplices tamen illorum errores patefecit. » « Disciplinis divinis apprime instructus fuit, addit Barhebræus, quin aliquid ex institutione græcorum delibasset ܟܕ ܠܐ ܗܘܐ ܛܥܡ ܡܢ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܝܘܢܝܐ. » Confirmatur ex *Actis* syriacis S. Ephræmi, in quibus asseritur divum scriptorem interprete indiguisse donec adiret Basilium, qua occasione linguæ græcæ donum divinitus acceperit. Quod factum an contigerit in disputatione de vita S. Ephræmi in altero tomo examinabitur. Remigius Cellier[1] mediam inivit viam dicendo S. Ephræmum sufficienter calluisse linguam græcam ut eam intelligeret, non vero ut græce scriberet. Ista hypothesi facile explicaretur quomodo S. Doctor septuagintavirali versione in suis commentariis quandoque usus sit. Nec improbabile est græcum sermonem a multis usurpatum fuisse in urbibus Nisibin et Edessa quando Ephræmus earum scholas frequentabat, quum illæ urbes subjectæ tunc fuerint Imperatoribus Byzantinis. Nec eam hypothesin omnino excludunt testimonia mox relata; ei tamen non favent. Quidquid autem de hac hypothesi sentiendum sit, ex hucusque disputatis concludimus cum Tillemontio[2], Cave[3] et aliis, S. Ephræmum omnes suos sermones, commentarios, odas et hymnos syriace exarasse, quod et Hieronymus asserit, nec quidquam græce transtulisse, at brevi ad tantam claritudinem venisse, ut, ipso adhuc vivente, ejus scripta in linguam græcam verti cœperint, quod opus post ejus mortem continuatum est, ut narrat Theodoretus. Nec tantum in linguam græcam, sed mox in armeniacam, arabicam, copticam, ethiopicam et latinam translata fuerunt. Postea et slavonica etiam versio facta est. Collectio sermonum S. Ephræmi slavonice legebatur in omnibus imperii russici ecclesiis usque ad regnum Petri magni[4]. Post inventam autem artem typographicam plurima Ephræmi opuscula ascetica gallice, germanice, anglice, Italice edita fuerunt ad fovendam fidelium pietatem.

Codices græci et latini. J. S. Assemanus accurate recensuit et descripsit in primo et secundo tomo operum græco-latinorum S. Ephræmi omnes codices græcos et latinos qui in variis Europæ bibliothecis sive Romæ, sive Viennæ in Austria, sive Parisiis, sive in Anglia, Hibernia et

[1] *Histoire générale des auteurs ecclés.* Ed. Vives. Paris 1860, t. VI, p. 7.

[2] *Mémoires*, VIII, 703.

[3] *Hist. litter.* I, 133.

[4] V. Tondini, *Réglement ecclésiastique de Pierre Le-Grand*, Paris 1874, p. 52. not.

Russia inveniuntur. Quare inutilem laborem me suscepturum existimavi si hic iterarem opus tam diligenter et perfectissime a viro doctissimo absolutum.

Hoc est autem de versionibus græcis hujus viri judicium. « Græcæ versiones a diversis auctoribus elaboratæ non eandem ubique, aut saltem iisdem verbis conceptam, reddunt sententiam. Sunt quippe qui in interpretando verbum de verbo reddidere : alii sensum retinere contenti, græci sermonis genio indulgentes, circumlocutionibus sunt usi : non pauci denique ob syriacæ linguæ difficultatem aut imperitiam, a genuina etiam sancti Patris mente longius recessere. Enim vero ex syriacis sermonibus qui supersunt manifeste apparet, græcos interpretes non semper nec ubique interpretandi artem tam exacte tenuisse, ut sublimen auctoris stylum ac sublimes sententias sint assecuti, quin imo facta cum syriaco textu collatione deprehenditur eos non semel a vero aberrasse, aut ea in obscuro posuisse quæ plena apud auctorem et perspicua sunt. Hæc tamen a me non ideo sunt dicta, quod eadem cum Kohlio sentiam, Vossii fidem in dubium vocanti : aut Riveti ac Tentzelii censuræ subscribam, ea omnia quæ translata dedit Vossius Ephræmi opera, tanquam spuria et adulterina rejicientium : quin imo satis mihi persuadeo, et omnino sic statuo, neque Vossium sub Ephræmi nomine venditasse, quæ in manuscriptis græcis eo nomine non essent inscripta; neque ipsum in iis operibus latine vertendis pro genuino græcorum codicum sensu alium a veritate alienum nobis obtrudisse. Hoc ipsum convincunt græca exemplaria, non Vossii tantum ætatem antecedentia, sed quæ octingentos et nongentos etiam annos superant, in quibus ii sermones omnes græce apparent, quos postea Vossius latine edidit[1]. »

Versio armena.

Versio armeniaca sæculo quinto confecta fuerit. Juxta hanc versionem Mechitaristæ Venetiis, anno 1836, quatuor voluminibus ediderunt ex codice anni 999 commentaria S. Ephræmi in quatuor Evangelia et in epistolas Pauli, quæ hucusque deficiunt in editionibus operum S. Ephræmi syriacis, græcis, et latinis. Recentius D^r Mœsinger latine edidit versionem armenam commentarii in Evangelia[2]. Hucusque commentaria in Epistolas S. Pauli latent in armena versione.

[1] S. Ephræmi *Opp. græco-lat.* II, præf. p. XXV.

[2] Vid. *Evangelii concordantis Expositio facta a sancto Ephræmo Syro* in latinum translata a R. P. Joanne-Baptista Aucher Mechitarista, cujus versionem emendavit, annotationibus illustravit et edidit D. G. Mœsinger. Venetiis, 1876.

Nihil prodiit e versionibus arabicis, copticis, et ethiopicis. De arabicis autem translationibus hoc judicium pronuntiat J. S. Assemanus : « Hoc in omnibus fere arabicis recentioribus interpretationibus observare est, ut qui in Syria et Ægypto e græco vel syriaco aliquod sanctorum patrum opusculum in arabicum sermonem convertendum suscipiunt, neque verbis neque sententiis ubique inhæreant, sed excerpta quædam describentes, et novum quodammodo opus ipsi procudentes, non vereantur tamen sub antiqui auctoris nomine illud venditare. Quæcumque igitur ad nos hujusmodi scripta perveniunt, post sæculum duodecimum elucubrata, perinde se habere existimanda sunt, ac si nullam fidem mereantur, nisi ad autographum collata, perspicuum fiat, illa cum græco vel syriaco textu convenire. Hunc in censum refero sermones omnes arabicos (exceptis illis duobus supra quinquaginta, jam olim e græco conversis de quibus t. I, *Bibl. Orient.* p. 150 ad 156) qui Ephræmi nomen præferunt in codicibus vaticanis[1]. »

J. S. Assemanus in *Bibliotheca Orientali* I, 49, sqq. describit duos codices arabicos collectionem opusculorum asceticorum sancti Ephræmi continentes : unus numero 8 inter Assemanianos notatus, anno 1325 exaratus, continet 50 sermones Ephræmi, alter ad bibliothecam S. Petri in Monte aureo pertinens, anno 1329 conscriptus, sermones 52[2] continet, eosdem scilicet ac in codice præcedenti, excepto 24° qui diversus est. In hoc secundo codice notat amanuensis omnes illos sermones e græco arabice versos fuisse ab Abrahamo, Joannis Antiocheni filio protospathario. Iidem sermones in priore codice partim e græca partim e syriaca lingua translata dicuntur ab Assemano[3]. Imo eadem collectio e lingua Syra in linguam arabicam ab anonymo versa dicitur anno Christi 980 in cod. Paris. arab. 65, ubi continetur. Vid. *Opp. Græco-lat.* III, prolegom. p. XL, n. 21.

Versio et Codices arabici.

Eadem collectio exstat in codice arabico Musæi Britannici, Arund. Or. I qui anno 1344 exaratus fuit, et in duobus codicibus Bibliothecæ Bodleianæ : nempe in cod. Bod. 571 et cod Marsh. 477. Omnia opuscula in hisce codicibus contenta græce habentur et latine in editione romana. Ea hic enumeramus juxta codicem Londinensem cum indicatione loci editionis romanæ ubi inveniuntur :

[1] *S. Ephræmi Opp. græco-lat.* Romæ 1843, t. II, præf. 54.

[2] Assemanus sermones numerat 51 ; at in catalogo quem ab ipso et a Steph. Ev. Assemano confectum edidit Card. Maius *Sriptor. vet. nova collect.* t. IV, p. 129, sqq. numerantur 52.

[3] Apud Card. Maium, *Lib. cit.* Assemanus addit: « eosque partim græce, partim syriace edidimus. »

1° Epistola ad Joannem monachum de patientia. Vid. Opp. græco-lat. II, 186.

2° Reprehensio sui ipsius. Vid. Opp. græco-lat. I, 18.

3° Ad eversionem superbiæ. Vid. Opp. græco-lat. I, 23.

4° Sermo ad pœnitentiam excitans. Exstat in cod. carsh. Paris n° 193. Vid Opp. græco-lat. I, 28.

5° Sermo asceticus in quo est multa consolatio et humiliatio illis, qui, ut salvi sint, cupiunt. Vid. Opp. græco-lat. I, 40.

6° Sermo ad imitationem Proverbiorum et de timore Dei. Vid. Opp. græco-lat. I, 70.

7° Admonitio ad correctionem illorum qui vitam ærumnosam degere cupiunt. Vid. Opp. græco-lat. I, 111.

8° Reprehensio sui ipsius. Vid. Opp. græco-lat. I, 119.

9° Sermo de recordatione dolorum cum confessione et gratiarum actione. Vid. Opp. græco-lat. I, 144.

10° Ad pœnitentiam hortatur. Vid Opp. græco-lat. I, 148.

11° Sermo actionem gratiarum Domino complectens cum humilitate. Vid. Opp. græco-lat. I.

12° Sermo admonitionis. Vid. Opp. græco-lat. I.

13° Sermo multam humilitatem comprehendens. Vid. Opp. græco-lat. I. Decem folia exciderunt, complectentia sermones 11-13.

14°-15° Sermo in patres defunctos. Vid Opp. græco-lat. I, 175.

16° De anima, qua debeat via Deum supplicare, si quando inimicus eam tentet. Vid. Opp. græco-lat. I, 193.

17° De judicio et compunctione animi. Vid. Opp. græco-lat. II, 50.

18° De patientia, de hujus sæculi consummatione, de regno justorum et supplicio peccatorum. Vid. Opp. græco lat. III, 93.

19° Sermo paræneticus ad Eulogium. Vid. Opp. græco-lat. II, 170.

20° Quod non oporteat sibi indulgere et ridere. Vid. Opp. græco-lat. I, 254.

21° De secundo Domini nostri J. C. adventu. Vid. Opp. græco-lat. I. 167.

22° De beatitudinibus. Vid. Opp. græco-lat. I, 292.

23° De virginitate. Vid. Opp. græco-lat. III, 74.

24° Adversus illos qui sæpissime peccant, et variis vicibus pœnitentiam agunt. Vid. Opp. græco-lat. III, 31.

25° Confessio cum precatione. Vid. Opp. græco-lat. I, 199.

26° Admonitio de pietate. Vid. Opp græco-lat. II, 145.

27° De iis qui propria negligentia et ignavia excidunt, et excusationes in peccatis prætendunt. Vid. Opp. græco-lat. II, 148.

28° Ad fratrem qui ceciderat et

de pœnitentia. Vid. Opp. græco-lat. II, 154.

29° Ad fratrem de dicto : melius est nubere quam uri. Vid. Opp. græco-lat. II. 164.

30° Admonitio de caritate. Vid. Opp. græco-lat. II, 169.

31° De monacho tædio affecto qui dixerat monasterium relinquam et in sæculum revertar. Vid. Opp. græco-lat. II, 175.

32° De moribus pravis et ignavia. Vid. Opp. græco-lat. II, 183.

33° De differentia inter vitam monasticam et sæcularem. Vid. Opp. græco-lat. II, 185.

34° De passione Domini nostri salvatoris. Vid. Opp. græco-lat. III, 244.

35° De judicio et resurrectione. Vid. Opp. græco-lat. III, 148.

36° De devotione qua sese disciplinare militem Dei oportet. Vid. Opp. græco-lat. III, 38.

37° De patientia et humilitate. Vid. Opp. græco-lat. II, 326.

38° De patientia et humilitate. Vid. Opp. græco-lat. III, 86.

39° De resurrectione mortuorum. Vid. Opp. græco-lat. III, 119.

40° De illis qui ad improbitatem et impudicitiam animas decipiunt dicentes nihil esse mali. Vid. Opp. græco-lat. III, 56.

41° Ad fratrem qui controversiam egerat propter Eli sacerdotem. Vid. Opp. græco-lat. III, 6.

42° Centum capita quæ comprehendunt narrationes, historias, instructionem, admonitionem. Vid. Opp. græco lat I, 299.

43° Narratio de Juliano asceta. Vid. Opp. græco-lat. III, 254.

44° De recordatione mortis, de virtute et de divitiis. Vid. Opp. græco-lat. III, 114.

45° Hypomnisticum per speciem epistolæ. Vid. Opp. græco-lat. I, 188.

46° De virtutibus, vitiisque viginti tres sectiones. Vid. Opp. græco-lat. I, 1.

47° Admonitio de vita monastica ad novitium monachum. Vid. Opp. græco-lat. I, 258.

48° Admonitio divina. Vid. Opp. græco-lat. II, 77.

49° De variis somnolentiæ speciebus. Vid. Opp. græco lat. II. 95.

50° De patientia et compunctione. Vid. Opp. græco-lat. II, 366.

51° Admonitio ad fratres qui de loco in locum transeunt. Vid. Opp. græco-lat. II, 108.

52° De illo qui in aures fratrum legit quod cum amore ad populum legere oportet. Vid. Opp. græco-lat. II, 128.

53° De mansuetudine. Vid. Opp. græco-lat. II, 138[1]. Duo sermones sub nn. 36 et 37 descrip-

[1] Vid. Rosen et Forshall *catalogus codd. arab. Musæi Britannici*. Londini 1846, pag. 26 et seqq.

ti desunt in cod. rom. 8 sicut et duo ultimi.

Alia Ephræmi opuscula habentur in codicibus arabicis. Nempe:

1° In cod. arab. vat. 75, Commentaria in Gen. et Exod.

2° Sermo de transfiguratione Domini. Exstat in cod. vat. 45 f. 143; in cod. arund. or. 21, Musæi Britannici. Impressus est in Ephræmi Opp. græco-lat II, 41.

3° Sermo in mulierem peccatricem. Exstat in cod. vat. I, Berœensi sæc. XVII; in cod. carsh. paris. 194, sæc. XVI, fol. 118-123. Vid. infra p. 311, sqq..

4° Sermo de Elia propheta. Exstat in cod. Berœensi I; in cod. carsh. Rich. 7209, sæc. XVI, fol. 237-248. Forsan idem sit cum sermone syriaco qui habetur in Musæo Brit. add. man. 14,651.

5° Sermo de cæco nato. Exstat in cod. carsh. paris. 193, anni 1549, fol. 218-220; in cod. carsh. Bibl. Bodleianæ, Hunt. 22, sæc. XVII, fol. 218-223.

6° Sermo de cruce in eodem cod. Bodleiano, fol. 292-301.

7° Sermo in feriam primam paschatis. Exstat in Musæo Brit. cod. arund. 21, sæc. XIII, fol 209-221. In cod. carsh. paris. habentur præterea sermones de morte et pœnitentia, de timore Dei, de charitate, fide et secundo adventu Christi, de fine mundi et antichristo; in codd. carsh. et arab. Musæi Britannici sermones de pœnitentia et resurrectione et exitu animarum, de pœnitentia et judicio, de luctamine cum diabolo; in codd. carsh. Bibl. Bodleianæ sermones eosdem fere titulos habentes. Quum codices sint recentiores difficile dictu est an sermones illi authentici sint vel potius consarcinati ex variis S. Ephræmi sermonibus græce aut syriace exstantibus. Notandum est multo plures Ephræmi sermones e græco in arabicum, quam e syriaco translatos haberi. In codice Musæi Brit. Arund. or. 21, sæc. XIII, habentur quatuor sermones de hora mortis, quorum unus græce et latine, Opp. III, 260, exstat[1]. Vita Ephræmi arabice habetur in Bibl. paris. et oxon.

Interea autem dum Ephræmi opuscula ascetica e græco in linguas arabicam, latinam et slavonicam vertebantur, codices primigenium Ephræmi textum syriacum continentes in monasteriis præsertim Jacobitarum et Nestorianorum in Mesopotamia, Syria et Ægypto latebant solis Syris et Maronitis

[1] Sermones omnes arabice græce et latine qui Londini, Parisiis, Romæ, Oxonii exstant enumeratos habes partim in J. S. Assemani. *Bibl. Orient.* I, 149-156; Ephræmi *Opp. græco-lat.* prolegomena ad t. I, II et III; partim in Rosen et Forshall. *Catal. codd. Orientt. Musæi Brit.* Londini 1838-1846; Payne Smith, *Catal. codd. Syrr. et carsh. Bibliothecæ Bodleianæ*, Oxonii, 1864; Uri et Nicoll. *Catal. of orient.* Bodl. library. Oxford 1780-1873; Zotenberg, *catalogue des manuscr. syr. et carsh. de la Bibl. nat.* Paris, 1874.

noti. Dictu mirum videbitur præcipuos et antiquissimos quos habemus operum S. Ephræmi codices ex Ægypto in Europam esse advectos atque ex illis omnes fere S. Doctoris sermones, hymnos ac commentarios desumptos esse qui hucusque reperti et editi sunt. Atque tamen res ita se habet. Ad quod intelligendum pauca quædam sunt hic narranda.

Norunt omnes deserta Ægypti sæculo IV, innumeris fere monachis inhabitata fuisse, pluraque tunc temporis ædificata fuisse cœnobia non solum in Thebaide sed etiam in deserto Scetensi, in valle Nitriensi [1]. Quum fama sanctitatis monachorum Ægyptiorum per Syriam et Mesopotamiam divulgata quotidie multos Syros monachos in Ægyptum adduceret, ut testantur Rufinus et Palladius qui ad finem sæculi IV monachos deserti inviserunt, exstructum fuit pro monachis Syris in valle nitriensi cœnobium quod Virgini Deiparæ dicatum fuit. Etsi definiri nequeat quonam tempore surrexerit in deserto Scetensi Syrorum illud cœnobium, certum est antiquissimum esse et tempora Mahomedana præcessisse. Habuerit istud cœnobium, ut mos erat, ad usum monachorum non libros liturgicos tantum sed et bibliothecam. Quamvis autem Moslemi, subacta sæculo VII Ægypto, monachos Scetenses disperserint magnoque numero trucidarint atque monasteria pleraque subverterint, nonnulla tamen ruinis et direptioni restiterunt, inter quæ illud Syrorum quod hodieque perdurat. Ex variis annotationibus codicibus appositis discimus, bibliothecam monasterii Syrorum scetensis codicibus syriacis ditatam fuisse præsertim ab abbate Moyse nisibeno, qui, redux ab itinere, quod Bagdadum susceperat pro negociis sui monasterii, in bibliothecam, anno Christi 932, invexit 250 codices syriacos antiquissimos, qui partim in bibliotheca vaticana, partim in Museo Britannico conservantur. Successivis temporibus alii codices a Syris in Ægyptum se recipientibus allati bibliothecam ditaverunt. Interea autem temporis bibliotheca cum ipso cœnobio non semel a Moslemis direpta fuit, unde codices disjecti, dilacerati, nonnulli ablati. Sedatis autem rebus, bibliotheca instaurabatur. Recentissima bibliothecæ instauratio anno 1624 effecta est, et reperta sunt 403 volumina quorum unumquodque duo vel tres codices continebat. Quæ cum ita se haberent, Romam anno 1706 venit Gabriel Eva, monachus maronita, redux ab itinere quem, jussu Congregationis de propaganda fide in Ægyptum ad Coptorum

Textus syriacus quandonam detectus.

[1] Hodie *Uadi-ol-Natrun*.

******

patriarcham susceperat. Is narravit summo Pontifici Clementi XI recondi in monasterio Syrorum nitriensi codices syriacos, arabicos, coptos, maximæ antiquitatis.

Addebat etiam Gabriel haud dubiam spem fore, ut favore Joannis patriarchæ Alexandrini, cui monachi illi Nitrienses parebant, accedente alicujus industrii navique hominis opera, pars aliqua eorum codicum facile in potestatem veniret. Quæ cum libentissime audisset Summus Pontifex probassetque, pro eo quo tenebatur desiderio ditandi bibliothecam vaticanam copia codicum orientalium, jussit Eliam, monachum Maronitam, necessario commeatu prius instructum, cum commendatitiis litteris ad Joannem, Coptorum patriarcham ocius maturare ac velis, ut aiunt, remisque codicum negocium urgere. Cum hisce mandatis Elias, appetente vere ab Urbe dimissus, anno 1707, vix æstate jam adulta Alexandriam tenuit. Inde Cahiram progressus, Joannem patriarcham convenit, susceptique itineris causam docuit. Patriarcha multa cum benevolentia eum suscepit; attributisque sine mora commeatibus et litteris ad monachos Scetenses codicum dominos perhonorifice dimisit : socios insuper addidit duos, rem maxime necessariam in itinere periculoso per desertum. Elias humanissime a monachis cœnobii Syrorum exceptus quam quærebat bibliothecam tandem invenit. Spelæum diceris, codicibus temere aggestis constipatisque refertum. Ingemuit Elias, vir non agrestis, nobilissimos humani animi fœtus ab imprudentibus dominis indigne tractari, speravitque fore, ut merces, quas ipsi possessores, ceu sibi minime necessarias, imo prorsus inutiles tineis concesserant, nec multo negocio, nec magno pretio in manus suas venirent. Sed contra spem accidit : nam ex tanta voluminum farragine atque copia, vix quadraginta Elias a monachis ægre, soluto pretio, impetravit.

Ita utcumque confecto negocio, ad urbem Cairum cum suis libris reditum Elias maturavit. Hic vero parum abfuit, quin longo labore parta uno momento cuncta laberentur. Nam, quum, superata Nitriæ solitudine, quod reliquum erat viæ, navigio usus, secundo amne conficeret, exortus repente Africus, qui per æstatem Ægyptum infestare solet naviculam rapuit disjecitque; quumque nautis remigio destitutis in adversum obnitendi nulla esset ratio, cymba diu procellas nequidquam eluctata cessit, atque in omnium conspectu miserandum in modum fluctibus hausta est : submersisque una cum Elia et comite monacho libris, hic misere in aquis periit; Elias vero ope alterius navigii, quod opportune supervenit, ex imminenti fato

ereptus, illud etiam a nautis, non modico laboris oblato pretio, facile impetravit, ut submersos codices e cœnosis Nili vorticibus expiscarentur. Lætus ob recuperatos codices vitamque servatam Elias iter continuavit usque Cahiram. Ibi codices suos recensuit, cœno obsitos tersit, humefactos exsiccavit. Sic ea, qua potuit diligentia reparatos ipse in Syriam festinans Romam transmittendos curavit; receptique fuerunt sub diebus natalis Domini, exeunte anno 1707, et in Bibliothecam vaticanam illati. Ex istis codicibus eruta sunt fere omnia S. Ephræmi opera quæ syriace habentur in magna editione romana.

Quum autem Elias narrasset multos in monasterio Syrorum scetensi remanere syriacos codices, missus est anno 1715 ad eos emendos J. S. Assemanus, qui, etsi plus ducentos codices vidisset tantum nobilissimos quosdam, soluto pretio, obtinere potuit. Idem ipse exinde in Syriam profectus optimos codices ex Alepo aliisque Orientis locis in Bibliothecam vaticanam invexit[1].

Qui deinde monasterium Scetense Virginis Deiparæ inviserunt viatores nullum exinde codicem in Europam attulerunt, donec, anno 1828, nobilis vir Anglus Lord Prudhoe quosdam codices syriacos exinde obtinuit, novem annos postea nobilis vir Curzon bibliothecam vidit et quatuor codices obtinuit. Felicior, anno 1839, fuit D. Tattam a monachis Syris emens 58 codices syriacos antiquissimos[2], unde desumpsimus commentaria S. Ephræmi in editione romana deficientia, nempe in ultimam partem Isaiæ, in Jonam, Nahum, Sophoniam, Habacuc et Aggæum.

Quum isti codices repositi fuissent in Musæo Britannico, nobiles viri quibus cura pretiosissimæ hujus Bibliothecæ demandata est eruditum virum Tattam in Ægyptum denuo miserunt, qui felici successu a monachis Scetensibus 314 codices syriacos[3] soluto pretio obtinuit, quibus cum alia bene multa hucusque ignota scriptorum Syrorum et Græcorum opera tum etiam S. Ephræmi pleraque opera sive edita sive inedita continentur, ut ex infra dicendis patebit.

Hac emptione nondum exhausta erat cœnobii syrorum nitriensis bibliotheca, quare solertissimi viri Angli non sine multo labore, prudentia et expensis, ope viri Ægyptii, Pacho nomine, rursus, anno 1841, 172 codices syriacos obtinuerunt et in Musæum Britannicum invexerunt[4].

[1] Cfr. J. S. Assemani, *Bibl. Orient.* I, præf.

[2] In Musæo Britannico reponuntur cum nota *Addit. manusc.* 12133-12181.

[3] *Addit. manusc.* 14425-14739.

[4] *Addit. manusc.* 17102-17274. Hanc historiam vide narratam ap. W. Wright, *Catalogue of the*

Subjungimus descriptionem codicum Bibliothecæ vaticanæ, Londinensis et Parisiensis, et codicum quidem vaticanorum descriptionem e J. S. Assemani *Bibliotheca orientali* t. I, p. 561, sqq., desumpsimus, quum præsto nobis non fuerit *Catalogus Bibliothecæ apostolico vaticanæ* a Steph. Ev. Assemano descriptus.

I. CODICES ROMANI.

I. Cod. nitriensis V bombycinus, exaratus circa annum Christi 1100 in Scetensi S. Pisois Syrorum cœnobio ex antiquis ejusdem loci manuscriptis. Continet varia Chrysostomi, Jacobi Sarugensis, Ephræmi aliorumque scripta; et Ephræmi quidem sequentia habentur[1]:

1° De Annuntiatione Deiparæ, sermo heptasyllabus, quo metro sequentes sermones exarati sunt.

2° De laudibus Deiparæ. Opp. syr. III, 60.

3° De Jona et Ninivitis. Opp. syr.-lat. II, 359.

4° De morte Aaron.

5° De timore Dei et consummatione sæculi. Opp. Syr. III, 629.

6° De jejunio. Opp. Syr. III, 638.

7° In illud : Pone, Domine, custodiam ori mei. Opp. syr. II, 330.

8° Testamentum. Opp. græco-lat. II.

9° Vita S. Ephræmi auctore anonymo, quæ in Syrorum ecclesia in ejus commemoratione legitur. Opp. syr. III. initio.

10° De pœnitentia duo sermones.

11° In illud : Omnia vanitas et afflictio spiritus. Opp. syr. II, 338.

12° In illud : Tollatur peccator ne videat gloriam. Opp. Syr. II, 344.

13° Paræneses duæ.

14° De correptione et reprehensione, paræneses. Opp. syr. III, 654.

15° De Lazaro et Ecclesiæ symbolo. De Hosannis. Opp. syr. III, 209.

16° De fide sermones tres. Opp. syr. III, 164, sqq.

17° De Andrea apostolo, spurius sermo.

II. Cod. nitr. VI membranaceus. Expositio in Genesis et Exodum. Opp. syr. I.

III. Cod. nitr. VII, membranaceus, scriptus 21 dec. anni Græcor. 834, Chr. 522.

1° De Ecclesia hymni 52. Opp. Syr. III, 359-366; 608, sqq. Alio ordine enumerantur in Bibl. or. I, 86, alio in Opp. syr.

2° De virginitate hymni 51. Collectio est hymnorum varii argumenti quos enumerat Assemanus

Syriac manuscripts in the British Museum, part. III, præf. London, 1872; vid. etiam nostrum opusculum : *Les manuscrits syriaques du Musée Britannique*, in *Bulletins de l'académie royale de Belgique*, 2e série XLIX, n. 3 1880.

[1] Sequimur enumerationem quæ habetur Bibl. Orient. I, 139, sqq.

Bibl. orient, I, 91-98. Eos non inveni in editione romana.

3° De fide hymni 87. Opp. syr. III, p. 1, sqq.

4° Adversus hæreses hymni 56. Opp. Syr. II, 437, sqq.

5° De paradiso hymni 15. Duo ultimi desunt in Opp. syr. III, 562. Inveniuntur autem ap. Overbeek, Ephræmi syri opp. select. p. 339.

IV. Cod. nitr. VIII membranaceus exaratus a Barlaham, scriptore Edesseno, in Sarmin pro monasterio S. Danielis in monte Sciulæ 20 Febr. anni Græc. 863, Christi 552. Emptus a Moyse abbate Scetensi una cum 250 aliis anno Christi 932. In eo continentur :

1° De paradiso hymni 11. Opp, syr. III, 562, sqq.

2° De Nativitate Domini hymni 15. Opp. syr. II, 396, sqq.

V. Cod. nitr. IX membranaceus exaratus ab eodem scriptore qui codicem præcedentem exaravit et dono datus cœnobio Scetensi a Zoara, Pauli Tagritensis filio. In eo continentur :

I. De fide hymni 87. Opp. syr, III, 1, sqq.

VI. Cod. nitr. XIV membranaceus :

1° Sermo de lucta spirituali.

2° Sermo de Job.

VII. Cod. nitr. XVI exaratus a Theodoro die 8 oct. anni Græc. 1135, Christi 823. Insunt :

1° De defunctis cantus 31, fol. 1-31.

2° De defunctis cantus 38, fol. 31-48.

3° De defunctis cantus heptasyllabi 15 hoc ordine : de episcopis 1; de monachis 2; de presbyteris et diaconis 1; de mulieribus 1; de viro qui orphanos relinquit 1; de mulieribus quæ orphanos relinquunt 1; de divitibus et principibus viris 1; de omnibus defunctis 1; de peste 2; de sacerdotibus et monachis 1; de omnibus defunctis 1; de sacerdotibus 1.

Omnes isti cantus, perturbato ordine, habentur Opp. syr,-lat. III, 125, sqq.

VIII. Cod. nitr. XVII membranaceus : Insunt :

1° De pœnitentia, patientia et virtutibus paræneses 15; enumerantur Bibl orient. I, 138. Vid. Opp. syr. III, 412-450,

2° De defunctis cantus 11. Enumerantur Bibl. orient. I, 136 et habentur in Opp. syr. III, ceteris cantibus supra enumeratis immixti.

IX. Cod. Assemanianus III, membran. exaratus a Severo in monasterio S. Barbaræ in monte Edessæ sub Joanne patriarcha 25ª mart. anni Græcor. 1172, Christi 861 :

1° Commentaria in Genes., Exod., Levit., Numer., Deut., Job, Josue, Judices, IV Reg., XII Prophet. min., Ezech., Jerem. et threnos, Cantic. Daniel., Isaiam. Edita in Opp. syr. I-II. Præter

Jonam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, 24 capita posteriora Isaiæ et duo ultima threnorum capita quæ edituri sumus in altero volumine.

X. Cod. Asseman VI bombycinus, exaratus in cœnobio S. Jacobi in monte Edessæ 12 maii anni Græcorum 1534, Christi 1223 :

1° Sermo quod tempore orationis non sit ridendum.

XI. Cod. Asseman. XVI, bombycinus insunt inter alia :

1° Duo carmina,

2° Brevis S. Ephræmi historia. Edita in Bibl. or. I, 25.

XII. Cod. syr. vat. X, exhibentur scalæ 40, de quibus sermo erit in secundo volumine.

J. S. Assemanus hisce verbis summatim recenset Ephræmi scripta in codicibus vaticanis inclusa : « Syriace habentur in Nitriensibus codicibus hymni plus quam quadringenti, videlicet, de Nativitate Christi 15, de Paradiso 15, de Ecclesia 52, de Virginitate 51, de Fide 87, de hæresibus 56, cantus Defunctorum 31; hymni parænetici et paracletici de Defunctis 59 ; carmina varia heptasyllaba 54 et Testamentum. » « Extant soluta oratione commentaria in totum fere vetus Testamentum. » Hæc omnia edita sunt syriace et latine tribus tomis in-fol. a Petro Benedicto et Stephano Evodio Assemano. Deficiunt tamen non pauca lectu nimis difficilia eo quod codices aquis Nili corrosi vel ætate detriti fuerunt.

XIII. Codd. 21 et 25 Musæi Borghiani tres præbuerunt P. Zingerle sermones de monachis quorum unum ipse edidit in *Monumenta syriaca ex romanis codd. collecta*. OEniponti 1869, vol. I, p. 6-12; duos alios in opusculo : *S. P. Ephræm Syri sermones duo e codd. syriacis*. Brixen. 1868. Tres isti sermones syriace dumtaxat editi sunt.

II. CODICES MUSÆI BRITANNICI [1].

XIV. Cod. add. 14570, membranaceus sæc. V-VI, unus ex iis quos Moyses Nisibenus anno 932 pro cœnobio Scetensi emit. Insunt :

1° Sermo adversus falsas doctrinas fol. 1-21. Syriace edidit Overbeek in opere *Ephræmi Syri aliorumque* opera selecta, Oxonii 1865, p. 21.

2° Sermo de Domino nostro, fol. 23-52. Habetur infra p. 144.

XV. Cod. add. 17189, membran. sæc. V-VI, unus ex iis quos Moyses Nisibenus anno 932 emit. Insunt :

1° De Miraculis a Moyse in Ægypto patratis fol. 1-4.

2° De descensu Spiritus sancti et divisione lingg. fol. 4-6.

[1] Vid. W. Wright *catalogue of the Syriac manuscripts in the British Museum*. London, 1870-1872.

3° De jejunio et de creatione fragmenta fol. 6-12.

4° De transgressione Adæ fol. 12-16. Syriace hæc omnia edidit Overbeek, lib. cit.

XVI. Cod. add. 14574, membran. sæc. VI. Insunt :

1° Duo sermones adversus falsas doctrinas, fol. 1-19. Syriace edidit Overbeek, lib. cit. cfr. supra XIV, 1.

2° Fragmenta hymnorum de fide 11-14, 24-29, fol. 20-29.

3° Fragmenta hymnorum adversus hæreses, fol. 30-32.

XVII. Cod. add. 12176, membran. sæc. V-VI. Insunt :

1° Sermo de admonitione, fol. 1-2.

2° Hymni de fide fol. 2-31. Iidem sunt et eodem ordine veniunt ac in cod. III supra. Opp. Syr. III, 1, sqq.

3° Hymni adversus hæreses fol. 31-50. Iidem sunt ac eodem ordine veniunt ac in cod. III supra et in Opp. Syr. II, 437, sqq. Tria in codice folia desunt.

4° Fragmenta ex hymnis nisibenis 75-77. V. Bickell. Carm. Nisibena.

XVIII. Cod. add. 14572, membran. sæc. VI, unus ex eis quos Moyses Nisibenus pro cœnobio Scetensi anno 932 emerat. Insunt :

1° Hymni Nisibeni numero olim 77, quorum 70 remanent. Editi fuerunt syriace et latine a Bickell, *Carmina Nisibena*. Lipsiæ, 1866.

XIX. Cod. 14571. Membran. scriptus a Juliano Edesseno anno græcorum 830, Christi 519. Insunt :

1° De Nativitate Domini hymni 16, fol. 1-10, alio ordine dispositi aliterque divisi ac in Opp. Syr. II, 396, sqq. Quædam deficiunt.

2° De jejunio hymni, hymni 10, fol. 11-16 quorum non remanent nisi fragmentum 5[i], deinde 6-10. Imprimendi a nobis.

De azymis hymni duo. fol. 17-18. Habentur infra p. 570.

4° De crucifixione hymni 6, ultim. imperf. fol. 18-26. Habentur infra p. 624.

5° De effectibus crucis vel de resurrectione, (non de dominica palmarum ut erronee habet Wright in *Catalogo* p. 411), hymni 3, fol. 27-28. Imprimendi in volumine II.

6. De tabulis legis hymni duo, fol. 29-31. Recensentur a J. S. Assemano *Bibl. Or.* I, 91 inter hymnos de Ecclesia quos continet codex III supra. Imprimendi in vol. II.

7° De Adam et Eva hymni sex fol. 31-38. Recensentur a J. S. Assemano inter hymnos de Ecclesia. Habentur in Opp. Syr. II, 318-326.

8° De libero arbitrio hymni 3. Opp. Syr. III, 359, sqq.

9° Hymni 7, fol. 42-50. A J. S. Assemano enumerantur inter hymnos de Ecclesia *Bibl. Or.* I, 89, n.

25-31. Opp. Syr. III, 557, 610, sqq.

10° Hymni 3, fol. 52-60. Ex collectione nisibena a Bickell edita.

11° De fide hymni 7, fol. 60-69. Exstant in Opp. Syr. III, p. 22, 26, 29, 38, 40, 57. Inseruntur duo hymni nempe hyninus 29 de Ecclesia et unus de morte.

12° De resurrectione hymni 2, fol. 70-77. Editi a Bickell.

13° De Paradiso hymni 15, fol. 77-105. Opp. Syr. III, 562, sqq. Tres ultimos in Opp. Syr. desideratos edidit Overbeek, op. cit. p. 339, sqq.

14° De Juliano apostata hymni 4, fol. 105-114. Editi ab Overbeek op. cit. p. 3, sqq.

XX. Cod. add. 14573, membran. sæc. VI unus ex illis quos Moyses Nisibenus anno 932 emit pro cœnobio scetensi. Insunt :

1° Sermo de Jona et Ninivitis fol. 3-20, imperf. Vid. supra cod. I, n. 3.

2° Paræneses duæ imperf., fol. 21-28. Pro secunda vid. Opp. Syr. III, 654.

XXI. Cod add. 14635, membran. scriptus anno Chr. 555. Insunt :

1° De Ecclesia hymni 5, duo tantum sunt integra.

XXII. Cod. add. 14627, membran. sæc. VI-VII. Insunt :

1° De jejunio hymni olim decem quorum duo tantum ultimi remanent. Imprimendi a nobis. Vid. supra cod. XIX, n. 2.

2° De azymis hymni olim 21, fol. 7-17. Desunt hymni 7-12, Duos priores continet cod. XIX, n. 3, supra. Habentur infra p. 570.

3° De crucifixione hymni 3, fol. 17-22. Habentur infra p. 637, sqq.

4° De resurrectione hymni 5, fol. 22-27. A nobis imprimendi.

XXIII. Cod. add. 12144, membran. scriptus in Ægypto anno Domini 1081. Continet catenam Patrum in Scripturam a Severo monacho Edesseno anno Christi 861, confectam ex variis Patrum commentariis. Cfr. supra cod. IX. Insunt : Scholia Ephræmi in libros Regum, 12 prophetas minores, Ezechiel, Jeremiam et Lamentationes, Danielem et Isaiam. E quibus desumpsimus quæ desunt in Opp. Syr. II.

XXIV. Cod. add. 14506, membran. sæc. XI pro fol. 1-119; folia 85-96 palimps. sæc. IX ; folia 119-235, sæc. IX vel X. Insunt : multi hymni quorum plerique Ephræmi sunt. Ei nominatim adscribuntur sequentes :

1° De Beata Maria Virgine, fol. 6-14.

2° De martyribus et confessoribus, fol. 18-29.

3° De 40 martyribus, fol. 87-91.

4° De Epiphania, fol. 115-118. Nomen Ephræmi deest. Cfr. infra n. 7.

5° De annuntiatione Zachariæ, Beatæ Virginis et de Nativitate

Domini, fol. 120-156. Opp. Syr. II, sed hic septem habentur qui deficiunt in edit. romana

6° Sugitæ de Beata Virgine, de Simeone Sene, de Maria et Magis, de Domino et Joanne, fol. 156-168.

7° De Epiphania, fol. 168-183. Vid. infra p. 4. sqq.

8° De jejunio, fol. 194-197. Ephræmi nomen deest. Hos omnes hymnos exscripsimus.

Hymni S. Ephræmi de Nativitate et Epiphania habentur in codd. add. 14515, an. 893; 14516, sæc. IX; 14520, sæc. VIII; 14511, sæc. X; 14512, sæc. X in quo habentur etiam hymni de jejunio. Collectiones illæ haud integræ sunt, ut fit in libris liturgicis; eas contulimus cum aliis codicibus.

XXV. Cod. add. 17141, membran. sæc. VIII-IX. Inest collectio hymnorum, quorum sequentes Ephræmo adscribuntur : nempe de Epiphania 7 ; de vigiliis fratrum 19; de pœnitentia; de Ecclesia et virginitate 3; quinque Sugitæ, hymni ad mensam decantandi in vigiliis sanctorum.

XXVI. Cod. add. 14592, membran. sæc. VI-VII. Insunt hymni.

1° De confessoribus olim 12, nunc 5 ultimi supersunt fol. 57-61.

2° De filiis Samonæ 2, fol. 61-62.

3° De Abraham Kidunaia 15, fol. 62-72.

4° De Juliano Saba 24, fol. 75-86.

XXVII. Cod. 14615, membran. sæc. X. Quinque sermones de tranquillitate. de perfectione fratrum, de verbis Isaiæ : tollatur peccator (opp. II, 344), de martyribus, de incantatoribus.

XXVIII. Cod. 12166, membran. sæc. VI, sermones de fide. Opp. Syr. III, 164, sqq.

Exscripsimus hymnos et sermones in codd. britannicis hucusque enumeratis qui non sunt hucusque editi. Multi alii codices unum aut alterum Ephræmi sermonem vel hymnum continent nempe :

1° Duo sermones de misericordia, cod. add. 14614, sæc. VIII. et cod. add. 14613, sæc. IX. Edidit Overbeck, lib. cit.

2° Epistola ad monachos montenses, cod. 14623, an 823 et cod. 17213, sæc. IX. Ed. Overbeek, lib. cit. In eodem cod. 14623, fragmentum tractatus adversus Bardesanem. Edidit Overbeek, lib. cit. 132.

3° Testamentum, cod. 14666, sæc. VII-VIII; cod. 14582, sæc. VI-VII; cod. 14624, sæc. VII-VIII. Vid. Opp. græco-lat. II, 395-437; Overbeek, Lib. cit. p. 137, sqq.

4° Vita Abrahæ Kidunensis Ephræmo adscripta, cod. 12160, sæc. X.

5° Sermo rogationum, cod. 17164, sæc. IX. Fragmentum, cod. 17145, sæc. X.

6° De Nicomedia et resurrectione, cod. 17145, sæc. X.

****

7° Sermo pro tempore pestis eodem cod.

8° De peccatrice, cod. 14651, scriptus anno Christi 850; cod. 17226, sæc. XII. Habetur infra p. 314.

9° De Abrahamo ejusque typis, cod. 17226. Exscripsimus.

10° De admonitione et pœnitentia, cod. 17109, scriptus anno Christi 873-874; cod. 14735, sæc. XII. Habetur infra p 276. Exstat etiam in cod. 14588, sæc. IX.

11° Contra Bardesanem fragmentum, cod. 14623, scriptus anno 823; cod. 17193, scriptus anno Christi 1493.

12° Hymnus de doctrina cum fragmentis aliis, cod. 17206, sæc. XI-XII. De sacrificio Isaaci ibid.

13° De Elia et vidua, cod. 14651, anni 850.

14° De fine mundi et mercede justorum fragmentum, cod. 14629, sæc. VIII-IX.

15° De fine mundi, judicio et morte, cod. 14735, sæc. XII.

16° Hymni de morte et defunctis, cod. 17207, sæc. IX; 17109, scriptus an. 873-74; 17130, scriptus anno 877.

17° Sermones de Defunctis, cod. Rich. 7190, sæc. XIII. Primus et tertius exstant. Opp. syr. III.

In eodem codice sermo de exhumatione ossium Josephi.

18° Hymnus de Defunctis, cod. 14582, an 816, cod. 17180 sæc. XI; alii, cod. 14630, sæc. X; cod. 14656, sæc. X.

19° Parænesis, cod. 14605, anni 653.

20° De solitariis, cod. 17262, sæc. XII. Ibidem de humilitate. Exstat opp. III.

21° De duabus memoriis, cod. 17182, sæc. IX, cod. 14611, sæc. X. Opp. II, 350.

22° Laudes Ephræmo adscriptæ, cod. Rich. 7156, fol. 151, 156, 158, 161; codd. add. 17219, fol. 150, 155, 157, 158, 160; cod. add. 14675.

23° Preces ܒܥܘܬܐ Ephræmo adscriptæ, cod. add. 17190, fol. 114; 14501, passim et in aliis codd. liturgg. Nonnullæ hujusmodi preces impressæ sunt in breviariis et missalibus Jacobitarum et Maronitarum. In multitudine codicum liturgicorum quos Musæum Britannicum possidet sæpius occurrunt absque nomine auctoris hymni, interdum etiam sermones metrici, S. Ephræmi. Sæpius quædam strophæ deficiunt; quæ autem servantur intactæ et immutatæ recitantur. De precibus sive ܒܥܘܬܐ quæ Ephræmo tribuuntur in codicibus liturgicis alibi sermo erit.

III. CODICES PARISIENSES BIBLIOTHECÆ NATIONIS [1].

XXIX. Cod. 196 (ancien fonds

[1] Vide Zotenberg, *Catalogue des manuscrits syriaques de la Bibliothèque nationale*. Paris, 1874.

112) sæc. XIV Inter multas Jacobi Sarug. homilias hi inseruntur S. Ephræmi sermones metrici :

1° De nativitate Domini, fol. 24 circiter.

2° De admonitione et doctrina, fol. 98. Habetur infra p. 276.

3° Parænesis de reprehensione. Opp. Syr. III, 654.

4° In dominicam palmarum, fol. 231-236. Opp Syr. III, 209.

5° De passione et crucifixione sermones 8, fol. 324-355. Habentur iidem sermones in codd. 189 et 200. Vid. infra p. 342, sqq

6° Fragmentum sermonis et duo hymni, fol. 445-448, Monumenta e codd. rom. collecta. Œniponte, 1860, I, p. 4.

XXX. Cod. 190, sæc. XVIII, Insunt :

1° Sermo de amore doctrinæ. Exstat etiam cod. 13, fol. 123; 16, fol. 83 et fol. 130. Opp. Syr. II, 336.

2° Sermo de resurrectione et judicio, fol II. Opp. Syr. III, 242.

3° Sermo de humilitate, fol. 27. Opp. Syr. III, 614.

4° Sermo de monachis Edidit Zingerle Monumenta Syriaca e codd. rom. collecta. Œniponte, 1860, I, p. 4.

XXXI. Cod. 122, sæc. XV. Insunt.

1° De sepultura Aaronis cod. 122, fol. 84.

2° Tres sermones de defunctis.

Sequentes adjiciendi sunt sermones : 1° De exilio et silentio, cod. 197; 2° De judicio extremo et fine mundi, cod. 243; 3° De pœnitentia et vita monastica, cod. 177; 4° De Messia venturo, cod. 13; 5° De egressu animæ.

XXXII. Cod. 24, sæc. XVI, 4 hymni in Breviario chaldaico impressi.

XXXIII. Cod. 86, sæc. XVII. 4 Sedræ in missali maronitico impressæ.

XXXIV. Cod. 145, scriptus anno 1556. Hymni *Scalæ* dicti, fol. 204-233; cod. 146, sæc. XVII; cod. 147, sæc. XVI; cod. 148, sæc. XVII; cod. 149, sæc. XV.

XXXV. Cod. 161, sæc. X-XI. Collectio hymnorum S. Ephræmi et Jacobi Sarugensis.

XXXVI. Cod. 235, sæc. XIII. Acta S. Ephræmi, fol. 125-142; differunt ab actis impressis.

Vita Abrahæ Kidunensis Ephræmo adscripta, fol. 3-12. Cfr. cod. 234, fol. 172. Opp. græco-lat. II, p. 1.

IV. CODICES BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ [1].

XXXVII. Cod. Marsh. 711, chartaceus sæc. XV. Insunt.

1° Sedra de justis, fol. 1.

2° Hymnus de defunctis et sancta Trinitate, fol. 2.

[1] Ex P. Smith, *Catal. codd. Syr. Bibl. Bodleianæ*. Oxonii, 1864.

3° Sugita de peccatore, fol. 4.

4° De pœnitentia et de creatione Adæ, fol. 5.

5° Sermo de ultimo judicio, fol, 9.

6° Sermo de baptismo Constantini. Edidit Overbeek lib. cit. 355.

7° Sugita de festo Resurrectionis, fol. 16.

8° Sermo de morte bonorum et malorum, fol. 18-21.

9° Sermo de fine et consummatione mundi et altera de defunctis, fol. 26-40.

10° Sermo adversus Judæos, fol. 40.

11° Sermo de fide et operibus, sequuntur quædam excerpta cum versione carshunica, fol. 42-53

12° Preces S. Ephræmi, fol. 54.

13° Sermones consolatorii de defunctis et supplicatio ad Deum pro hominibus, fol. 56-60.

14° Sermo de incarnatione, fol. 60-65.

15° Sermo adversus Nestorianos, alius de morte physica, tertius de fine mundi, fol. 65-67.

XXXVIII. Cod. Marsh, 453, art. 3, chartaceus, sæc. XV. Ephræmi excerpta quæ fere omnia edita sunt.

XXXIX. Cod. Thurston anni 1628, chartac. Insunt :

1° Sermo de fine et consummatione, de Gog et Magog, fol. 57-75.

2° Sermo de humilitate et fide, fol. 95-108.

3° Alphabetum Ephræmi, fol. 108-112.

Nonnulli sermones et hymni sparsim aliorum scriptis immixti habentur, nempe :

1° Sermo de humilitate et admonitione et amore doctrinæ et de præceptore et discipulo, cod. Hunt. 250, sæc. XII, fol. 147-152. Cfr. cod. Poc. 10, ubi sub eodem titulo sermo Ephræmi habetur.

2° Psalmus Lux orta est justis, cod. Hunt. 109. Vid. Opp. Syr. II, 330; Sachau, *Theodori Mopsuesteni fragmenta syriaca,* Lipsiæ 1879, p. 23. Psalmus iste Theodoro Mopsuesteno tribuitur in codd. add. 14675, 14677, 17219, Musæi Britannici, at in codd. Rich. 7156; in codd. Bodleian. Hunt. 1091, Marsh 453; in codd. paris. 14 et 24 et in *catal. Bibl.* Vatic. t. III, p. 510, Ephræmo tribuitur. Et recte quidem, nam stylus optime syriacus indicat hymnum non græca lingua qua sola Theodorus scribebat sed syriaca exaratum fuisse.

3° Sermo Deus largire scientiam cod. Daw. 55, cod. Marsh 361, 706. Opp. græco-lat. II, 569; Syr-lat. II, 336.

4° Sermo de Ecclesia, cod. Marsh. 706.

5° Sermo de Dei omnipræsentia, id. Poc. 10, fol. 164.

6° Sermo de humilitate, cod. Poc. 10, fol. 182. Opp. Syr. III, p. 644.

7° Sermones quinque de humilitate, de pœnitentia, de festo Hosannorum, de verbis Isaiæ (opp. syr. II, 344), de fine et consummatione, Gog et Magog. Supra XXXIX, n. 1.

8° Fragmentum et sermo de admonitionibus et præceptis et de peregrinis, cod. Hunt. 595, sæc. XV, fol. 66-89, 105-108.

9° Sermones de defunctis : episcopis, monachis, laico qui orphanos relinquit, mulieribus, cod. Bod. or. 412. Cfr. Opp. Syr. III, 225.

10° Hymni « Scalæ » dicti habentur, codd. Poc. 333, Marsh. 479, Hunt. 594.

Aliarum Bibliothecarum codices Syriaci qui nobis innotuerint in volumine II indicabuntur.

V. EDITIONES TYPIS IMPRESSÆ.

1° *Editio Ambrosii Camaldulensium præfecti generalis.* Ambrosius, qui anno 1431 Camaldulensium præfectus generalis renunciatus fuit et Florentiæ anno 1439 obiit, antequam toti Camaldulensium ordini præficeretur jam 20 opuscula ascetica e græcolatina fecerat [1]. Nec desunt scriptores anonymi qui ante eum sermones Ephræmi latinitate donaverant. J. S. Assemanus diaconi Edesseni ascetica opuscula 23 recenset in codicibus latinis vaticanis exstantia antequam Ambrosius suam translationem adornaret [2]. Alia in codicibus anglicanis exstare monet idem doctissimus auctor. Prima autem latina translatio typis mandata illa fuit Ambrosii. Primo prodierunt quinque sermones de pœnitentia, de timore Dei, de compunctione, de angustia animæ, de caritate, de judicio et compunctione, cum hac annotatione : « Impressus per magistrum Bartholomæum Guldinbeck de Sultz. Anno 1475. » Altera editio multum locupleta, nempe omnia opuscula ab Ambrosio translata [3] complectens, typis prodiit Florentiæ anno 1481 per Anthonium Bartholomæi Mischomini in-4. Repetita Brixiæ 1490 ; Parisiis 1505 ; Argentorati 1509 et 1585 ; Coloniæ 1547, in qua additi sunt nonnulli sermones ab anonymo interprete latine translati ; Patavino anno 1585. Translatio latina Ambrosii gallice reddita est per Petrum Cueveret. « La fleur de prédication, » Parisiis 1520, germanice vero per Joannem Schuaigerum Moguntiæ, 1565.

[1] Vid. *Opp. græco-lat.* I, proleg. LXXXV ; II præf. XX-XXII.

[2] *Opp. græco-lat.* I, proleg. LXXXI.

[3] In illa editione numerantur opuscula 19 ; in codicibus autem nunc 20, vel 21 aut etiam 23, quod discrimen non in re est, sed in numero tantum. Nam alicubi sub uno numero plures sermones continentur qui alias in plures numeros dividuntur.

2° *Editio P. Fr. Zini Veronensis.* Undeviginti alia Ephræmi opuscula ascetica e græco latina fecit P. F. Zinus Veronensis. Prima editio prodiit Venetiis 1561, repetita Dilingæ 1562, et rursus Venetiis 1574.

Interea temporis Julius Clemens canonicus sæcularis testamentum Ephræmi e græco in latinum sermonem transtulit et Aloysius Lipomanus e veteri latino interprete preces et sermones nonnullos inseruit in 6° et 8° volumine Vitarum sanctorum Romæ 1554 et 1560. Cardinalis Sirletus, J. Gretserus, Fr. Combefisius et J. B. Cotelerius et ipsi diversis temporibus e græco quædam opuscula latina fecerunt. Sed omnes superavit Gerardus Vossius.

3° *Editio Gerardi Vossii.* Dudum optarant docti viri ut omnia Ephræmi opera quæ reperiri potuissent, latine prodirent. Quæ enim Ambrosius, quæ Zinus verterant, gustum acuebant, non satietatem afferebant. Hinc, suasu atque impulsu cardinalium Sirleti, Montalti (qui postea Sixtus V fuit) jussuque Gregori XIII, hoc opus maximæ molis aggressus est Gerardus Vossius, alias Voskens, Tungrensis præpositus, patria Belga, ex Borchloon, comitatus Lossensis, diœcesis Leodiensis, Leodii anno 1609 defunctus. Eruditissimus ille vir Romæ per multos annos degens sermones S. Ephræmi et opuscula quotquot reperire potuit in codicibus græcis vaticanis et aliis e græco latina fecit, adjectis scholiis doctissimis, et translationem suam Romæ edidit tribus voluminibus in-folio. Primum volumen Sixto V dicatum prodiit anno 1589; alterum Clementi VIII, anno 1593 inscripsit, cui anno 1592 speciminis loco quinque Ephræmi sermones obtulerat; tertium denique, anno 1598, evulgavit, Deo optimo maximo ac S. Ephræmo pro gratiarum actione dicatum. In tribus hisce voluminibus continentur 219 sermones et opuscula. Hisce, ut ipse asserit, codicibus usus est : 1° Vaticanis plurimis; 2° Sfortiano membranaceo perantiquo ; 3° codicibus Sirleti Cardinalis; 4° codicibus duobus Cryptæ-ferratæ ; 5° duobus codicibus Venetis; 6° codice Candiano seu Cretensi et altero Constantinopolitano. Hæc editio quatuor sermonibus auctior recusa fuit Coloniæ 1603, et 1619 et Antverpiæ 1619.

Editio Vossii meritas obtinuit laudes a viris doctis, Labbeo, Possevino, Caveo, Fabricio, Tillemontio, Dupinio, aliis. Sufficiat hoc J. S. Assemani judicium : « Quamquam Vossianæ versioni non ita hæreo, ut illam semper et ubique sectandam mihi proposuerim; nisi tamen me aliter cogit græcus textus e regione positus, ab illa ne latum quidem unguem recessi. Laudem scilicet meretur Vossius

quod, ut inquit Kolhius p. 279, tanta quanta nemo unquam diligentia curaque ex tota Italia, quotcumque indagare potuit Ephræmi scripta, in Bibliothecis passim exarata manu exstantia collegerit, inque latinam translata linguam, communem omnium in utilitatem divulgaverit. Laudanda quoque Vossii in eo est industria, quod variis identidem lectionibus ex codicibus, quos adhibuit, rarissimis vetustissimisque diligenter notatis, singulis Ephræmi sermonibus loca communia ut vocant, hoc est, græcorum æque ac Latinorum Patrum similis argumenti scripta, in eorum præsertim, qui sacra tractant, sanctissimamque disciplinam populo exponunt, usum adjecerit, aliaque Scripturæ loca ex aliis clarioribus ac parallelis vel explicuerit, vel confirmaverit. Nec minus laudabilem in locis passim obscuris illustrandis, corruptis emendandis, dubiis confirmandis operam exhibuit. » Verumtamen non paucos etiam naevos habet ea doctissimi interpretis versio : aliquando enim rebus magis quam verbis intentus, breviora facere instituit; interdum luxuriantia adhibet, et quæ omnino redundant, coacervat. In quibusdam etiam a vero sensu deflectit, aut sententiam auctoris obscure et contorte exprimit. Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus quamtumvis tersum et limatum, carere omnino potest. Hunc itaque interpretem secutus, et reliquis a me anteponendum esse, nec a me deserendum judicavi, nisi ubi mendum aliquod in ejus editionem irrepsisse certo constat, aût variam lectionem græci codicis nobis latine exprimendam suadent. Neque vero quia Vossium identidem corrigo, idcirco me illi injuriam fecisse arbitror, sed de eo bene meruisse me aio et contendo, quod nævos corpori alioquin egregio inspersos ut eximerem sedulo operam dedi [1] »

Fuere tamen Rivetus et Dentzelius qui ea omnia, quæ translata dedit Vossius Ephræmi opera tanquam spuria et adulterina rejicerent. At certum est Vossium nulla opuscula sub nomine Ephræmi vertisse et edidisse quæ non ejus nomine inscripta essent in codicibus græcis; neque ipsum in iis opusculis latine vertendis pro genuino græcorum codicum sensu alium a veritate alienum nobis obtrusisse. Hoc ipsum convincunt græca exemplaria, non Vossii tantum ætatem antecedentia, sed quæ nongentos et mille etiam annos superant, in quibus ii sermones græce apparent, quos postea Vossius latine edidit. Opinatus est Kohlius Vossium minime fidelem se ac sincerum interpretem præ-

[1] Ephræmi, *Opp. græco-lat.* II, præf. XXIV.

buisse, sed pro arbitrio suo nonnulla omisisse, alia immutavisse, plurima interpolavisse. Fabricius etiam Vossio exprobrat quod partes in codicibus quibus usus est pro libitu divulsit ac discerpsit. Quibus respondit J. S. Assemanus, dicta sua argumentis probando « Vossium nihil omisisse, nihil immutasse, nihil interpolasse aut in textum intrusisse, nihil denique, quod in manuscriptis cohæret ac junctum est divisisse ac disjunxisse. Si quod est in ordine sermonum discrimen, si qua sententiarum, aut divisionis partium diversitas; non ex arbitrio Vossii interpretis, sed ex manuscriptis ipsis codicibus oritur, quorum unum vix reperire est, quod cum altero prorsus conveniat [1]. »

4. *Græca editio Oxoniensis.* Hucusque nonnisi paucæ quædam Ephræmi precationes aut sermones græce a Jacobo Gretsero, a Bollandianis, a Cotelerio et in Catenis Patrum in Matthæum et in Job prodierant. Primus Eduardus Thwaites græcam operum Ephræmi versionem luculentis et majoribus theatri sheldoniani typis Oxonii, anno 1709 in-folio edidit ex codicibus Bodleianis. Continet autem græcos Ephræmi sermones 156, absque versione latina. Hisce sermonibus binæ ejusdem doctoris vitæ subjunguntur, altera Metaphrastæ, anonymi altera. Ad hanc editionem adhibiti fuere codices 18. Omnes sermones in ea editione contenti latine exstant apud Vossium, exceptis septem.

5° *Editio Romana græco-latina et syriaco-latina.* Hæc editio, omnium præstantissima, constat sex voluminibus in-folio, quorum tria textum græcum cum versione latina e regione posita, tria vero alia textum primigenium syriacum cum versione latina continent. Tria volumina græco-latina Romæ prodierunt, curante J. S. Assemano Maronita. Primum volumen Clementi XII dicatum prelo exivit anno 1732; alterum Benedicto XIV auctor inscripsit anno 1743; tertium eidem Pontifici dicatum prodiit anno 1746. Tria volumina syriaco-latina elaboravit Petrus Ambarachi vulgo Benedictus, Maronita S. J., qui cum ad Dominum migrasset antequam tomus tertius absolveretur, Stephanus Evodius Assemanus opus prosecutus est et absolvit. Primus tomus sub auspiciis Clementis XII excusus fuit anno 1737; secundus Benedicto XIV dicatus evulgatus fuit anno 1740; tertius sub auspiciis ejusdem Pontificis publici juris factus est anno 1743. Unde apparet doctissimos Maronitas editioni allaborasse per quindecim annos. Præclara ista romana editio incipit a primo volumine græco, quod idcirco post epistolam dedicatoriam

[1] *Loc. mox. cit.* p. XXVI.

et præfationes duas doctissima habet prolegomena. In his auctor primo recenset auctores græcos et latinos qui Ephræmi scripta laudaverunt aut ejus vitam narraverunt, deinde agit de latinis antiquis versionibus operum Ephræmi tum manuscriptis tum impressis, de græca editione Oxoniensi et de exiguis quibusdam precibus aut sermonibus e syriaco translatis ; denique agit de codicibus græcis. Quæ summatim perstrinxit mox fusius evolvit, integra siquidem refert testimonia veterum qui græce vel latine scripserunt ; deinde singulos recenset Ephræmi sermones qui in unaquaque editione supra memorata et in codicibus latinis continentur, adjectis judiciis virorum doctorum de hisce editionibus ; denique recenset omnes codices græcos in Bibliotheca vaticana et in aliis Italiæ et Europæ pluteis repositos, in quibus plura vel pauciora habentur S. Ephræmi opuscula quæ singula enumerat[1]. In secundo tomo recenset codices Venetos , codices Bibliothecæ passioneæ, vallicellanæ, Moscuensis. Quia vero sæpius fit ut unius ejusdem sermonis varii sint in codicibus tituli, et vicissim idem titulus sermonibus diversis inscriptus sit, ordine alphabetico excribit initia sermonum Ephræmi, annotatis codicibus, in quibus habentur.

Sequuntur deinde : 22 sermones de virtutibus et vitiis ; 24 diversi de eodem argumento, de pœnitentia et de defunctis ; 4 sermones de virtute ad novicium monachum et 10 capita de virtute ; 12 capita in illud « attende tibi ipsi ; » sermo de non ridendo; de vita spirituali capita 96 ; beatitudinis capita 55; alia capita 20; de humilitate capita centum. Tomum claudit duplex tabula : una sermones enumerans et opuscula quo ordine sunt impressa, altera initia cujusque opusculi ordine alphabetico tum græce tum latine exhibens.

Quænam autem fuerit agendi ratio auctoris tum in edendo textu græco tum in apponenda versione latina, ipse his verbis in priore præfatione aperit : « Quum ex plurimis græci textus exemplaribus nullum nobis obtigerit, quod plane cum altero conveniat, sive in dispositione ac numero tractatuum, sive in omnimoda titulorum, verborum, sententiarumve conformitate; Oxoniensem textum anno Christi 1709 editum præ ceteris selegimus, quem nobis veluti

[1] Sunt autem codices græci quibus Ephræmi opera continentur : *Vaticani*, 90 ; *Basiliani*, 10 ; *Barberini*, 12 ; *Otthoboniani*, 52 ; *Cæsarei Vindobonenses*, 21 ; *Regii paris.*, 62 ; *Ambrosiani*, 7 ; *Mediceo-laurentiani*, 2 ; *Anglicani*, 18 ; *Sfortiani*, 2 ; *Bavarici*, 7 ; *Heidelbergenses*, 7 ; *Venetæ*, 3 ; *passionæi*, 1 antiquissimum 124 sermones complectens; *Moscuenses* 5, *Vallicellanus* 1. Opp. græc. prol. ad t. I, II, III.

****

archetypum proponeremus; suppletis tamen, quæ frequenter occurrunt, lacunis, additisque non raro ex vetustissimorum voluminum fide emendationibus sive appendicibus, quæ omnino visæ sunt necessariæ. » Illud in hac parte desideratur quod auctor non indicavit codices unde supplementa et correctiones desumpserit, et nullam variam lectionem notaverit. Mentem tamen auctoris fuisse ut ad finem tomi subsidia illa critica adjiceret ipse affirmat. Quod cur factum non fuerit non liquet. « Latinam autem versionem, pergit auctor, a Gerardo Vossio vulgatam pressis vestigiis, quantum fieri potuit, sequi decrevimus; non quod illam interpretationibus Ambrosii, Zini, aliorumve præferamus : (sua enim cuique laus debetur, nec quidquam viris claris detractum volumus :) sed quia et plura Vossius Ephræmi opera quam alii, e Græco transtulit, et elaborata ab ipso editio, quum sæpius recusa sit, omnium manibus teritur. Non sic tamen eamdem sequimur, ut sæpissime non deseramus : adeo enim a græco textu passim recedit, ut nova fere interpretatione in nonnullis tractatibus opus sit. Quis vero latine græceque doctus non subirasceretur nobis, si Vossianam versionem integram servaremus, ubi græcus textus e regione positus aliam sententiam complectitur? »

Editoribus statutum fuerat prius tres tomos græco-latinos evulgare, deinde tres tomos syriaco-latinos; at J. S. Assemanus aliis negotiis et laboribus distentus non potuit incœptum consilium perficere; jamque tres tomi operum syriacorum typis excusi fuerant, quum secundus tomus græco-latinus prelo exivit. Exorditur tomus secundus ab epistola dedicatoria quam sequuntur prolegomena in quibus auctor omissos in primo tomo codices græcos describit et Ephræmo vindicat sermonem ad imitationem proverbiorum conscriptum et sermonem in Margaritam pretiosam. Patet autem ex collatione hujus sermonis cum citatis ab Anastasio Sinaita et a Leontio interpretem græcum nimis libere vertisse et codices mendosos esse[1]. Quod et de Testamento et sui confessione dicendum videtur. De encomio autem S. Basilii merito dubitari ex dicendis de anno mortis Ephræmi patebit. Sed longius foret de singulis operibus græcis disserere, ex quibus nonnisi quædam in dubium revocantur. Continet iste tomus omnes sermones in editione oxoniensi contentos a 31° ad finem eodem ordine, nonnullis insertis, aliis ad finem additis et sermone de Domina Sala ut spurio

[1] Cfr. *Opp. græc.* III, prol. p. 57.

rejecto. Insunt porro in hoc volumine : 6 sermones de diversis, 50 paræneses ad monachos Ægypti, epistola ad Joannem monachum, sermones tres de secundo adventu, resurrectione et consummatione sæculi, testamentum Ephræmi, quod et syriace adjectis ex alio codice variis lectionibus ad finem tomi habetur; sequuntur sermones, paræneses, precationes de diversis, cum excerptis quibusdam in Job, in Psalm. et in Matth.

Tomus tertius et totius collectionis ultimus, anno 1746, evulgatus est. Post epistolam dedicatoriam auctor in prolegomenis inserit Ephræmi sermonem ad monachos de sua conversione, vitam ejus e cod. Vallicellano, Theodori studitæ in Ephræmum et Joannem Chrysostomum encomium; deinde describit codices nonnullos hucusque omissos præsertim græcos, syriacos, arabicos et armeniacos Bibliothecæ regiæ Parisiensis sicut et codices syriacos et arabicos Oxonienses. Sed hæc descriptio valde est imperfecta. Deinde de hisce documentis et codicibus disserit, ostenditque sermonem Ephræmo de sua conversione tributum non ipsius fœtum esse sed ejus discipulorum, narrationem Amphilochio tributam interpolatam esse, sermonem de sacerdotio Ephræmo vindicat, sed sermonem ad Joannem monachum contra hæresin Nestorii diacono Edesseno abjudicat.

Pias autem ad Deum et ad Beatam Virginem preces aut precationes et lamentationes, etsi illæ quasdam interpolationes passæ sint, ut genuinum opus Ephræmi habendas esse, nec obstare titulum « Dei genitrix » Mariæ tributum docte propugnat. Quoad preces vero quæ in libris Syrorum liturgicis Ephræmo tribuuntur, eas non omnes ad Ephræmum pertinere asserit. Sermonem autem de verbis otiosis et duos sermones de sacra cœna a Kohlio editos supposititios esse demonstrat.

Continet tomus tertius sermones, odas, precationes, hymnos de diversis, nempe de sacerdotio, de Heli sacerdote, de Loth, de Juliano asceta, de Elia, de virginitate, de vitiis, quinque de pœnitentia, plures de resurrectione, judicio et adventu Domini, panopliam ad monachos, adhortationes, precationes ad Deum et Beatam Virginem, nempe 107 opuscula, quæ omnia ex codicibus undique collegit et primus edidit cum versione latina a se, ubi illa Vossii deficiebat, elaborata. Addita sunt 21 opuscula latina.

Priores duo tomi syriaci prodierunt, annis 1737 et 1740, cura et labore Petri Benedicti Maronitæ S. J. Tomus primus continet Commentaria, seu potius Scholia, S. Ephræmi in Pentateuchum, Josue, Judices, duos libros Samuelis et duos Regum.

In tomo secundo habentur commentaria in Job, in Isaiæ capita 1-42, 66; in Jeremiam, Threnos, Ezechielem, Danielem, Oseam, Joelem, Amosum, Abdiam, Michæam, Zachariam et Malachiam. Quæ omnia desumpta sunt ex *Catena* a Severo, monacho Edesseno, anno Christi 861 elaborata. Sequuntur sermones exegetici 10, sermo in Jonam, et sermo in Lazarum, 13 sermones, seu potius hymni, de Nativitate Domini, 57 sermones, seu odæ adversus hæreses. Huic tomo adjicitur Antirrheticon adversus Kohlium et Renaudotium. Tertius tomus complectitur Acta S. Ephræmi, 87 sermones seu odas de fide adversus scrutatores, tres alios sermones in idem argumentum, sermonem adversus Judæos pro dominica palmarum, necrosima seu canones funebres 85, sermones seu odas de libero arbitrio 3, parænenses 76; de paradiso Eden hymnos 12, denique 18 sermones de diversis.

Maxima horum sermonum et hymnorum pars, nominatim sermones et hymni de fide adversus scrutatores et adversus hæreses, de nativitate Domini, de paradiso Eden, de libero arbitrio et nonnullæ parænenses ex tribus antiquissimis codicibus nitriensibus sæculi VI excripta est. Pro aliis vero sermonibus nec ætas codicum, nec ipsi codices indicantur e quibus desumpti sunt. Hoc aliquo modo colligi potest ex iis quæ supra de codicibus romanis syriacis dicta sunt. Quum morte præreptus fuerit Petrus Benedictus antequam tomum tertium absolvisset, curam operis prosequendi in se suscepit Stephanus Evodius Assemanus, qui opus feliciter ad finem perduxit. Textui syriaco ubique e regione versio latina apposita est, quam Petrus Benedictus ejusque successor magno labore magnaque sua linguæ syriacæ peritia adornarunt.

Hæc est præstantissima illa editio romana, quam merito plurimi faciunt viri docti, utpote quæ tantis curis elaborata a tribus doctissimis illis Maronitis Latio dedit præclarissima illustris doctoris syri scripta hucusque incognita, quibus præcipua fidei nostræ capita orientis luce illustrata novum robur novumque decorem accipiunt. At, quia in rebus humanis nihil absque defectu occurrit, sunt et huic editioni sui nævi. Desiderant quippe viri periti ut textui syriaco appositæ fuissent lectiones variæ, ubi plures suppetebant codices, ut hymnis præfigeretur tonus ad quem stropha conformata est, ut Responsoria in codicibus indicata suo loco imprimerentur, ut denique authentia et genuinitas necrosimorum, paræneticorum et sermonum de diversis ad trutinam criticam revocarentur. Illud etiam in versione latina repræhensum jure fuit, quod sæpe nimis libera

paraphrasim sapit. Quod tamen non nimium urgebunt qui advertunt quam difficile sit latinis auribus tradere orientalia Ephræmi carmina. Denique desunt totius operis indices, quales in editionibus aliorum Patrum reperiuntur.

6° *Recentiores editiones*. Doctissimus vir G. Bickell, in Universitate OEnipontana professor, edidit syriace et latine 72 hymnorum collectionem quam appellavit *Carmina nisibena*. Hæc collectio supra p. XLVII descripta fuit. Auctor eam deprompsit ex codicibus nitriensibus Musæi Britannici, nimirum : ex codd. add. 14572 sæc. VI qui totam fere collectionem continet, ex cod. add. 17142, qui 24 hymnos præbet, ex codd. 14571 sæc. VI qui 16 hymnos tantum habet. Tres alii codices pauca tantum fragmenta referunt. Hymnis præmissa sunt brevia sed docta prolegomena. Editio prodiit Lipsiæ anno 1866, in-8.

Huic editioni præiverat J. J. Overbeck in libro cui titulus *S. Ephræmi Syri, Rabulæ episcopi edesseni, Balæi aliorumque opera selecta*. Oxonii, 1865, in-8. Insunt sequentia S. Ephræmi scripta syriace tantum : 1° Contra Julianum regem qui abnegavit et contra doctrinas falsas et contra Judæos hymni 4; 2° duo sermones adversus doctrinas falsas; secundus inscribitur ad Hypaten (Hypatium), Manetem, Marcionem et Bardesanem; 3° Sermones et fragmenta de creatione mundi, de transgressione Adæ, quod mortalis creatus sit et dæmon non sit creatus malus. Hoc quidem in titulo, in textu autem superstite non docet Ephræmus Adamum mortalem fuisse creatum, bene vero arborem vetitam fuisse ficum; 4° Sermones de miraculis a Moyse in Ægypto patratis, et de descensu Spiritus sancti et divisione linguarum, de jejunio, de amore Dei (non de misericordia ut vertit Overbeck); 5° epistola ad monachos montenses; 6° demonstratio adversus Bardesanem; 7° Ephræmi testamentum; 8° tres hymni de paradiso qui desunt in editione romana; 9° homilia de baptismo Constantini. Variæ lectiones, ubi plures suppetebant codices seperatim appositæ sunt. Caret autem editio versione latina et notis criticis. Omnia ista opuscula ex codd. nitr. Musæi Britannici desumpta sunt, excepta homilia de baptismo Constantini, ex cod. Oxon. sæc. XV vel XVI exscripta.

Pius Zingerle e codicibus syriacis romanis recentioribus anno 1868 Brixiæ edidit duos sermones Ephræmi de Monachis syriace cum lexico et notis sed absque versione latina. Anno sequenti, OEniponti, in primo tomo libri cui titulus : *Monumenta syriaca ex codicibus Vaticanis collecta* edidit tertium Ephræmi ser-

monem ad monachos syriace tantum; in secundo tomo occurrunt varia citata, ex operibus Ephræmi desumpta, syriace cum nonnullis notis. Doctissimus vir selecta Ephræmi scripta in linguam germanicam vertit et edidit. 6 vol, in-8 OEniponti 1833-46[1].

Selecta Ephræmi opera cum notis anglice e textu syriaco ediderunt J. B. Morris[2] et H. Burgess[3]. P. Martin e codicibus Musæi Britannici autographice Parisiis edidit textum syriacum hymnorum in Abrahamum Kidunensem. Hucusque nihil repertum est e textu syriaco commentariorum S Ephræmi in Evangelia et in Epistolas Pauli. At J. B. Aucher Mechitarista latine e versione armeniaca edidit commentaria in epistolas S. Pauli. Venetiis, 1833, 2 vol. in-8. Idem ex armeno latine vertit commentaria Ephræmi in Evangelia, quæ correcta a G. Moesinger edita sunt Venetiis anno 1876[4].

VI. QUÆ HUIC TOMO INSUNT.

Hymni de Epiphania.

Primo loco posuimus hymnos quindecim de Epiphania, quos, anno 1879, e codicibus nitriensibus Musæi Britannici exscripsimus. Codices autem illi, e quibus desumpti sunt hymni de Epiphania, liturgici sunt omnes. Sciendum autem est hymnos in ecclesiis Syrorum non ad partem officii essentialem sed ad integralem tantum pertinere. Quare nunc plures, nunc pauciores hymni, nunc totus hymnus, nunc selectæ tantum strophæ decantantur, prout Officium liturgicum vel producitur vel protrahitur. Hinc explicatur quo modo factum sit ut collectio hymnorum, quos Ephræmus in Epiphaniam scripsit, integra et absoluta in nullo codice reperiatur et ordo in plerisque codicibus differat. Ex fragmentis in cod. add. 14520 sæc. VIII-IX servatis colligitur Ephræmum, præter hos quindecim quos vulgamus, alios composuisse hymnos in Epiphaniam. Hymnus XV reperitur in codicibus medio loco inter hymnos de Nativitate et de Epiphania positus, ita ut difficile dictu sit ad quodnam festum referri debeat. Cum Ecclesia Latina adorationem magorum ad festum Epiphaniæ referat, idcirco hunc hymnum inter hymnos de Epiphania reposui; putaverim tamen Ecclesiam Edessenam cum Græcis jam ab Ephræmi tempore solam

[1] *Des heil. Kirchenvaters Ephræm Ausgewählte Schriften.* Aus dem Griechischen und Syrischen Ubersetz von Pius Zingerle. Innsbruck 1833-46. 6 vol. in-8.

[2] Select Works of S. Ephraem the syrian. Oxford, 1847.

[3] *Select metrical hymns and Homilies of Ephraem Syrus.* Translated from Syriac. London, 1853. vol. in-12; *The repentance of Niniveh, by Ephraem syrus.* London, 1853, in-12.

[4] *Evangelii concordantis Expositio facta a S. Ephræmo syro in latinum translata* a R. P. Joanne Baptista Aucher. Edidit G. Moesinger. Venetiis, 1876. in-8.

Christi in baptismo manifestationem in die Epiphaniæ celebrasse. Nam omnes fere hymni de baptismo Christi et de sacramento baptismi agunt. Hymnos XV hic vulgatos subministrarunt codices duo : nempe 1° cod. add. 14506 sæc. IX-X, fol. 166-183, hymnos 2-4, 6-10, 15. In eodem cod. fol. 115-118 alia manu antiquiore descripti leguntur hymni 2-4, 8-10; 2° cod. add. 14512, sæc. X subministravit hymnos 1-14. Hymni plures vel pauciores ejusdem collectionis inveniuntur in codd. add. 14515, anni 893; 17141, sæc. VIII-IX; 14520, sæc. VIII-IX; 14501, sæc. XI; 12146, anni 1007, ubi nomen auctoris omissum est. Tanti fecerunt Syri hymnos Ephræmi de Epiphania ut 3^m^, 4^m^ et 13^m^ inseruerint in ordinibus baptismi Jacobo apostolo et Jacobo Sarugensi inscriptis, quibus usque hodie utuntur Jacobitæ.

Antiquissimum esse Epiphaniæ vel Theophaniæ festum apud omnes in confesso est. Et Latini quidem hac die simul triplicem venerantur Domini manifestationem, qua scilicet ipsius divinitas manifestata est Magis in Bethleem, Joanni ad Jordanem et discipulis in Cana Galilææ. Græci vero, quum de Magorum adoratione die ipso Christi natali jam egerint, hodie Dei apparitionem in baptismo Christi factam, seu ipsum ejus baptismum recolunt. Ad rem S. Joannes Chrysostomus : « Quamnam igitur ob causam hæc Epiphania appellatur? Quia nimirum non omnibus manifestus est redditus, quum partu est editus, sed quum est baptizatus[1]. » In eumdem sensum loquitur S. Gregorius Nazianzenus[2]. « Etenim sanctus Luminum dies (Epiphania) ad quem pervenimus, et quem hodie divino beneficio celebramus, originem quidem a Christi mei baptismate ducit... Jam Christi quidem nativitas congrua solemnitate prius, tum a me festi duce et auspice, tum a vobis, atque adeo ab omnibus, tam qui in mundo versantur, quam qui in mundo subliminiores sunt celebrata est. Cum stella cucurrimus, cum Magis adoravimus, cum pastoribus luce circumfusi sumus, cum angelis divinam gloriam prædicavimus, cum Simeone in ulna accepimus, cum Anna, illa, inquam, vetula et casta femina, confessi sumus; ei quoque, qui ut alienus in propria venit, gratia habeatur, quod exterum hominem et peregrinum gloria affecit. Nunc alia Christi actio, aliudque mysterium sequitur... Christus illuminatur, simul illustremur; Christus baptizatur, simul descendamus, ut simul etiam ascendamus. »

[1] *Homilia de baptismo Christi*, n. 2, ap. Migne, *Patrol. gr.* XLIX, 363.

[2] *Oratio* 39 *in Sancta lumina*, n. 1, 14, ap. Migne, *Patrol. gr.* XXXVI, 336, 350.

Jam sæculo tertio S. Gregorius Thaumaturgus, si ejus est homilia in *sancta Theophania*[1], et S. Hippolytus[2], solemniter celebrabant festum Epiphaniæ seu baptismi Christi, et patet ex verbis S. Hippolyti tunc baptisma catechumenis collatum fuisse. Hoc festum fuit adeo celebre sæculo IV tum in Occidente tum in Oriente, ut vel impiissimi imperatores ausi non sint ab ea celebritate abesse. Siquidem Julianus apostata qui pallio christianæ religionis latentem impietatem studebat contegere, cum esset in Galliis voluit ea die cum ceteris christianis sacris interesse mysteriis, ut scribit Ammianus Marcellinus, 21. Idipsum præstitit in Oriente Valens imperator Arianus, ut de eo scribit S. Gregorius Nazianzenus in oratione *De laud. Basilii*[3].

Quum igitur eadem solemnitate perageretur festum Epiphaniæ in Mesopotamia et in eo memoria celebraretur baptismi Salvatoris et conferretursacramentumbaptismi, S. Ephræmus pro hoc festo, sicut pro aliis Domini nostri festis hymnos plures composuit. In hymno I describit varias baptismi figuras ex veteri Testamento, deinde transitad baptismum Christi a Joanne. Strophæ 11-19 habentur in sermone seu hymno quarto de Nativitate[4], forsan in utroque hymno insertæ fuerint istæ strophæ, quia simul agunt de stella Magorum et de prædicatione Joannis.

Hymnus II coronas nectit Regi qui *Oriens* appellatur, singulis ejus triginta annis singulas coronas nectunt diversæ creaturæ. Iste hymnus tertius decimus est inter hymnos de Nativitate in editione Romana, quæ pro more tonum et responsoria omittit, nostri autem codices illum Epiphaniæ adscribunt. Ex codicibus et e mensura versuum patet multa menda irrepsisse in editionem Romanam.

In hymno III agit sanctus Doctor de unctione olei quæ fit in baptismo et varias illius figuras e veteri Testamento describit exclamans : « beati estis agni a Christo obsignati qui corpore et sanguine digni effecti estis. Ipse pastor pabulum vobis factus est. » Nonnullæ hujus hymni strophæ recitantur in Ordine baptismi a Jacobo Edesseno composito, dum sacerdos corpus puellæ baptizandæ inungit oleo olivæ.

Hymnus IV canitur a diaconis dum baptizandi oleo catechumenorum uncti immerguntur in aquis baptismi. Docetur hoc hymno homines per baptismum a pec-

[1] App. Migne, *Patrol. gr.* X, 1178.

[2] *Sermo in sancta Theophania.* App. Migne, *Patrol. gr.* X, 851.

[3] Ap. Migne, *Patrol. gr.* XXXVI, 561-564. De festo Epiphaniæ vid. quæ scribit R. P. Nilles, *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis.* Œniponte, 1879. T. I, p. 54, sqq.

[4] *Opp. Syr.* II, 415, sqq.

catis ablui, gratia vestiri, Deo coadunari. Hi baptismi effectus et ceremoniæ hymnis V, VI, VII et VIII sub variis figuris describuntur. « Parvo Jordanis fluvio, inquit, major est baptismus, cujus aquis cum oleo abluuntur omnium peccata. » « Adamus illico innocentiæ nitorem exuit, vos autem innocentiæ nitorem illico induistis. » « Hodie deleta sunt peccata vestra et inscripta nomina. Sacerdos illa delevit in aquis, Christus hæc descripsit in cœlis. » Post baptismum sacra communio porrigebatur. « Manducate, inquit, corpus vivum, pharmacum vitæ omnes vivificans. Baptizati accipite lampades vestras ut viri Gedeonis... Corpus lassum dum aquis lavatur recreatur a labore. Ecce lavacrum in quo recunduntur quies, vita et deliciæ. In eo requievit Adam lassus qui laborem introduxit in mundum..... Descendit Deus in aquas ut in nos veniret ibique maneret, sicut antea ex misericordia descendit in uterum virginis. » Sacramentum confirmationis apud Syros « perfectio » seu complementum appellatur, quia immediate post baptismum conferebatur et ejus ceremonias quasi complebat; ad hoc alludit Ephræmus : « Super Moysen illapsus est Spiritus Dei, super vos perfectio Christi. » Hymnum octavum hisce verbis claudit : « Prophetæ Altissimum vocarunt ignem vorantem... Estis omnes illo igne per oleum uncti, per aquam induti, per panem refecti, per vinum potati, voce illum audistis, mentis oculo illum contemplati estis. »

Hymni IX et X agunt de baptismo Christi in Jordane et de baptismi sacramento. Christus suo baptismo aquas sanctificavit ut iis baptizaremur. Alludit auctor ad lucem quæ in baptismo Christi in aquis Jordanis resplenduit, cujus meminit S. Justinus[1]. « Christi conceptio nobis thesaurus est benedictionum, nativitas cumulus gaudiorum, baptismus causa miserationum, mors causa vitæ nostræ. Mors ejus resurrectione devicta est. In ejus nativitate stella lucida effulsit in aere; in baptismo lux ex aquis resplenduit; in morte sol obscuratus est in firmamento; in passione stellæ cum ipso defecerunt; in Epiphania stellæ cum ipso apparuerunt. » Docet omnibus baptismum esse necessarium. « Si ille qui ceteros purificat baptizatus est, quis est qui baptismo non indigeat? »

Secunda pars hymni X deest.

Hymno XI docetur baptismum Joannis non habuisse eamdem vim cum baptismo Christi : « Joannes, qui magnus fuit inter natos mulierum, Christo inferior fuit, quia ab eo baptizati rursus baptismum Apostolorum suscipere debuerunt. »

[1] *Dial. cum Triph.* 88.

****

Hymnus XII statuit peccatum originale baptismo deleri : « In baptismo invenit homo gloriam inter arbores paradisi perditam... Lapsus est vir in paradiso, at Misericordia restituit eum in baptismo ; perdidit suam pulchritudinem per invidiam diaboli et recuperavit eam per gratiam Christi. »

Hymnus XIII eamdem doctrinam asserit et explicat rationem cur vestibus candidis baptizati induuntur. « Vestes vestræ, fratres, candidæ sunt ut nix, et nitor vester refulget ut nitor angelorum. Splendent vestimenta vestra, nitent coronæ vestræ. In paradiso væ in Adamum latum est ; vos autem hodie laudem accepistis. » Iste hymnus recitatur dum baptizatis sacra communio distribuitur.

In hymno XIV colloquium pulcherrimum instituitur inter Joannem Baptistam et Christum. Strophæ alphabeticæ sunt. Joannes renuit baptizare suum Dominum, Christus urget eum; tandem Baptista coactus consentit eumque baptizat. Ejusdem est generis hymnus XV , jam sub nomine Ephræmi in Breviario maronitico et inde in tomo III. Opp. græco-lat. p. 601-603 editus. Colloquium scilicet instituitur inter Mariam et Magos; Beata Virgo, postquam eorum fidem varia objiciendo probavit, tandem declarat se virginem filium peperisse qui Filius Dei est. Hymnum de Jesu et Joanne imitatus est præcipuus græcorum hymnographus S. Romanus in hymno de sacra Theophania, in quo idem colloquium instituitur inter Christum et Joannem [1].

Omnes hos de Epiphania hymnos genuinum esse S. Ephræmi fœtum plura demonstrant. Etenim Ephræmo tribuuntur in septem codicibus supra indicatis, qui codices optimæ notæ et antiqui sunt, siquidem ad octavum, nonum et decimum sæculum pertinent. Præterea stylus, frequentes allusiones ad facta veteris Testamenti, doctrina, Ephræmum produnt auctorem. Ebed-Jesu Khayyat, Amadiæ archiepiscopus [2], hymnum « de Maria et Magis, » nescio qua auctoritate ductus tribuit Narseti, celebri Nestorianorum sæculi V poetæ. At, ut hic hymnus Narseti tribuatur plura obstant. Etenim Ephræmo tribuitur in codice nostro A sæculi IX vel X, in quo multa genuina habentur Ephræmi opera. Si quæ alterius sunt auctoris, hæc Jacobi Sarugensis sunt ; alicujus autem scriptoris nestoriani hymnos occurrere in codice Jacobitico inauditum prorsus est. Præterea Breviarium Maronitarum Ephræ-

[1] Ap. Em. Card. Pitra, *Analecta sacra*. Paris, 1876, p. 16, sqq.

[2] *Syri orientales, seu Chaldei, Nestoriani et Romanorum pontificum primatus*. Romæ, 1870, p. 158.

mo hunc hymnum vindicat. Receperunt quidem Maronitæ in suis libris liturgicis quædam cantica auctorum monophysitarum, nestorianorum vero nulla. Denique doctrina in hymno « de Maria et Magis, » errori nestorianorum prorsus adversatur, siquidem ad finem Maria declarat se esse « Dei genitricem, » dicens : « Virgo peperi filium. Ipse Filius Dei est. »

Sermo de Domino nostro. Hymnis de Epiphania adjunximus sermonem de Domino nostro, quem, ut ex Catenis Patrum discimus, Ephræmus pro hoc festo composuerat. Alterum pro eodem festo sermonem a S. Doctore conscriptum fuisse ex duabus Catenis Patrum sæculi VIII discimus, sed alter iste sermo, cujus initium : « Pax quam dedit angelus Virgini, » hucusque non est repertus.

In sermone de Domino docet S. Doctor Dominum nostrum ab æterno ex Patre natum esse secundum divinitatem, eumdem vero in tempore ex virgine Maria natum esse secundum humanitatem; eum ut hominem, mortem passum esse in cruce, ut Deum vero mortem devicisse, atque sua cruce idololatriam vicisse, et sacrificium propitiatorium obtulisse. Divinitatem porro Christi probant surdi muti sanatio, miracula apostolorum, sanctificatio peccatricis, conversio Pauli, qua simul humilitatem edocemur. Redit deinde ad Simonem pharisæum et peccatricem et sermonem claudit ostendendo Christum se Deum et hominem ostendisse, quando Simeon eum accepit in ulnas suas. In præclaro et protracto isto sermone duo sunt præsertim notanda : 1° Ephræmus allegat locum Lucæ XXII, 42 de sudore sanguineo Christi in horto et de apparitione angeli confortantis eum, de quo immerito nonnulli difficultates ingerunt. S. Doctor non semel ad hunc locum provocavit, sed sæpius, ut constat ex Carmine Nisibeno 35, stropha 18, et ex *Opp. Syr.* II, 392; III, 604; 2° diserte docet duas in Christo esse naturas absque confusione unitas, ut probavimus in nota ad pag. 226 subjecta. Hæc est vera Ephræmi doctrina circa incarnationem quam evolvit in hymnis adversus scrutatores, de quibus vid. J. S. Assemanus, *Opp. gr.* II, Prol. p. 34.

Sermo de Domino.

Hunc sermonem Ephræmo tribuendum esse ex ipso codice, qui antiquissimus est, utpote ad sæculum V vel VI pertinens, jam satis constat. Attamen alia suppetunt argumenta omni exceptione majora : scilicet Philoxenus, Mabugi seu Hierapoleos episcopus, qui vix centum annis post mortem Ephræmi scribebat, in *Epistola de fide ad monachos* (codd. add. 12164, fol. 130, a; 138, a) duo diversa testimonia e *Sermone de*

Domino recitat, cum præmissis verbis : « S. Ephræmi e sermone *gratia accessit ad ora blasphema.* » Unum e duobus illis testimoniis verbotenus legitur infra p. 163 ; alterum in iis quæ edidimus non occurrit ; sed observandum est deesse in nostro codice unum vel plura folia, adeoque exinde nulla difficultas oriri potest, siquidem a Philoxeno recitata correspondeant foliis deperditis. Præterea idem sermo Ephræmo tribuitur in quatuor catenis Patrum octavi vel noni sæculi, quos indicavimus infra p. 144, et verbotenus quædam recitantur prout sunt in codice nostro. Ephræmi esse sermonem pariter asseritur in cod. vatic. 138 et 146 apud Mœsinger.[1]

Sermo de admonitione.

Sermo de admonitione et pœnitentia. Multi exstant Ephræmi sermones sub hoc vel simili titulo inter opera græca et syriaca. Imo titulus hujus sermonis non unus et idem reperitur in codicibus. Exstat in tribus codicibus Musæi Britannici cum diversis titulis. In cod. add. 17109, anni 873-74 titulum habet « de admonitione et pœnitentia, » in cod. add. 14735, sæc. XII inscribitur « de amore doctrinæ; » in codd. add. 14588, « de admonitione ; » in duobus autem codicibus Bibliothecæ parisiensis : nempe in codd. 189 et 196 titulus est : « Sermo increpatorius et admonitorius docens et ostendens quomodo Christianus se gerere debeat. » Haud raro accidit pro sermonibus asceticis diaconi Edesseni ut tot habeantur unius ejusdemque sermonis tituli quot codices.

In hoc sermone versibus heptasyllabis composito docet auctor Deo libere esse serviendum, evangelicam doctrinam coactionem non inducere ; ab ira abstinendum utpote quæ opponatur charitati, gehenna puniatur, et passione Christi reprobetur ; vitandam subsannationem, iræ sociam ; fugiendam superbiam sicut et luxuriam. Deinde commendat eleemosynam et orationem, signum crucis atque virtutes generatim. In observatione mandatorum consistit vera libertas ; omnes creaturæ hominem ad sua officia adimplenda revocant. Concludit docendo nihil justo timendum et commendando paupertatem evangelicam. Notanda sunt quæ in hoc sermone habentur de signo crucis : « Nihil facias, oratione non præmissa, signo autem vivificæ crucis, obsigna, fili mi, omnes tuos actus. De janua domus tuæ ne exeas donec cruce te signaveris ; nec in esu, nec in potu, nec in somno, nec in vigilia, nec in itinere, nec in tempore quietis illud signum negligas ; nullus est custos illi æquiparandus ; sit tibi murus pro-

[1] *Monumenta syriaca ex Romanis codicibus collecta.* Œniponti, 1878. II, p. 44, 51.

tector ante omnes actus ; edoce illud filios tuos ut istud sedulo addiscant. »

Genuinum esse hunc sermonem quinque codices supra indicati abunde demonstrant. In textu nihil reperitur quod non sit vere Ephræmianum.

Sermo de peccatrice. S. Lucas VII, 35, sqq, narrat quomodo mulier peccatrix unxit pedes Domini, dum recumberet in domo Simonis Pharisæi. In hanc historiam multa scripsit Ephræmus, Græce duo exstant ejus sermones : prior, a Vossio primum latine editus[1], deinde plenius ab Assemano græce et latine vulgatus, incipit : « Inter multos viros sanctos[2]; » alter ab Assemano primum editus exorditur : « Simplex nobis labor. » Prior exstat in multis codicibus græcis bonæ notæ, nempe ; in codd. vat. 438, 562, 564, 1216, 1633, 1641 ; in Palat. 364 ; in Basilianis 13, 87 ; in Barberinis 248, 249 ; in Ambros. 4 ; Passion. 122 ; in codd. angl. Barocc. 199, 241 ; in Bibl. Cæs. vind. cod. 116[3]. Alter exstat in Bibl. Cæs. Vindob cod. 249 apud Lambecium. Porro duo isti sermones nonnisi unum efficiunt. Posterior enim sermo totum priorem continet, adjecto tantum brevi quodam exordio, in utroque igitur sermone mulier peccatrix in seipsa recenset vitæ ante actæ flagitia, et, audito quod Christus recumberet in domo Simonis pharisæi, consilium init eum adeundi, ejus pedes amplectendi atque inungendi ut delictorum veniam consequatur. Vadit igitur ad aromatarium ad unguentum emendum ; miscet cum eo prolixum colloquium, in quo agit de rationibus quæ ipsam ad emendum unguentum movent. Empto unguento pergit ad domum Simonis in via orans, deinde accedens Christum inungit. In editione Vossiana quædam hic adjiciuntur adscititia ex *Matth.* XXVI, 10-11, quæ in editione Assemaniana recte omissa fuere. Miratur porro Ephræmus quomodo meretrix ausa sit pedes Christi amplecti et ungere ac capillis inquinatis tergere. Hic terminatur sermo apud Vossium ; apud Assemanum vero multum adhuc producitur. Simone enim de mulieris agendi ratione murmurante, Christus eum reprehendit et declarat se mulieri propter ejus amorem peccata condonasse et addit omnes generationes memoriam mulieris celebraturas esse. Concludit hortando ut omnes peccatores pœnitentiam peccatricis imitentur.

Sermo de peccatrice.

Hæc dumtaxat græce habentur, syriaci autem codices alia subministrarunt. Codex nitriensis 17us Bibliothecæ vaticanæ continet pa-

[1] *S. Ephræmi opp.* III, 213-219. Romæ, 1598.
[2] *Opp. græco-lat.* II, 297-306.
[3] Vid. *Opp. græco-lat.* I. Proleg. CXXXVII, CXCVIII.

rænesin versibus heptasyllabis conscriptam, quæ incipit : « ܐܣܝܐ ܪܒܐ ܘܪܝܫܐ ܕܐܣܘ̈ܬܐ sine te hoc exorem, magne summe medice. » Ex illo codice eam edidit P. Benedictus[1]. Rogat S. Doctor magnum medicum Christum ut sibi veniam peccatotorum indulgeat, sicut peccatrici omnipotenti misericordia condonavit et integram animæ puritatem restituit. Docet Deum non lætari in perditione impiorum et neminem, etiamsi sit, ut peccatrix, multorum criminum reus, et post pœnitentiam relapsus, de condonatione unquam desperare posse; pœnitentem autem lacrymis et amore peccatricis indigere ut Deum sibi reconciliet; Christum ex amore et misericordia in peccatores Simonis invitationi annuisse ut peccatrix ad se accederet. Describit deinde mores et flagitia peccatricis, quam unam et eamdem esse ponit cum Maria Lazari sorore et cum Maria Magdalena e qua Christus septem dæmones ejecerat. Sequitur peccatricis ad Christum accessus et humilis ejus oratio; describitur ratio conversionis impii et peccatricis. In effusione unguenti et in lavatione pedum per lacrymas eorumque extersione videt S. Pater figuram baptismi quo peccata abluuntur. Post hæc fuse agit de prava pharisæi suspicione qua putavit Christum ignorare quænam mulier accedebat, de parabola Simoni a Christo proposita, de suavi odore quem unguentum e contactu corporis Christi emisit, de Judæ avaritia. Concludit hortando tenerrime peccatores ut sua pœnitentia peccatricem imitentur.

Alium sermonem metricum hucusque ineditum nobis præbuerunt duo codices Musæi Britannici; nempe cod. add. 14651, scriptus anno Christi 850, et cod. add. 17226, sæc. XII. Iste sermo exstat etiam arabice in Bibl. vat. cod. Bœrcensi 1 et in Bibl. Paris. cod. syr.-carsh. 194 cum titulo « de Maria peccatrice. » Habet plura cum sermonibus græcis consona, alia in parænesi mox exposita occurrentia, multa etiam sibi propria. Auctor animas auditorum excitat ad considerandam omnipotentem Dei misericordiam in miraculis Christi et in conversione peccatricis conspicuam. Peccatrix depingitur peractam deflens vitam, luxuriæ excitamenta a se removens, et cum alabastro ad aromatarium pergens. Instituitur colloquium inter eam et aromatarium, brevius illo quod habetur in sermonibus græcis. Accepto unguento mulier gressus dirigit ad domum Simonis, occurrit ei Satanas sub forma primi illius amatoris, et, instituto colloquio,

[1] *Opp. syr.-lat.* III, 387-412.

eam frustra seducere conatur. Repulsus inde insidiose aggreditur Simonem, qui narrat ei præcipua Christi miracula. Peccatrix mox ad januam Simonis adstat et abundantes fundens lacrymas Christi misericordiam implorat; repellit eam Simon, sed Christus jubet ingredi et Simonem parabola reprehendit. Oratio hic abrupte terminatur, codices differunt, quasi finis esset deperdita.

Alium adhuc sermonem versibus heptasyllabis etiam compositum descripsimus e codicibus Bibliothecæ paris. 196 et 189, de quibus infra. Agit in eo S. Doctor de unctione Bethaniæ in domo Simonis leprosi peracta quam eidem peccatrici tribuit. Unde rursus colligitur Mariam, Lazari sororem, quæ Christum in Bethania unxit et peccatricem, de qua sermo est apud Luc. VII, Ephræmo unam eamdemque esse personam. Docet mulierem ex fide et amore caput Christi unxisse ut obtineret remissionem suorum delictorum, et unguentum suaviorem effudisse odorem ex quo corpus Christi attigit. Sequitur vehemens in avarum Judam objurgatio, qua prior sermonis pars concluditur; in altera parte agitur de præparatione paschatis quam Matthæus immediate post Bethaniæ unctionem narrat. Modo diximus de peccatrice etiam agere S. Ephræmum in sermone « De Domino nostro » Unde patet Syrorem vatem sæpius de peccatrice in suis prædicationibus egisse.

Sermones in Hebdomadam sanctam, diem resurrectionis, et Dominicam novam.

Sermones octo in Hebdomadam sanctam, diem resurrectionis, et Dominicam novam. Omnes isti sermones metrice versibus heptasyllabis exarati sunt. Primus veluti introductio est agens de Christo et Ecclesia; secundus agit de unctione Christi in Bethania et de præparatione paschæ, *Matth.* XXVI, 6-19; tertius de lavatione pedum et proditione Judæ, *Joan.* XIII, 4-11; quartus iterum de lavatione pedum et institutione Eucharistiæ, *Joan.* XIII, 12, sqq.; *Matth.* XXVI, 16, sqq.; quintus et sextus de passione et morte Christi; septimus de resurrectione; octavus de apparitione ad Thomam, *Joan.* XX, 24-29.

Horum sermonum primus legitur in Ecclesia Jacobitica feria 2ª passionis ad vesperas. Syri Jacobitæ hebdomadam sanctam, quam *hebdomadam passionis* appellant, inchoant a feria 2ª. Siquidem Dominica in palmis apud eos terminat tempus quadragesimale et constituit peculiarem festivitatem quam *Hosannarum* appellant, pro qua dominica exstat S. Ephræmi « Sermo adversus Judæos[1]. » Secundus legitur feria 3ª ad officium noctis; tertius feria 4ª ad officium

[1] Habetur in *Opp. syr.-lat.* II, 209, sqq.

noctis; quartus feria 5ª ad officium noctis; quintus et sextus feria 6ª ad officium noctis et matutini; septimus die resurrectionis ad officium noctis; octavus dominica nova, id est dominica in albis ad officium noctis.

Exscripti sunt isti sermones e tribus Bibliothecæ parisiensis codicibus, nempe ex codd. 196, 189, et 200. Codicem 196 sæculo XIV exaratum fuisse e scriptura colligi videtur. Certe Josephus seu Cyrillus, Hahae in regione Turabdinensi episcopus, codici, qui Ecclesiæ S. Domitii donatus fuit, manum, anno 1417, apposuit. Codex 189 recentior est. Putat D. Zotenberg hunc codicem e præcedenti manu Eusebii Renaudotii descriptum esse. Codex 200 Parisiis, anno 1692, exaratus fuit ab Abdul-Ahad-Ben-David Amidensi. Rursus putat D. Zotenberg hunc codicem ex cod. 196 descriptum, quod non ausim affirmare propter varias hujus codicis lectiones et suppletas satis multas voces quæ in duobus præcedentibus codicibus non amplius legi possunt. Variæ porro lectiones et glossemata hujus codicis fere semper mendosa sunt et ex codice, a codice 196 diverso, desumpta videntur. Isti octo sermones non continent omnia quæ Syrorum doctor de passione scripserat, nam vix dubium sit omnes passionis circumstantias a sancto doctore explicatas fuisse; nihil autem habet de iis quæ in horto olivarum contigerunt, nihil pariter de illusione Christi ab Herode. Præterea memoratur a Philoxeno Mabugensi *Sermo de latrone,* qui hucusque non est repertus. Quum autem sermones quos vulgamus desumpti sint ex codice liturgico, mirum non est omnes S. Doctoris sermones in hebdomadam sanctam in iis non haberi. Idem contigit pro homiliis Patrum quæ in nostris breviariis recitantur. Sermones et hymni S. Ephræmi de passione memorantur in *Actis* ejus[1]. S. Joannes Maro vel quisquis est auctor operis ejus nomine inscripti provocat ad Ephræmi sermonem tertium de passione. Verba autem citata quoad sensum conveniunt cum iis quæ habentur in sermone secundo apud nos[2]. Excripsimus etiam e cod. par. 161, sæc. X vel XI quasdam preces ܒܥܘܬܐ de passione, quæ e nostris sermonibus partim desumptæ sunt. Sic precatio quæ recitatur ad 3m stationem nocturni in sancta Parasceve tota fere desumpta est e sermone V de passione n. 2 et 11. Aliæ autem preces seu rogationes ܒܥܘܬܐ agunt de iis passionis circumstantiis de quibus nihil occurrit in sermoni-

[1] *Opp. syr.-lat.* III, præf.

[2] S. Joannes Maro, *Exposit. Minist. oblationis D. Jacobi*, c. 16-19, ap. Al. Asseman., *Cod. liturg.* t. V.

bus quos vulgamus. Externis hisce testimoniis, quæ sermones istos genuinum esse Ephræmi opus ostendunt, interna adjungenda sunt argumenta. Et primo quidem stylus ubique Ephræmum auctorem prodit. Locutiones, antitheses, metaphoræ, allusiones, Ephræmo usitatæ, ubique occurrunt. Sic in sermone IV loquens de Eucharistia eam appellat ܓܘܡܪܬܐ *carbonem* et visionem Isaiæ eodem prorsus modo Eucharistiæ accommodat prout fecit in commentario. Habet Ephræmus peculiarem opinionem circa negatam Judæ a Christo Eucharistiam. Ista eadem opinio, quæ in sermone IV explicatur, pluries in hymnis de « azymis » et in « Evangelii expositione » asseritur. In eodem sermone loquens de sacramento Eucharistiæ S. Doctor scribit : « qui manducat illud in fide *ignem et spiritum* in illo manducat. » Porro eadem locutione camdem rem designat in Hymnis *adversus scrutatores*[1]. Jacobus Sarugensis eamdem quidem cum Ephræmo opinionem habet, circa negatam Judæ Eucharistiam, quæ græcis et latinis ignota est. At Jacobus Sarugensis auctor haberi nequit sermonum de passione; nam ipse alios de passione sermones scripsit, qui in eodem codice 196 immediate post Ephræmi sermones habentur. Præterea Jacobus Sarugensis continuo utitur versu duodecim syllabarum. Docet Ephræmus Christum pascha manducasse die 14^a nisan ad vesperam; idem docet in hymnis de azymis. In sermone V agens de servo, qui alapam Christo inflixit, observat servum alapam in gena recipere quando manumittitur; idem iisdem verbis observat in hymnis de crucifixione et in sermone græco de passione. In sermone II docet Christum præfiguratum fuisse per arietem, qui crucifixus apparuit in arbore subito exorta, quum Abrahamus immolare voluit Isaacum; idem iisdem fere verbis explicat in Commentario ad hunc locum Geneseos. Quæ habet de descensu Christi ad inferos concordant cum iis quæ occurrunt in hymnis *De crucifixione* et in *Carminibus nisibenis*, ubi de ܫܝܘܠ *(inferis)* agitur. Exstant græce duo Ephræmi sermones de passione. Doctrina, sententiæ, locutiones, metaphoræ, stylus eumdem produnt auctorem, qui nostros sermones et hymnos de crucifixione scripsit. Hæc sufficiant ut constet sermones de *Passione et Resurrectione* genuinum Ephræmi opus esse.

1us sermo de Christo et Ecclesia.

Primus sermo veluti introductio est agens de Christo et Ecclesia. In universum mundum exierunt apostoli Evangelium ubique prædica-

[1] *Opp. syr.-lat.* III, 22-24. Cfr. etiam hymni de *Epiphania* V, 4; VI, 7; VIII, 6.

turi. Simon in Roma prædicabat : « Dominus meus ille est qui reges subvertit. » Reponebant ei : « Occisus est magister tuus, quomodo reges subvertere potest ? » Respondens Simon exponit quis sit Christus et docet eum esse suis miraculis regibus superiorem, in divina sua persona duas univisse naturas, divinam et humanam, occisum fuisse ab antiqua synagoga, in cujus locum successit Ecclesia, cui dedit corpus et sanguinem suum.

2us Sermo præparatio paschatis.

In secundo sermone agitur de unctione Christi in Bethania[1], deinde de præparatione paschatis. Docet Petrum, Ecclesiæ fundamentum, cum Joanne virgine a Christo missos esse ut pararent pascha et, vespere facto, Christum discubuisse cum duodecim apostolis, pascha legale manducavisse et Eucharistiam instituisse. Totus est in hoc sermone in instituenda comparatione inter pascha Judæorum et pascha nostrum.

3us Sermo Lotio pedum.

In sermone tertio disserit S. Doctor de lotione pedum, quæ, juxta illum et juxta multos interpretes, peracta fuerit antequam Christus institueret Eucharistiam. In hac pedum lotione Salvator verbis et exemplo docet humilitatem, Petrum ex humilitate renuentem cogit ut pedes, sicut ceteri, lavandos præbeat. Quum deinde Dominus declarasset apostolos mundos

4us Sermo Petri primatus.

esse, sed non omnes, et hac ratione designasset proditorem, Ephræmus hunc sermonem terminat per vehementissimam objurgationem in Judam, miraculorum et beneficiorum Christi immemorem.

4us Sermo Eucharistia.

Sermo quartus narrat Eucharistiæ institutionem et totam Ecclesiæ de hoc sacramento et de missæ sacrificio doctrinam pandit. Præmittit autem quædam notatu valde digna circa Petri jura. Antiquissimum hoc est Ecclesiæ Syriacæ testimonium de primatu Petri. Ita autem clara et aperta sunt Ephræmi verba, ut clariora non occurrant apud Patres latinos aut græcos.

Petri primatus.

Jam supra in sermone secundo Petrum vocaverat « Ecclesiæ fundamentum » et in sermone primo assuerat « Simonem Romæ prædicasse ; » imo in *Carmine nisibeno* 59 retulerat « Simonem deorsum in ligno fuisse crucifixum ; » hic autem diserte ejus primatum infallibileque magisterium asserit hisce verbis : « Simon, discipule mi, ego te constitui fundamentum Ecclesiæ sanctæ, Petram vocavi te antea, quia tu sustinebis totum meum ædificium ; tu es inspector (ܦܩܘܕܐ Επισκοπος) eorum qui ædificant mihi Ecclesiam in terris ; si quid reprobum (adeoque si quid erroneum) ædificare velint, tu fundamentum reprimas eos ; tu es caput fontis a quo hauritur doc-

[1] Vide supra p. LXIX, sq.

trina mea ; tu es caput discipulorum meorum; per te omnes gentes potabo ; tua est suavitas illa vivifica quam largior ; te elegi ut sis in mea institutione velut primogenitus et hæres efficiaris thesaurorum meorum ; claves regni mei dedi tibi. Ecce principem te constitui super omnes meos thesauros. « Hisce verbis Petri primatum adstruit super fideles et episcopos quum dicit « tu es caput discipulorum meorum, claves regni mei dedi tibi ; » Adstruit ejus infallibile magisterium dicendo « tu es caput fontis a quo hauritur doctrina mea, tu es inspector eorum qui ædificant mihi Ecclesiam in terris, si quid reprobum, ܡܕܡ ܕܣܢܐ, si quid propter hæresim vel errorem odiosum sua prædicatione ædificare velint, Petri muneris est ut eos reprimat, ut errores resecet, ut hæreses suo infallibili judicio comprimat. Si non esset infallibile ejus magisterium utique errorem absolute, ubique et semper, reprimere non valeret, nec omnes gentes lacte veritatis potare.

Eamdem doctrinam pandit S. Doctor in *precatione* ܒܥܘܬܐ quæ legitur in cod. paris. 161, sæc. X, fol. 95 : « ܓܒܝܗ ܡܪܢ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ . ܘܥܒܕܗ ܪܫܐ ܕܫܠܝܚܐ . ܘܫܘܬܐܣܬܐ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ . ܘܣܡܟܐ ܕܫܪܝܪܘܬܗ ܀ ܣܡܗ ܪܫܐ ܠܫܠܝܚܐ . ܘܦܩܕܗ ܕܢܪܥܐ ܠܡܪܥܝܬܗ . ܘܢܐܠܦ ܠܗܘܢ ܢܡܘܣܐ ܠܡܛܪ ܕܟܝܘܬܐ ܠܬܪܥܝܬܐ . Elegit Dominus noster Simonem Petrum et constituit eum principem apostolorum, fundamentum Ecclesiæ sanctæ, et protectorem firmitatis ejus ✣ Constituit eum caput apostolorum et præcepit ei ut pasceret gregem suum eumque edoceret leges ad custodiendam sententiarum puritatem ✣ » Alia de Petri primatu in eodem codice et in aliis codicibus Ephræmo tribuuntur[1]. Quæ autem de institutione sacramenti Eucharistiæ in hoc sermone habentur infra explicabuntur.

5us Sermo de passione.

In sermone quinto S. Doctor incipit Christi passionem exponere. De Christi oratione et agonia in horto olivarum, de Judæ accessu et Christi apprehensione silet, ea autem explicat in *Evangelii concordantis expositione,* in qua sudorem sanguineum memorat[2].

[1] Gallice ea edidit P. Martin in Opusculo : *S. Pierre et S. Paul dans l'Eglise Syrienne monophysite*, p. 55, 70. Testimonia Syrorum de Romani pontificis primatu collecta inveniuntur apud Ebed-Jesu Khayyat, *Syri orientalis et Romanorum pontificum* primatus Romæ, 1870 ; Behnam Benni *The tradition of the Syriac Church of Antioch concerning the primacy of S. Peters*, London, 1871 ; *antiqua Ecclesiæ syro-chaldaicæ traditio circa Petri apostoli ejusque successorum Romanorum Pontificum divinum primatum,* auctore Josepho David chorepisco Mossulensi, Romæ 1870; P. Martin, *S. Pierre et S. Paul dans l'Eglise nestorienne*, Paris, Maisonneuve, 1875 ; *S. Pierre et le rationalisme devant les Eglises orientales*, par le même. Amiens. 1876

[2] Cfr. *Evang. concord. exposit.* p. 235. S. Doctor pluries mentionem ingerit sudoris sanguinei in horto olivarum : nempe in *Carmin. nisib.* 35, str. 18; et in *Opp. Syr.* II, 392 ; III, 604.

Agit igitur de prima Christi interrogatione, quam ab Hanan pontifice factam tenet, quod et opinatus est S. Augustinus [1]. Plerique autem interpretum cum Cyrillo Alexandrino docent Christum in domo pontificia a Caipha fuisse interrogatum, ubi Petrus Dominum suum ter abnegavit. Ephræmus autem quum sentiat primam Christi interrogationem apud Hanan locum habuisse, apud eum etiam ponit primam Petri abnegationem. Postquam igitur illam abnegationem exhorruit invehitur in alapam Salvatori a servo pontificis inflictam. De hac alapa agit etiam in hymno 5 de crucifixione.

6us Sermo de passione.

Sermo sextus sistit Jesum coram Pilato, a Judæis accusatum et a præside interrogatum. Barabbas præfertur Christo qui mox flagellatur. Cetera passionis acta, corona spinea, ecce homo, damnatio ad mortem, crucis bajulatio, crucifixio, tenebræ, sortes, verba Christi in cruce, ejus mors et descensus ad inferos quam eloquentissime describuntur. Iste sermo sua eloquentia, sublimitate, doctrina, inter præcipuas facundi vatis orationes jure computandus est. Totam expandit doctrinam catholicam de incarnatione et redemptione Quæ habet de duabus naturis, in una Christi persona unitis, confusione operiunt monophysitas et nestorianos. Vix aliquid clarius dici potest, ita ut exinde recte colligamus istos sermones a Jacobitis non fuisse adulteratos.

Duæ in Christo naturæ.

Audiantur hæc quæ habet de Christi flagellatione : « Pilatus mente destitutus jussit Jesum flagellari. Ne auditores offendatis ad sensum hujus vocis, quia Deus non flagellatur neque moritur. Neque enim spiritus attrectari potest, neque ignis [2] potest vinculis constringi absque corpore apprehensibili, neque anima videri aut morte communi mori nisi in corpore mortali, nec humanas pati passiones nisi in natura corporali. Sicut per corpus honoratur Christus, sic per illud opprobriis afficitur. Si corpus flagellatur, per naturam suam corporalem (ܦܓܪܢܘܬܗ per corporeitatem) ipse patitur. Corpus vitam non præstat et cadaver a flagellis nihil patitur. Pati nequit divinitas ; nec mori et rursus vivere potest Deus, qui sempiterna est vita et inscrutabilis. In assumpto autem corpore Christus, unicum Dei verbum, venit ad nativitatem et incrementum, formam visibilem et nutrimentum accepit (verbotenus : venit ad nativitatem, ad corpus, ad visum et ad nutrimentum), atque submissus fuit per generationem temporibus et numeris. In *divinitate et humanit* et *Eutychianos*. Pias tamen lecto-

[1] *De consensu Evang.* III, 6, n. 21.

[2] Christi divinitas ignis metaphora sæpius in hymnis de fide adversus scrutatores significatur.

tate quæ hypostatice, (ܒܩܢܘܡܐ *in hypostasi*), *unitæ fuerunt* (ܒܐܠܗܘܬܐ ܘܒܐܢܫܘܬܐ ܕܐܬܚܝܕܘ ܒܗܘܢ ܒܩܢܘܡܐ); *in humanitate qua usus est divinitus et humanitus* (ܐܠܗܐܝܬ ܐܢܫܐܝܬ divinitus-humanitus), *in dominatione et subjectione, in re et actione Filius Dei, qui homo factus est, unus ipse est absque divisione. Impassibilis quum sit Deus, ipse passibilis et impassibilis fuit.* » Quid clarius dici potest? Similia habet in hymno 6° de Nativitate [1] et in Sermone de Domino n° 33. Utitur quidem in his duobus locis verbis minus perspicuis ܚܠܛ et ܡܙܓ *miscuit*. At exinde nulla difficultas, quum contexta oratio sufficienter ostendat illa verba pro ܚܝܕ univit esse posita. Ait enim S. Doctor in *Sermone de Domino :* « Neque enim sola exstabat natura (ܟܝܢܐ) inferior, neque sola natura superna, *sed duæ sunt naturæ* (ܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ), *quarum una alteri immixta erat* (ܚܕ ܒܚܕ ܚܠܝܛܝܢ), una sublimis, altera humilis; propterea *duæ illæ naturæ exprimebant affectus suos* (ܚܫܝܗܘܢ ܡܚܘܝܢ ܗܘܘ) *ut per affectus duarum, homines duas eas cognoscerent, et non reputaretur unus ac simplex qui duo erat propter commixtionem, sed agnosceretur duo esse in commixtione qui unus erat propter essentiam* (ܐܘܣܝܐ). » Ita igitur mixtæ erant illæ naturæ ut unaquæque servaret suas proprietates; non erant igitur illæ naturæ confusæ sed unitæ. Norunt theologi voces græcas μίξιν et κρᾶσιν et latinas *mixtionem et commixtionem* ab antiquis Patribus interdum de unione hypostatica usurpatas fuisse, antequam Eutyches et monophysitæ hisce vocibus ad inducendam naturarum confusionem abuterentur. Ipse S. Leo magnus *Sermone III de Nativ.* dixit : « Nec sic natura in societatem sui creatoris est assumpta, ut ille habitator, et illa habitaculum esset : sed ita ut *naturæ alteri altera misceretur* [2]. « Pariter Syri verba ܚܠܛ et ܡܙܓ de coadunatione naturarum in Christo usurparunt. Idcirco S. Ephræmus in hymno 6° de Nativitate conjunxit voces ܚܠܛ et ܡܙܓ : « ܡܫܒܚ ܚܟܝܡܐ ܕܚܒܩ ܚܠܛ ܐܠܗܘܬܐ ܥܡ ܐܢܫܘܬܐ . ܚܕ ܡܢ ܪܘܡܐ ܘܚܕ ܡܢ ܥܘܡܩܐ . ܟܝܢܐ ܡܙܓ ܐܝܟ ܣܡܡܢܐ . ܘܗܘܐ ܦܪܨܘܦܐ ܐܠܗܐ ܒܪܢܫܐ . Laudabilis sapiens copulavit miscuitque divinitatem cum humanitate : Unam de summis, alteram de imis, Naturas, velut pharmaca miscuit, Et factus est persona Deus-homo. » Ad quæ J. S. Assemanus hæc habet : « Hunc hymnum citat Philoxenus Hierapolitanus in *Epist. ad monachos Senunenses,* et Joannes Maro in *Tract. adv. Nestorianos*

[1] *Opp. syr.-lat.* II, 419; J. S. Assemanus, *Bibl. or.* I, 80.

[2] Cfr. Petavius, *De theol. dogm.* lib. III, c. 2. § 8-15.

ris aures fortasse offendit verbum illud ܚܠܛ et ܡܙܓ, hoc est, *miscuit,* quod ab Ephræmo de naturis divina et humana dicitur, quasi Eutychianam sapiat hæresim. Verum hoc longe abest a mente S. Doctoris, uti ex progressu laudati hymni apparet. Præterea idem Ephræmus aliis in locis mistionem confusionemque naturarum expresse rejicit, ut infra ostendemus ex hymno ejusdem de *Annuntiatione Beatæ Mariæ Virginis.* » Hoc quidem infra non ostendit clarissimus vir; sed pergit : « Notandum est igitur verbum ܚܠܛ, et ܡܙܓ, quibus S. Doctor frequenter utitur, generatim de qualibet conjunctione a Syris usurpari. Audi Philoxenum in *Tract. de Verbi Incarnat.* cod. nitr. 25, f. 22 : « Dicitur autem *commixtus et conjunctus* (ܐܬܡܙܓ ܘܐܬܚܠܛ), prout loquuntur Doctores qui syriaco sermone claruerunt, *non quidem commixtione vulgari, quæ confusionem infert* (ܠܐ ܡܘܙܓܐ ܕܚܒܠܐ ܘܚܘܠܛܢܐ ܕܡܚܒܠܐ) *neque conjunctione, quæ corruptionem inducit* (ܫܘܚܠܦܐ ܕܒܟܝܢ ܡܚܠܠܐ); sed commixtus est admirabili et nova quadam ratione prout Deum decet. » Sed clarius, pergit Assemanus, et magis ad rem nostram in *Epistola ad monachos Senu-nenses* in Mesopotamia, cod. nitr. 27, f. 89 a tergo, adducit Philoxenus ipsissima hæc Ephræmi verba quæ fol. 91 sic interpretatur : « Item quum ait (Ephræmus) *miscuit naturas tamquam pharmacum,* id pro *univit* (ܚܝܕ) intellexit. Non enim existimavit Sanctus, eo modo naturas divinitatis et humanitatis *ad commixtionem* (ܠܘܬ ܡܘܙܓܐ) venisse, quo aqua et vinum, quæ naturarum suarum veritatem per commixtionem amittere solent, diversumque saporem acquirere. Absit ut ita de Verbo ejusque corpore aut Sanctus ille, aut alii eidem æquales, aut nos ipsorum discipuli sentiamus, et dicamus eas instar aquæ et vini permixtas fuisse. Sed quia haud solet lingua nostra syriaca accuratis de divina incarnatione et incomprehensibili unione vocabulis uti, quemadmodum græci recte usurpant, ideo pro *natura unita,* quod vocabulum Syris ignotum erat, scripsit beatus Ephraem, *commixta* et pro *Verbum incarnatum Deusque homo factus,* quod in symbolo nicæno legitur, et a græcis Patribus frequenter usurpatur, dixit *factus est persona Deus Homo ,* quum dicere debuisset, *ipsemet Deus est et homo* (ܚܠܦ ܗܘ ܕܐܬܢܣܒ ܟܝܢܐ ܕܠܐ ܡܚܠ ܗܘܐ ܠܡܬܘܡܝܘܬܐ : ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܒܪܢܫܐ ܡܫܚܠܦ ܗܘܐ ܕܐܬܡܙܓ . ܘܫܘܚܠܦ ܗܘ ܡܛܠ ܕܐܬܒܥܝ ܘܐܠܗܐ ܕܐܬܒܪܝ ܘܒܡܛܠ ܐܦ ܒܡܫܝܚܐ ܕܗܘܡܘܝܘܬܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܘܡܬܐܡܪܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܒܪܢܫܐ ܘܐܦ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܚܪܢܐ ܕܟܠ ܡܢܐ ܐܡܪ ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܟܠ ܐܠܗܐ ܒܪܢܫ ܢܘܟܪܝܐ ܘܐܡܪ ܗܘ ܗܘ ܒܗ ܗܘ ܐܠܗܐ ܘܒܪܢܫܐ .) »

Hactenus Philoxenus monophysita, qui tamen errat quando scribit Syris ignotam fuisse locutionem « *natura unita* » (ܟܝܢܐ ܕܐܬܚܝܕ), nam S. Ephræmus supra dixit *duas naturas unitas esse in hypostasi* (ܐܬܚܝܕܘ ܒܩܢܘܡܐ) Observat J. S. Assemanus S. Doctorem verbo ܚܝܕ usum esse in Commentario in Isaiam. Stephanus Aldoensis, Maronitarum patriarcha [1], idem docet exponens verba quæ sacerdos apud Maronitas recitat, dum particulam corporis in calicem immittit, dicens : « Commiscuisti (ܚܠܛܬ) Domine, divinitatem tuam cum nostra humanitate, et humanitatem cum tua divinitate. » Addit Stephanus : « Hoc vocabulum dicitur de qualibet re quæ cum alia cunjungitur, vel communicat, vel unitur juxta illud *Is.* V, 8 *Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro admiscetis* (ܚܠܛܝܢ) [2]. »

7us Sermo Resurrectio.

Sermo septimus agit de Christi resurrectione. Describit S. Doctor Christi resurrectionem ejusque resuscitati corporis dotes, apparitionem Mariæ Magdalenæ, iter Petri et Joannis ad sepulchrum, apparitionem discipulis in ipsa resurrectionis die.

8us Sermo Apparitio Thomæ.

Sermo octavus, ceteris brevior, totus est in exponenda Christi apparitione apostolo Thomæ facta, octava post resurrectionem die.

Hymni azymorum ultima cœna.

Hymni azymorum. Hymnos azymorum seu de sacra cœna nobis suppeditarunt duo codices Musæi Britannici antiquissimi; nempe : cod. add. 14627, sæc. VI vel VII, qui continet hymnos 1-6; 13-21; cod. add. 14571, scriptus anno græcorum 830, Christi 519, qui solummodo hymnos 1-2 habet. Citantur hymni azymorum in duabus Catenis sæc. VIII quas præbent codd. add. 12155 et 14532. Ex subscriptione, quæ ad finem hymnorum in codice 14627 legitur, constat Ephræmum 21 hymnos de sacra Cœna scripsisse, hymni 7-12 deficiunt.

In his hymnis agit Syrorum vates de mysteriis ultimæ Cœnæ. Hymnus primus veluti introductio est agens de Christi sacrificio; hymnus secundus docet Judæorum sacerdotes victimas obtulisse irrationales, omni sanctificandi virtute destitutas, Christum vero factum esse in Eucharistia sibi ipsi sacerdotem et victimam. Hymnis tertio, quarto et quinto egregia instituitur comparatio inter agnum paschalem et agnum veritatis. Hymno sexto docetur Christum agnum paschalem cum suis discipulis comedisse, azyma Judæorum abolevisse, et instituisse Eucharistiam. Hymnus decimus tertius alludit ad varias passionis circum-

[1] *Exposit. Missæ Syror. candelabro* 10, *cap.* 6.

[2] Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 80-83.

stantias. Hymno decimo quarto docet Ephræmus, exemplo peccatricis Christum ungentis et Joannis in sinu ejus recumbentis, sanctitatem a Christo diligi. Hymni decimus quintus et decimus sextus extollunt Christi victimæ nostræ salvatorisque nostri potentiam. Hymni sequentes de Eucharistia ejusque figuris agunt omnesque hortantur ad agendas gratias Filio qui azyma populi Israel abolevit et dedit nobis corpus suum. In hisce hymnis Syrorum vates eamdem pandit doctrinam ac in sermonibus de passione, ita ut concludere possimus eumdem esse hymnorum et sermonum auctorem.

Hymni de crucifixione.

Hymni de crucifixione e duobus codicibus, unde desumpsimus hymnos azymorum, exscripti sunt. Citatur hymnus septimus in cod. 12155, sæc. VIII. Præter hos octo hymnos, S. Ephræmum alios de crucifixione composuisse colligitur ex cod. 14571, in quo duæ strophæ alterius hymni servantur. In primo hymno exprobrat poeta Sioni suam perfidiam, qua, postquam sponso suo magna cum exultatione occurrit, ejus beneficiorum immemor, eum necavit. Hymnus secundus ostendit agnum paschalem typum fuisse agni veri; hymni vero tertius et quartus beatos prædicant cœnaculum, Golgotha et sepulchrum, propter mysteria ibi peracta. Hymno quinto et sexto agit de alapa Christo inflicta, de purpureo velo, quod ab altari abstulerunt ut illud Christi humeris imponerent, de flagellatione, de defectu solis et de tenebris in morte Salvatoris offusis. Hymnus septimus agit de tribus diebus, quæ a morte Christi ad ejus resurrectionem computantur. « O momentum breve inquit, valore annos excedens! In eo quippe Dominus gloriæ Patri spiritum suum tradidit. In eo tenebræ factæ sunt, in eo lux illuxit, in eo terra mota est, in eo petræ scissæ sunt, in eo omnia gesta sunt. » Denique hymno octavo poeta invitat mensem Nisan, Moysen, solem qui defecit, quatuor mundi partes, ut coronam singuli nectant crucifixo. In hisce hymnis, sicut in illis azymorum, multæ occurrunt sententiæ, metaphoræ, allusiones Ephræmo propriæ, quæ pariter in *Sermonibus de passione* occurrunt.

De Eucharistia.

Doctrina S. Ephræmi de Eucharistia. Sæpius in suis scriptis Syrorum Doctor agit de Eucharistia. Et primo quidem docet in hoc sacramento sub speciebus panis et vini contineri vere, realiter ac substantialiter corpus et sanguinem Christi. Hanc realem Christi in Eucharistia præsentiam pluries in suis scriptis jam editis inculcat, nullibi autem tam diserte quam in *Sermone quarto de passione*: « Accepit, inquit, Jesus in manibus suis merum in initio panem et

benedixit, signavit ac sanctificavit[1] eum in nomine Patris et in nomine Spiritus sancti et fregit atque distribuit discipulis suis minutatim in sua bonitate propitia; *panem vocavit corpus suum vivum et seipso atque Spiritu replevit illum;* extendens autem manum dedit eis panem quem dextra sua sanctificaverat : « *Accipite, manducate omnes* ex hoc quod sanctificavit verbum meum. Quod nunc vobis dedi *ne panem existimetis,* accipite, manducate illud, nec conteratis micas ejus; *quod vocavi corpus meum hoc revera est.* Minima ejus mica millia millium sanctificare valet et sufficit ut vitam præbeat omnibus qui manducant eam. Accipite, manducate in fide nihil hæsitantes *quia hoc est corpus meum et qui manducat illud in fide ignem et Spiritum in illo manducat.* »

Ignis et Spiritus locutio est apud Ephræmum sæpe obvia, quam ille desumpsit ex Matth. III, 11, ubi Joannes Baptista de Christo dicit : *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto et igne.* In illo loco ignis designat efficaciam gratiæ quam dat Spiritus sanctus. Vult igitur S. Doctor hic significare abundantiam gratiarum quam recipienti Eucharistia præbet : qui manducat corpus Christi ignem et Spiritum seu ignem Spiritus sancti, id est efficacissimam ejus gratiam in illo manducat et recipit. Eadem locutio adhibetur ab Ephræmo *De Epiph. hymn.* V, 4; VI, 7; VIII, 6. In sermone *De iis qui naturam Filii Dei scrutantur* ait : « Omnem excedit mentem quod nobis fecit Unigenitus Filius Christus salvator noster. *Ignem quippe et Spiritum manducandum atque bibendum præstitit nobis carne vestitis, corpus videlicet suum ac sanguinem.*[2] » *Et Adv. Scrutatores* Serm. X ait : « Cerno ignem et Spiritum in sinu Matris quæ te peperit, ignem et spiritum cerno in fluvio qui suis te lavit aquis, ignem item et spiritum in regeneratione nostra : *in pane et poculo. Panis tuus immanem illum Heluonem occidit, qui suum nos fecerat panem : calix tuus mortem destruxit, quam video nostrum vorasse genus. Etiam te Domine, manducamus et bibimus, non ut tu deficias sed ut nos reficias*[3]. » Pergit S. Doctor in *sermone* IV affirmare præsentiam realem et transsubstantiationem. « Qui illum panem despicit, aut spernit vel contumelia afficit, *pro certo habeat quod contumelia afficit Filium, qui panem vocavit et realiter effecit corpus suum.* Sumite ex eo, comedite omnes et in eo

[1] Id est consecravit. Idem cum S. Ephræmo docet S. Thomas, *Summa theol.* 3 part. q. 78, a. 1. Vide infra notam ad p. 415.

[2] *Opp. græco-lat.* III, 424. Cfr. *Sermo* II, supra ad finem.

[3] *Opp. Syr.-lat.* III, 23-24.

****

comedite Spiritum sanctum; *est enim vere corpus meum.* » Recitando consecrationem calicis idem affirmat. « Postquam, inquit, manducaverunt discipuli panem novum et sanctum *et fide intellexerunt se per eum manducavisse Christi corpus,* continuavit Christus explicare et tradere totum sacramentum. » Addit adhuc : « Jussit eos bibere Christus et *explicavit sanguinem suum esse quem bibebant.* »

Idem realis præsentiæ dogma continuo asseritur in *Hymnis de azymis.* Sic in hymno 6° : « Inter agnum et agnum steterunt discipuli Manducaverunt agnum paschalem et agnum verum. » In hymno 19 : « Surrexit agnus veritatis et fregit corpus suum discipulis mundis, qui manducaverant agnum paschalem. Pascha mactavit et manducavit, deinde fregit corpus suum; umbram abolevit et dedit veritatem.... Qui accipit eum in oblatione nostra accipit pharmacum vitæ. » In hymno autem 47 *Adversus hæreses* [1] dogmate realis præsentiæ redarguit Bardesanem qui corpus Christi phantasticum inducebat : « Si Dominus corpus phantasticum induit, phantasma frangere deberent, et si figuram sanguinis exhibuit, vini umbram in calicem immittant; si autem panem verum frangunt, ipsum vere et non phantastice tangunt, ut verum et non phantasticum corpus tetigit peccatrix quæ ad Dominum accessit. » In *sermone* 1 *in hebdomadam sanctam :* « Pro illa manna quam manducavit ancilla æmulatrix, *dedit Dominus Ecclesiæ corpus suum et suum sanguinem calicem salutis, ut eum manducantes et bibentes filii Ecclesiæ vitam haberent.* »

Confirmatur eadem doctrina ex nomine quo Eucharistia a S. Doctore « Carbo » appellatur : *Carbo* (ܓܡܘܪܬܐ) qui admotus sanctificavit labia Isaiæ, *ego sum qui nunc per panem ad vos admotus vos sanctificavi ;* forceps quem vidit propheta ex altare carbonem sumentem me in magno sacramento figurabat. Prophetia eventum præcessit; me intuebatur Isaias sicut me nunc videtis dexteram extendentem et oribus vestris admoventem panem vivum. Forceps dextra mea est; locum teneo Seraphim; *carbo corpus meum est ;* vos omnes Isaias estis; altare hæc mensa est, templum cœnaculum, Dominus ego. Ecce prophetia adimpleta. Olim Isaias de Spiritu meo accepit et de me locutus est. » Visionem Isaiæ eodem modo explicat *In Commentario ad Is.* VI : « Carbo Emmanuelem significat, qui, dum corpori nostro unitus fuit, in eodem corpore tanquam

[1] *Opp. Syr.-lat.* II, 542, sqq.

forcipe apprehensus est. Forceps autem, quum labia prophetæ tetigisset, eumdem ab iniquitate et immunditia purgavit. » In hymno 16 *De azymis* Ephræmus Christum appellat « ܓܡܘܪܬܐ ܕܢܘܪܐ carbonem ignis. » In *sermone de Domino* p. 256 : « Sanctus quippe carbo occultavit se sub indumento carnis. » Visionem Isaiæ explicans Jacobus Sarugensis « Carbonem » de corpore Christi in Eucharistia interpretatur. Hinc usus apud Syros ut particulæ consecratæ *Carbones* ܓܡܘܪ̈ܬܐ appellentur[1].

Particulas consecratas fideles olim manu accipiebant, non ore ut hodie fit. Usum tamen, quo Eucharistia in ore accipitur, apud Syros jam tempore Ephræmi invaluisse ex verbis mox citatis colligi posse videtur, siquidem, juxta diaconum Edessenum, Christus particulas consecratas Apostolis in os porrexerit : « Sicut me, inquit, nunc videtis dexteram extendentem et *oribus vestris admoventem panem vivum.* » Adhuc sæculo VII Jacobus, Edessæ episcopus, hoc permittit infirmis : « Ægrotus qui communicat, si velit, *ore suo illam* (particulam consecratam) *recipiat,* et, si malit, manu sua illam sumat, et ponat in ore suo, et si is non possit, ille qui defert, manu sua illam apprehendat eumque participem faciat. » Joannes Barabgarus pro Nestorianis sæculo IX præcipiebat : « Ne particulam manu ori inferat, sed ore capiat quia cœlestis est cibus[2]. »

Kohlius confutatur.

Hæc utique abunde demonstrant Ephræmi fidem de præsentia reali ; attamen, sæculo elapso, Joannes Kohlius, in Academia Petropolitana professor, editis slavonice duobus sermonibus de *sacra cœna* Ephræmi nomine inscriptis, contendit S. Ephræmum cum Lutheranis sentire panem in Eucharistia cum Christi corpore componi, idque colligit præcipue ex subjecta prioris sermonis periocha : « Corporibus carentes Seraphim ardentibus carbonibus Isaiam sanctificabant. Ignis vero non unam habet naturam, sed duplicem ; ligno enim constat et flamma : non aliter sacer panis non ex una panea natura constat, sed et ex divina ; corpus enim, quod unius naturæ est cum divina, non una natura gaudet sed duplici. » Unde concludit a S. Ephræmo explosam fuisse catholicæ Ecclesiæ de substantiali elementorum transmutatione doctrinam. At non advertit Kohlius se ex contexta oratione prorsus confutari quum Ephræmus dicat : « Ne reputes quem hic panem, quodque vinum vides, eadem hæc existere : minime, frater,

[1] Vid. infra p. 419, not. Auctor *Quæst. ad Orthod.* 44, et S. Joan. Damasc. *De fide Orth.* IV, 13 Eucharistiam carbonem appellant.

[2] Cfr. Mea Dissertatio *De Syrorum fide in Re eucharistica.* Lovan. 1839, p. 187.

nolito hoc credere. Precibus sacerdotis sanctique Spiritus adventu panis fit corpus, vinum fit sanguis. » Et adhuc : « Cum voluerit supra omnia venerandus Deus Verbum homo nasci, quomodo is, quæso, efficere non possit, ut panis ipsum corpus Christi, vinum sanguis ipsius sit? » Quod autem Kohlium magis adhuc confutat illud est, quod verba ab ipso allata non Ephræmi sed S. Joannis Damasceni sunt. Leguntur enim in opere de *Fide orthodoxa* lib. IV, c. 14. Sed versio slavica verba pervertit. Ex duobus porro slavonicis sermonibus neuter Ephræmum auctorem habet, ut invicte demonstravit P. Benedictus [1].

Nec objiciat quis ea quæ leguntur in sermone græco *De iis qui Filii Dei naturam scrutantur* : « Attende quomodo panem benedixit, ac fregit, *in figuram immaculati sui corporis* [2]. Nam figura ibi notat sacramentum, species sacramentales, et non tollit realitatem, ut patet ex iis quæ S. Doctor subjicit : « Esto fidelis et innocens. *Participa immaculatum corpus et sanguinem Domini tui fide plenissima, certus, quod agnum ipsum integre comedas* [3]. »

Panis azymus a Christo adhibitus.

Panem et vinum esse Eucharistiæ materiam Ephræmus multoties asseruit. Sed quæritur an juxta S. Doctorem Christus in azymis vel in fermentato pane consecraverit? Huic quæstioni respondemus : Christum, juxta S. Ephræmum, pascha legale Judæorum die 14ᵃ mensis Nisan ad vesperam quæ vergit in diem 15ᵐ cum azymis celebrasse et, post celebratum pascha illud, sacramentum Eucharistiæ instituisse adeoque panem azymum adhibuisse. Etenim in *sermone* II, infra p. 371, dicit : « Quum advenisset dies azymorum, pascha legalis populi, eo ipso advenit dies, in quo Dominus sacramentum consummaturus daturus erat Ecclesiæ corpus suum mox in sacrificium offerendum, in quo etiam mixturus erat calicem sanguinis sui pro nobis effundendi. » Deinde narrat Petrum et Joannem missos a Salvatore ut pararent pascha quo pascha Ægypti aboleretur. « Vespere facto, inquit, discubuerunt omnes, Dominus noster et duodecim ejus apostoli... *In prima paschatis vespera, qua numerari incipiebant* septem dies paschales, Jesus recumbebat in cœnaculo cum duodecim discipulis suis. In hujus paschatis vespera cœnaculum Ecclesia fuit; mensa sacrum altare; sacerdotes apostoli; accumbentium caput ipse Jesus oblatio et offerens, discipuli ejus comestores. Hi sacrificium mira-

[1] Vid. *Antirrheticon adv. Joan. Kohlium* ordinarie tomo II. Opp. Syr. conjunctum.
[2] *Opp. græc.-lat.* III, 423.
[3] Cfr. Gerardus Vossius, *Ephræmi opp.* t. III, p. 184.

bantur, viso novo paschate; nunquam simile quid comederant. » In *Sermone* IV, n. 7 ait : « Jussit Dominus ut luna decima quarta Nisan synagoga immolaret agnum et quotannis azyma conficeret; in vespera hujus paschatis imposuit Ecclesiæ suæ legem ut memoriam faceret agni Filii Dei nostri, qui antequam pro nobis occideretur corpus et sanguinem suum dedit. In illa vespera, in qua azymis utebantur Judæi, Ecclesiam constituit hæredem sanguinis sui. » In *Hymno Azymor*. XIX : « Pascha mactavit (Christus) et manducavit, deinde fregit corpus suum; umbram abolevit et dedit veritatem. In azymis azymum[1] manducavit. Verus noster panis azymus fuit corpus ejus. » In hymno III. *De crucif.* ait : « *Decima quarta occisus fuit agnus paschatis inter vesperas, ut scriptum est. Agnus veritatis... die decima quinta occisus,* diei lucem cum noctis luce conjunxit. Beata es, o vespera ultima, quia vespera Ægypti in te completa fuit : Dominus noster in te manducavit pascha parvum et factus est sibimetipsi pascha magnum, pascha in paschate, festum in festo insertum fuit. » Ex his testimoniis consequitur Jesum pridie quam pateretur pascha legale Judæorum cum azymis perfecisse, adeoque et Eucharistiam in pane azymo instituisse, quum omnis fermentatus panis fuerit tunc a domibus remotus. Hæc est conclusio quam S. Joannes Maro vel quisquis est auctor *Expositionis ministerii oblationis S. Jacobi* exinde deducit : « Si legale pascha Dominum celebrasse concedant, omni procul dubio fateantur necesse est, in azymis illud celebrasse; legale enim pascha sive anticipetur sive protrahatur, nonnisi in azymis perficitur, quemadmodum in *Numerorum* libro præscribitur. Perfecit igitur Dominus noster corporis sui mysterium in azymo, minime autem in fermentato[2]. » Scriptor Persa Aphraates, Ephræmo paulo antiquior, etiam docet Christum pascha cum discipulis comedisse in nocte diei decimæ quartæ, deinde Eucharistiam instituisse[3].

Sæculo V in urbe Edessa Eucharistia in pane azymo conficiebatur, quod Maronitæ et Armeni ab antiquo usque hodie observant. Hoc colligitur ex *Epistola* S. Rabulæ, episcopi Edesseni, ad Gama-

[1] « In azymis azymum manducavit. » Phrasis obscura; putaverim illius sensum esse : « In pane azymo manducavit azymum sui corporis, id est manducavit corpus suum purissimum, quod pani azymo comparatur quia fermento peccati nunquam fuerat infectum. Certe Dionysius Barsalibæus docet Ephræmum in hanc fuisse sententiam quod Christus in ultima cœna suum corpus manducavit. Vid. meam dissertationem *De Syrorum fide*, p. 39.

[2] S. Joan. Maro *Expos. minist. oblat.* C. XVI-XIX, app. al. Assemanum. *Cod. lithurg.* V.

[3] *Dissert. XIV de paschate* ap. Wright, *Aphraates homilies*, Lond. 1869.

linum, Perrhorum episcopum, in qua invehitur contra eos qui tam magnas hostias sumebant ut exinde famem sedarent : « Ea propter, inquit, buccellam, quam ipsi conficiebant diu fermentabant, et data opera condiebant, ut fieret eis in cibum potius quam in sacramentum corporis Christi, *quod in azymis manducatur*[1]. »

Objici quidem potest Eucharistiam ab Ephræmo *fermentum* appellari. *Serm.* II, n. 10 infra ait : « Hoc fermentato paschate abolitum est pascha azymum. » Et paulo infra : « Vobis manducandum offero *fermentum* abjicite azymum. » Sed mox seipsum explicat addens : « Pascha mundum deinceps comesturi estis, panem scilicet, *fermentum perfectum, quem depsit coxitque Spiritus sanctus.* » Antea n. 6, dixerat : « Pro istis azymis quæ cor gravant dabo vobis panem vivum, *Spiritu sancto per totum fermentatum.* Eucharistia igitur *fermentum* vocatur non quod ex pane fermentato conficiatur, sed propter aliam rationem, quia nempe Christus est *fermentum vitæ* latens sub specie panis Jesus quippe *fermentum vitæ* appellatur in scala 1[a] : « Lætetur Adam in Domino suo qui descendit, invisit eum et consolationem attulit omnibus posteris ejus ut non dubitarent de resurrectione, quia *fermentum vitæ* descendit ad eos[2]. » Jacobus Edessenus *Resol.* 9[3] reprehendit eos qui ex Eucharistia amuleta faciebant: « Non intelligentes mysteria hæc sancta escam tantum esse animarum illarum quæ signaculum Christi portant, *fermentumque* et arrham resurrectionis ex mortuis et vitæ æternæ. » Cyrillona, scriptor Ephræmo fere coævus, in suo *Sermone de cruce* non semel Christum *fermentum* appellat : « ܓܝܪ ܥܕܬܐ ܒܦܪܣܐ ܚܕܬܐ ܢܣܒܬ ܚܡܝܪܐ ܕܐܠܗܐ . ܡܪܝܡ ܗܘܬ ܐܝܟ ܦܪܣܐ . ܘܡܪܢ ܚܡܝܪܐ ܚܡܝܡܐ Ecclesia in velo novo accepit *fermentum Dei ;* Maria fuit velum, et Dominus *fermentum calidum*[4]. Denique episcopi Phœniciæ in *Epistola* ad Leonem imperatorem Christum et ipsi fermentum appellant[5].

Judas Eucharistiæ privatus.

Ultimo restat dicendum de singulari illa Ephræmi opinione, qua tenet Judam Eucharistiam a Christo non accepisse, sed panem in aqua intinctum et per hanc intinctionem sua consecratione destitu-

[1] Ap. Overbeck, *S. Ephræmi Syri, Balæi, Rabulæ aliorumque opera selecta.* Oxonii, 1865, p. 232. Hanc epistolam Paulo, Edessæ episcopo (an. 52.) tribuit Dionysius in *Chronico*, ap. Asseman. *Bibl. Or.* I. 409.

[2] In cod. Paris. Cfr *Evang. Concord.* p. 123 ; Bickell, *Carm. Nisib.* 35, stroph. 8.

[3] Vid. meam Dissert. *De Syrorum fide* p. 108-109.

[4] In *Zeitschrift des Deut. Morgenl. Gesellschaft*, 1873, p. 569, 570.

[5] Ap. Martene, *De antiq. Eccl. rit.* I, III, a. 7, n. 15.

tum. « Quum, Jesus panem undecim absque discrimine distribueret, inquit S. Doctor, accessit Judas ut acciperet sicut acceperant socii ejus qui accesserant, sed Jesus intinxit panem in aquam, eum consecratione destituit, et hac ratione buccellam Judæ distinxit. Exinde Apostolis notum fuit Judam esse qui Jesum traditurus erat. Intinxit igitur panem Jesus ut consecratio auferretur et dedit Judæ. Judas non manducavit panem consecratum neque ex calice vitæ bibit. Ex intincto pane cognovit se vita dignum non fuisse habitum, idcirco ira abreptus separavit se, nec bibit e calice sanguinis Jesu, sed ivit ad crucifixores. » Ita S. Doctor *Serm.* IV, n. 6. Eamdem sententiam memorat *Hymn. azymor.* XIV, 13-18 ; XVIII, 16-17 ; *Evang. concord. exposit.* p. 222.

Patres Græci et Latini, ut SS. Hieronymus, Augustinus, Leo, Cyrillus Jerosolymitanus, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, communiter tenent Judam institutioni Eucharistiæ interfuisse et corpus ac sanguinem Salvatoris ex ipsius manibus accepisse. Non desunt tamen Patres et interpretes qui velint Judam sacramenti vivifici non fuisse participem. Ita sentiunt, ut dixi in nota p. 423, S. Hilarius in *Matth.* 30, 2 ; Victor capuanus in *Harmon. evang.* ap. Migne; *Patrol. lat.* 68, col. 340 ; Rupertus in *Joan.* VI, 51 ; Innocentius III, *De sacro altar. myst.* IV, 13; *Constit. apost.* V, 14. Apud Syros Aphraates *Dissert.* XII de Paschate[1] docet Judam Eucharistiæ non fuisse participem : « Salvator noster, inquit, comedit pascha cum discipulis suis in nocte decimæ quartæ diei et sacramentum veri paschatis tradidit eis. *Postquam exivit ab eis Judas,* accepit panem et benedixit ac dedit discipulis suis. » Diversas Syrorum de hac re sententias sic exponit Gregorius Barhebræus Jacobitarum maphrianus : « Dominus Ephræm et Dominus Jacobus dicunt quod Dominus participem effecit Judam panis consecrati, sed postquam panem benedictione privasset eum in aquis intingendo. Sanctus autem Severus et Joannes (Chrysost.) dicunt Christum ei præbuisse panem sanctum consecratione non destitutum. Sanctus Philoxenus dicit non præbuisse ei quia jamdiu invaserat eum Satanas et idcirco nos non præbere communionem energumenis. Denique David, Pauli filius, dicit Christum ei præbuisse particulam consecratam et non intinctam, at Judam ex defectu fidei eam ut me-

[1] Ap. Wright *The Homilies of Aphraates,* London, 1869, p. ܢܛ.

rum panem comedisse[1]. » Ephræmi opinio, quantumvis singularis, in fidem catholicam non impingit, sed facit ad stabiliendam sermonum et hymnorum quos vulgamus authentiam.

[1] *Gregorii Abulfarag Bar Ebraya in Evang. Matt. scholia e recognitione* J. Spanuth. Gottingæ, 1879, p. 79, syriace.

MONITUM

IN HYMNOS S. EPHRÆMI DE EPIPHANIA.

Isti Hymni numero quindecim descripti sunt e duobus codicibus Musæi Britannici, excepto ultimo hymno, qui e breviario Maronitarum, ut suo loco dicetur, editus est. Prior codex (*add. manusc.* 14,506), ad sæculum IX vel X pertinens, continet hymnos 2-4, 6-10, 15 inde a fol. 166, b ad 183, b. Textus noster hunc codicem sequitur pro hymnis enumeatis, si quando ab eo discedimus, in nota indicatur. Hunc codicem designavimus littera A. In eodem volumine fol. 115-118 alia manu, ut videtur sæculi IX, descripti leguntur hymni 2-4, 8-10. Variæ inde lectiones appositæ sunt sub littera C.

Alter codex, quem littera D designavimus, est add. man. 14,512, ad sæculum X referendus. Is Ephræmo adscribit eosdem hymnos ac codex A, sed insuper alios quinque addit. Illius ordinem secuti sumus in disponendis hymnis, et textum exscripsimus pro hymnis in cod. A omissis. Pro aliis vero hymnis ejus varias lectiones littera D designavimus.

Littera B designatur codex add. manusc. 14,520 sæc. VIII. Is codex Ephræmo adscribit hymnos sexdecim de Epiphania qui leguntur fol. 28-36. Observandum porro est eosdem quidem hymnos in hoc codice Ephræmo adscribi quos duo præcedentes codices ei adscribunt. At, pro more in codicibus liturgicis obvio, plures identidem strophæ, vel etiam hymni integri omittuntur. Alius etiam ordo est. Imo inter hymnos Epiphaniæ recensentur hymni quos editio romana operum S. Ephræmi inter hymnos de Nativitate inserit.

Codex E (*add. manusc.* 12,146), cod. F (*add. manusc.* 17,141), cod. G (*add. manusc.* 14,501), cod. H (*add. manusc.* 14,512) nonnullos ex his hymnos strophasque disjunctas referunt inscripto Ephræmi nomine. Quia vero isti codices, usu detriti, difficilius legi poterant, et tempus non suppetebat nonnisi unam alteramve lectionem ex iis apposuimus. Littera M designavimus *Breviarium* continens *Officia Sanctorum juxta ritum Ecclesiæ Maronitarum,* Romæ 1656. Ex eo desumpsimus varias lectiones ad hymnum 2m et textum Cantici *Sugita* dicti de Maria et Magis. Istud canticum Ephræmo adscribit codex A supra descriptus. Invenitur absque nomine auctoris in aliis codicibus liturgicis et reponitur post hym-

nos Nativitatis vel ante hymnos Epiphaniæ.

Littera R. designavimus editionem Operum S. Ephræmi Romæ datam an. 1732-1746, ex qua varias lectiones desumpsimus ad hymnum secundum et ad nonnullas strophas hymni primi. Scilicet in ista editione t. II, 432-436, Syr. lat. ultimo loco inter hymnos Nativitatis habetur hymnus, quem codices nostri ad Epiphaniam, et recte quidem ut ex argumento patet, referunt. Scatet autem textus romanus interpolationibus, quod nostri codices et mensura versuum demonstrant.

Omnes isti codices in usum liturgicum confecti fuerunt. Illud autem generatim pro codicibus liturgicis monendum est in illis scilicet raro omnes S. Ephræmi hymnos de unoquoque festo referri, sed nunc plures nunc pauciores et quidem mutato interdum ordine; sæpe etiam integras strophas resecari, strophas vero servatas magna plerumque diligentia exscriptas esse, interpunctionem vero multum variari et puncta in vetustioribus codicibus sæpius evanuisse ita ut dici nequeat an punctum fuerit appositum necne. Idcirco defectum interpunctionis unius codicis ex altero supplevimus, nunquam ex propria auctoritate.

Quum hymni non ad partem officii essentialem sed integralem tantum pertineant, mirum non est strophas plures vel pauciores sæpe desiderari. Ne officia nimium protraherentur, ii qui officia ordinabant hymnos vel strophas pro libitu omittebant.

Observabit diligens lector hos hymnos continuo in baptismum Christi et fidelium dirigi. Hoc exinde provenit quod in Ecclesia Syrorum tunc temporis baptismus in die Epiphaniæ solemniter conferebatur. Qui usus apud Nestorianos adhuc perseverat. Præterea festum Epiphaniæ præsertim in memoriam manifestationis Christi in die baptismi sui, ut dictum est in præfatione, institutum erat.

Tanti fecit Ecclesia Syrorum hos S. Ephræmi hymnos ut hymni 3us 4us et 13us recitentur in ordinibus baptismi qui S. Jacobo Apostolo, Jacobo Sarugensi et Jacobo Edesseno adscribuntur, ut videre est apud Al. Assemanum in *Codice liturgico* t. I-III, et apud Denzinger, *Ritus Orientalium* I, 266, sqq.

ܬܘܒ ܡܕܖ̈ܫܐ ܕܝܠܗ ܥܠ ܕܡܫܝܚܐ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ [a] ܀

HYMNI S. EPHRAEM SYRI

IN FESTUM EPIPHANIÆ.

I.

ܕܗܢܘ ܝܪܚܐ ܀ ܥܢܝܢܐ :

ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܢܚܟ ܡܢ ܡܪܥܝܬܟ

ܫܡܝܐ ܚܕܬ ܕܣܓܕܘ ܣܟܠܐ ܠܟܠܗ ܢܗܝܖ̈ܐ .
ܚܕܬܗ ܠܐܪܥܐ ܕܒܠܬ ܒܐܕܡ .
ܒܪܝܬܐ ܚܕܬܐ ܗܘܬ ܒܗ ܪܘܩܗ .
ܘܐܚܝܕ ܟܠ ܐܩܝܡ ܦܓܖ̈ܐ ܥܡ ܖ̈ܥܝܢܐ ܀

ܐܬܟܢܫܘ ܥܢܐ ܘܐܬܕܟܘ ܕܠܐ ܥܡܠܐ .
ܠܐ ܣܢܝܩ ܗܪܟܐ ܐܠܝܫܥ
ܕܫܒܥ ܙܒ̈ܢܝܢ ܒܢܗܪܐ ܢܥܡܕ .
ܠܐ ܬܘܒ ܟܗܢ̈ܐ ܕܠܐܘ ܒܙܠܚܐ ܢܬܡܫܡܫܘܢ ܀

ܫܒܥ ܕܐܠܝܫܥ ܕܟܝܘܬܐ ܕܫܒܥܐ ܪ̈ܘܚܝܢ .
ܘܙܘܦܐ ܘܕܡܐ ܐܪܙܐ ܗܘ ܪܒܐ .
ܠܐ ܐܝܬ ܐܬܪܐ ܠܫܘܒܩܢܐ
ܠܐ ܡܬܦܪܫ ܡܢ ܡܪܐ ܟܠ ܒܪ ܡܪܐ ܟܠ ܀

I.

Tono : Hic est mensis :

Responsorium : In die manifestationis tuæ tibi laus a grege tuo.

1. Cœlum renovavit Dominus quia insipientes cœlestia lumina adoraverant ; terram renovavit quæ in Adamo marcuerat. Sputo ejus nova creatura facta est. Omnipotens corpora mentesque erexit.

2. Congregamini oves et mundamini absque labore. Hic nec Elisæo necessariæ sunt septem immersiones in flumine [1], nec sacerdotibus opus est ut aspergendo defatigentur [2].

3. Septem Elisæi purificationes figura sunt septem spirituum per baptismum expellendorum. Hyssopus autem et sanguis symbolum sunt magnum [3]. Non datur locus dimissioni, separari nequit ab omnium Domino filius ejus.

[1] Alludit ad factum Elisæi qui jussit Naaman Syrum septies lavari in Jordane ut a lepra mundaretur IV. *Reg.* V, 10-14.

[2] Sacerdotes ad leprosos mundandos eos septies aspergebant *Lev.* XIV, 7.

[3] Docet S. Doctor *Comment. in Lev.* XIV passerem qui ad mundandum leprosum mactabatur figurasse Christum et effusum passeris sanguinem incarnationem adumbrasse.

[a] Titulus et hymnus 1us ex cod. D collatis codd. E, F, G, R. Codices E et G eumdem hymnum primo loco ponunt, sed nonnullas tantum strophas habent. Pro ܥܢܝܢܐ codex B ubique habet ܥܢܝܬܐ. Responsorium ad normam hymni ܗܢܘ ܝܪ̈ܚܐ *hic est mensis*, quo indicatur hymni tonus stropharumque mensura. Hymnus ܗܢܘ ܝܪ̈ܚܐ reperitur inter ܡܕܖ̈ܫܐ S. Ephræmi de *Nativitate Domini*, sub. n. 4. Cfr. S. Ephræmi *Opp. Syr-lat.* II, 413. In hoc hymno, seu ut habet editio Romana, in hoc sermone quarto de Nativitate immixtæ sunt nonnullæ strophæ desumptæ ex nostro hymno de Epiphania, quod indicatur infra. Unaquæque stropha quatuor continet versus : primus et quartus duodecim habent syllabas, secundus et tertius octo. Porro versus duodecim syllabarum tres habent partes vocibus distinctas quarum partium unaquæque quatuor habet syllabas. Similiter versus octo syllabarum in duas sectiones quatuor syllabarum distinguuntur.

ܚܠܝ ܡܘܫܐ ܡܝ̈ܐ ܒܡܪܘܬܐ ܕܡܪ̈ܝܪܝܢ ܗܘܘ܂
ܕܪܓܙ ܥܡܐ ܘܐܬܪܥܡ ܗܘܐ܂
ܛܘܦܣ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ܂
ܕܡܪܗ ܚܝ̈ܐ ܥܒܕ ܚܠܝܐ ܡܢ ܡܪ̈ܝܪܐ܀
ܚܦܐ ܠܗܝܢ ܘܟܒܐ ܚܘܡܐ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ܂
ܛܘܦܣܐ ܗܘ̣ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ܂
ܕܡܓܢܐ ܥܠܝܟܘܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ܂
ܡܟܒܐ ܠܗ̇ ܠܫܠܗܒܝܬܐ ܡܢ ܦܓܪ̈ܝܟܘܢ܀
ܝܡܐ ܥܒܪ ܗܘܐ ܥܡܐ ܘܨܪ ܗܘܐ ܛܘܦܣܐ܂
ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܒܗ̇ ܡܣܬܚܝܬܘܢ܂
ܥܡܐ ܥܒܪ ܒܗ ܘܠܐ ܗܝܡܢ ܗܘܐ܂
ܥܡ̈ܡܐ ܥܡܕܘ ܒܗ̇ ܘܗܝܡܢܘ ܘܢܣܒܘ . ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ܀

ܫܕܪ ܡܠܬܐ ܩܠܐ ܕܢܟܪܙ ܩܕܡ ܡܐܬܝܬܗ܂
ܕܢܛܝܒ ܠܗ ܐܘܪܚܐ ܕܐܬܐ܂
ܘܢܡܟܪ ܟܠܬܐ ܠܗ ܕܐܬܐ ܗܘ܂
ܕܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ܕܢܐܬܐ ܢܣܒܝܗ̇ ܡܢ ܓܘ ܡܝ̈ܐ܀
ܐܥܝܪܗ ܩܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܠܒܪ ܥܩܪܬܐ܂
ܘܢܦܩ ܦܪܐ ܒܡܕܒܪܐ ܘܡܟܪܙ
ܕܗܐ ܐܬܐ ܠܗ ܒܪ ܡܠܟܘܬܐ
ܛܝܒܘ ܐܘܪܚܐ ܕܢܥܘܠ ܢܫܪܐ . ܒܡܫܟ̈ܢܝܟܘܢ܀
ܩܪܐ ܝܘܚܢܢ ܕܒܬܪܝ ܐܬܐ ܩܕܡܝ ܗܘ ܗܘܐ܂
ܩܠܐ ܐܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܠܬܐ܂
ܫܪܓܐ ܐܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ܂
ܟܘܟܒܐ ܕܕܢܚ ܩܕܡ ܫܡܫܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ܀
ܒܡܕܒܪܐ ܩܪܐ ܗܘܐ ܗܘ ܝܘܚܢܢ ܟܕ ܐܡܪ ܗܘܐ܂
ܕܬܘܒܘ ܚܛܝ̈ܐ ܡܢ ܒܝܫܬܟܘܢ܂
ܘܥܒܕܘ ܦܐܪ̈ܐ ܕܬܝܒܘܬܐ܂
ܕܗܐ ܐܬܐ ܠܗ . ܡܦܪܫ ܚ̈ܛܐ ܡܢ ܙܝܙܢܐ܀

4. Cum murmuraret irasceretur-que populus, Moyses dulces reddidit amaras Maræ aquas [1], figura baptismi quo vitæ Dominus homines ex acerbis dulces efficit.

5. Nubes castra obtegens æstum ab eis arcebat, typus Spiritus sancti super vos in baptismo illabentis, æternamque flammam a corporibus vestris arcentis.

6. Transiit tunc populus mare, figuram delineans baptismi quo abluimini. Populus Israël per mare transiit et incredulus fuit; populi gentium in baptismo immersi crediderunt et Spiritum sanctum acceperunt.

7. Misit Verbum præconem qui adventum suum prædicaret, complanaret viam ipsi venienti sponsamque ei desponderet paratam quam veniens ex aquis assumeret.

8. Incitavit vox prophetica filium sterilis [2], qui mox exivit per desertum vagans et prædicans : « Ecce venit filius regni, parate viam ut ingrediatur tabernacula vestra ibique commoretur. »

9. Proclamavit Joannes [3] : « *Qui post me venit ante me erat;* » vox sum non Verbum, lucerna non Lux, stella oriens ante Solem justitiæ.

10. In deserto jam clamaverat Joannes dicens [4] : « *Resipiscite peccatores a malis vestris et producite fructus pœnitentiæ. Ecce venit qui separabit triticum a zizania.* »

[1] Exod. XV, 27.
[2] Elisabeth scilicet quæ sterilis erat.
[3] *Joan.* I, 15, 23.
[4] *Matth.* III, 2, 8, 12.

ܙܟܐ ܢܘܗܪܐ . ܘܪܫܡ ܐܪܙܐ ܒܕܪ̈ܓܐ ܕܣܠܩ .
ܬܪܥܣܪ: ܝܘܡܝܢ ܗܐ ܡܢ ܕܣܠܩ .
ܘܗܐ ܕܝܘܡܢ ܕܬܠܬܥܣܪ:
ܐܪܙܐ ܫܠܡܐ ܕܒܪܗ [a] ܕܒܪܐ ܘܬܪܥܣܪ̈ܬܗ [b] ◊

ܙܟܐ ܚܫܘܟܐ ܕܢܬܚܘܐ ܗܘܐ ܕܐܙܕܟܝ ܣܛܢܐ .
ܘܙܟܐ ܢܘܗܪܐ ܕܢܟܪܙ ܗܘܐ .
ܕܢܨܚ ܒܘܟܪܐ . ܙܟܐ ܠܗ ܚܫܘܟܐ .
ܥܡ ܚܫܘܟܐ . ܘܙܟܐ ܢܘܗܪܢ ܥܡ ܢܘܗܪܐ ◊

ܒܪ̈ܘܡܐ ܘܥܘܡܩܐ ܬܪܝܢ ܟܪ̈ܘܙܐ ܗܘܘ ܠܗ ܠܒܪܐ .
ܟܘܟܒܐ ܢܘܗܪܐ ܢܒܥ ܡܢ ܠܥܠ .
ܐܦ ܝܘܚܢܢ ܐܟܪܙ ܡܢ ܠܬܚܬ [c] .
ܬܪܝܢ ܟܪ̈ܘܙܐ [d] . ܐܦ ܐܪܥܢܐ ܘܫܡܝܢܐ ◊

ܟܘܟܒܐ ܢܘܗܪܐ ܕܠܐ [e] ܟܝܢܗ ܐܢܗܪ ܡܢ ܫܠܝ .
ܙܥܘܪ ܡܢ ܫܡܫܐ ܘܪܒ ܡܢ ܫܡܫܐ .
ܙܥܘܪ ܗܘܐ ܡܢܗ ܒܢܘܗܪܗ ܓܠܝܐ .
ܘܪܒ ܗܘ ܡܢܗ ܒܚܝܠܐ ܟܣܝܐ ܕܐܪܙܗ ◊

ܟܘܟܒܐ ܢܘܗܪܐ [f] ܛܪܦ ܠܝܬܒܝܗܘܢ ܒܗ ܒܚܫܘܟܐ .
ܘܕܒܪ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܠܣܡܝܐ .
ܘܐܬܘ ܐܦܓܥܘ [g] ܢܘܗܪܐ ܪܒܐ .
ܩܪܒܘ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܘܢܣܒܘ ܚܝ̈ܐ ܘܣܓܕܘ ܘܐܙܠܘ [h] ◊

[i] ܗܘ ܣܗܕܐ ܪܡܐ ܚܘܝܗ [k] ܕܡܢ ܪܒܘܬܐ ܗܘ .
ܐܦ ܠܬܚܬܝܐ ܚܘܝ ܦܓܪܗ .
ܕܡܢ ܐܢܫܘܬܐ ܗܘ . ܠܬܪܘܬܐ ܐܬܐ .

11. Vicit[1] sol et quibus ascendit gradibus signavit mysterium. Duodecim ecce dies ex quo ascendit[2] et hodiernus tertius decimus est, symbolum perfectum Filii et duodecim ejus apostoli.

12. Devictæ sunt tenebræ ut indicaretur devictum esse Satanam, et vicit sol ut proclamaret Primogenitum triumphasse. Devictæ sunt tenebræ cum Spiritu tenebrarum, et vicit lux nostra cum lucis auctore.

13. Ex alto et profundo duo præcones Filio dati sunt, unus cœlestis, terrestris alter. Stella lucida de cœlo eum nuntiavit et Joannes in terra prædicavit.

14. Stella lucida præter naturæ ordinem illico effulsit, sole minor et sole major; sole minor externa sua luce, sole major secreta latentis mysterii significatione.

15. Stella lucida sedentes in tenebris suo perculit fulgore eosque tanquam cæcos direxit ut obviam irent Luci magnæ. Qui, oblatis muneribus acceptaque vita adoraverunt et abierunt.

16. Testis supernus demonstravit illum a suprema Majestate subsistentiam suam habere, testis terrestris corpus ex homine assum-

[1] Strophæ 11-19, alio tamen ordine, habentur in *sermone quarto de Nativitate. Opp. syr. II*, 415, sqq. Sed pertinent ad festum Epiphaniæ, ut ex dicendis patebit.

[2] Allusio ad solstitium hiemis. Quousque noctes crescunt, diei aliquam partem surripiunt et ita sol quodammodo a tenebris vinci videtur. Post solstitium autem sol uno gradu prolongans diem et abbrevians noctem illius tenebras vincere incipit. Porro dies, juxta vulgi opinionem, incipiunt crescere, a die Nativitatis Domini, a qua usque ad festum Epiphaniæ tredecim intercedunt dies.

[a] Ita E, R. II, 415 contra D qui habet ܕܬܪܥܣܪܬܐ — [b] R. ܕܠܒܪܗ — [c] R. ܠܬܚܬ — [d] R ܟܪ̈ܘܙܐ — [e] R. ܕܠܐ — [f] R. ܕܢܘܗܪܐ — [g] ܦܓܥܘ — [h] ܘܣܓܕܘ — [i] Ista stropha et tres sequentes desunt in D, desumptæ sunt ex R. II, 216 in fine, collato cod. F. — [k] F. ܚܘܝܘܗ

ܕܠܐܠܗܘܬܗ ܐܦ ܐܢܫܘܬܗ ܒܗܘܢ ܐܬܟܪܙܬ[a] ܀

ptum esse ostendit. O mira res! qua ejus divinitas ejusque humanitas simul prædicabantur.

ܕܐܝܟ ܕܢܡܢܝܘܗܝ ܥܡ ܐܪܥܢܐ. ܟܘܟܒܐ ܢܘܗܪܐ
ܡܫܡܥ ܗܘܐ ܠܗ ܕܫܡܝܢܐ ܗܘ.
ܘܐܝܟ ܕܢܡܢܝܘܗܝ ܐܝܟ ܪܘܚܢܐ.
ܗܘ ܝܘܚܢܢ ܡܫܡܥ ܗܘܐ ܠܗ ܕܐܦ ܦܓܪܢܐ ܗܘ ܀

17. Ut qui illum terrestribus annumeraret stella lucida certior fieret cœlestis ejus originis et qui illum mere spiritualem reputaret a Joanne persuaderetur eum esse corporeum.

ܩܪܒ ܝܘܚܢܢ ܥܡ ܐܒܗܘܗܝ[b] ܘܣܓܕ ܠܒܪܐ
ܘܫܪܐ[c] ܗܘܐ ܥܠ ܦܪܨܘܦܗ.
ܠܐ ܐܬܬܙܝܥ ܐܝܟ ܕܒܟܪܣܐ.
ܠܗܘܐ ܕܨ ܕܐܝܠܝ ܩܕܝܡ ܣܓܕ ܠܗ ܕܐܙ ܀

18. Accessit Joannes cum parentibus suis Filiumque adoravit cujus personam insolitus splendor collustrabat[1]; attamen commotus non fuit ut in ventre matris. O mira res! Nunc adorat qui antea exultavit.

ܗܘܬ ܠܗ ܦܘܡܐ ܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܘܩܥܬ ܟܠܗܘܢ.
ܡܓܘܫܐ ܥܡ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ.
ܥܩܪܬܐ ܩܥܝ ܥܡ ܝܠܘܕܝܗܝܢ.
ܟܘܟܒ ܢܘܗܪܐ ܗܐ ܩܥܐ ܒܐܐܪ ܕܗܐ[d] ܒܪ ܡܠܟܐ ܀
ܫܡܝܐ ܡܬܦܬܚܝܢ ܡܝܐ ܪܬܚܝܢ ܝܘܢܐ ܡܬܚܙܝܐ.
ܩܠܗ ܕܐܒܐ ܕܥܒ ܡܢ ܪܥܡܐ.
ܕܐܟܪܙ ܘܐܡܪ ܕܗܢܘ ܚܒܝܒܝ.
ܥܝܪܐ ܡܣܒܪܝܢ ܛܠܝܐ ܡܫܒܚܝܢ ܒܐܘܫܥܢܝܗܘܢ ܀

19. Clamant uno ore universæ creaturæ; clamant Magi cum muneribus suis; clamant matres steriles cum infantibus suis, clamat stella lucida in aere: « Ecce Filius Regis. »

20. Cœli panduntur; aquæ fervent; columba apparet; vox patris tonitrui fortior ingeminat: « *Hic est dilectus meus;* » angeli nuntiant; pueri jubilant sua cantantes hosanna.

II.

ܐܚܪܢܐ ܕܒܪ ܩܠܗ[e]. ܥܘܢܝܬܐ ܀ ܠܟ[f] ܫܘܒܚܐ
ܕܒܗܢܐ ܥܐܕܐ ܐܚܕܝܬ ܟܠ ܟܠ ܀

Ejusdem toni. Responsorium: Tibi gloria! qui in hoc festo omnes lætificas.

ܒܥܕܢ ܡܠܟܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ. ܒܫܢܬܐ ܕܐܬܝܠܕ

1. Imperante rege quem appel-

[1] Lucem magnam, φως μεγα, apparuisse in Jordane dum Christus baptizaretur testis est S. Justinus *Dial. cum Triph.* 88. In Evangelio Ebionitarum scriptum erat: « Cum ascendisset Jesus de aqua, aperti sunt cœli.... statimque eo in loco *lux ingens* effulsit. » (Epiph. *Hær.* XXX, 13). S. Ephræmus in suo in Evangelium *Commentario* p. 43 etiam docet lumen super aquas in baptismo exortum. Ad illud lumen alludere nobis videtur in his quæ habet *de stella lucida*, quamvis simul attenderit ad stellam magorum.

[a] F. ܐܬܟܪܙ — [b] F. om. ܥܡ ܐܒܗܘܗܝ — [c] R. ܗܘܐ — [d] R. ܗܐ — [e] Ex cod. D. cod. A. hic incipit ܡܕܪܫܐ de Epiphania cum hoc titulo; ܬܘܒ ܡܕܪܫܐ ܕܕܢܚܐ ܥܐܕܐ ܕܝܠܕܐ ܘܕܕܢܚܐ ܀ ܒܥܘܢܝܬܐ ܀ ܠܟ ܡܪܝ — [f] D. R. cum A. C autem habet ܒܪܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܗ

ܕܢܚ ܗܘܐ ܡܪܢ ܒܗ ܒܝܗܘܕ .
ܘܐܬܡܠܟܘ ܐܟܚܕ ܨܡܚܐ ܘܕܢܚܐ .
ܡܠܟܐ ܒܐܪܥܐ ܘܒܪܐ ܒܪܘܡܐ ܒܪܝܟ[a] ܡܠܟܘܬܗ ❖

ܒܝܘܡܝ ܡܠܟܐ ܕܟܬܒ ܐܢܫܐ . ܒܟܬܒܐ ܦܢܩܐ .
ܢܚܬ ܦܪܘܩܢ ܘܟܬܒ[b] ܐܢܫܐ
ܒܟܬܒ ܚܝܐ . ܟܬܒ ܐܦ ܐܬܟܬܒ
ܒܪܘܡܐ ܟܬܒܢ ܒܐܪܥܐ ܐܬܟܬܒ ܫܘܒܚܐ ܠܫܡܗ ❖

ܐܬܝܠܕ[c] ܒܝܘܡܝ ܡܠܟܐ . ܕܫܡܗ ܨܡܚܐ .
ܛܠܠܐ ܘܫܪܪܐ ܦܓܥܘ ܒܚܕܕܐ .
ܡܠܟܐ ܘܡܠܟܐ . ܨܡܚܐ ܘܕܢܚܐ .
ܕܐܬܗ[d] ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܨܠܝܒܐ . ܒܪܝܟ ܕܛܥܢܗ ❖

ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܟܘܢ[e] ܒܐܪܥܐ ܡܣܟܢܐܝܬ
ܩܠܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܒܟܠ ܦܢܝܢ .
ܢܓܕܘܠ[f] ܐܚܝ ܟܠܝܠܐ ܡܪܢ .
ܠܫܢܝ ܬܠܬܝܢ ܟܠܝܠܝ ܬܠܬܝܢ . ܒܪܝܟ ܡܢܝܢܗ[g] ❖

ܒܫܢܬܐ ܚܕܬܐ ܘܡܠܝܐ ܛܒܬܐ[h] ܘܡܠܝܐ ܛܘܒܐ .
ܢܫܒܚܘܢ ܥܡܢ ܟܪܘܒܐ ܕܛܥܢܝܢ ܠܗ .
ܠܒܪܐ ܒܟܘܪܣܝܐ ܫܒܩ ܠܫܘܒܚܗ .

lavere Semham Dominus noster ortus est in Judæa. Simul regnarunt Semha[1] (Augustus) et Denha (Oriens seu Christus), rex in terra, Filius in cœlo. Cujus benedictum sit regnum!

2. In diebus regis qui descripsit homines in libro census, descendit de cœlo Dominus ut homines describeret in libro vitæ. Descripsit et descriptus fuit; descripsit nos in cœlo et descriptus fuit in terra. Gloria nomini ejus!

3. Natus est in diebus regis Semhæ appellati. Umbra et veritas sibi occurrerunt, rex cum rege, Semha cum Denha, cujus vexillum crucem portabat. Benedictus qui crucem portavit!

4. Per annos triginta moratus est in terris pauper et egens. Hymnos laudis per omnes pangamus modos, nectemus, fratres, coronas annis Domini, tricenis annis tricenas coronas. Benedictus numerus ejus!

5. Ecce annus novus bonis repletus isque felicissimus; nobiscum collaudent Cherubim, qui Filium in throno gloriæ gestant. Reliquit

[1] ܨܡܚܐ, *Semha* et ܕܢܚܐ *Denha* nomina sunt allegorica. Semha (a ܨܡܚ, splenduit) *splendor* lucis bene quadrat in significationem nominis Augusti. Denha vero (a ܕܢܚ *ortus est, apparuit*) egregie designat Christum, qui in Scriptura *Oriens* appellatur. ܕܶܢܚܳܐ proprie significat *ortum* peculialiter solis. Porro apud Zachariam prophetam III, 8; VI, 12 Messias vocatur צֶמַח *Semah* splendor solis. Versio Syriaca hoc nomen reddit ܕܶܢܚܳܐ *Denha*, ortus solis, Vulg. et Septuaginta *Oriens*. Ad hunc locum alludit Zacharias pater Joannis Baptistæ apud *Luc.* I, 78 ubi Christum appellat ܕܢܚܐ ܕܡܢ ܪܘܡܐ *Oriens ex alto*. Exinde Ephræmus ܕܢܚܐ *Denha* appellat Christum. Per extensionem, Christi ἐπιφάνεια seu manifestatio syriace ܕܢܚܐ audit; unde ܥܐܕܐ ܕܕܢܚܐ festum Epiphaniæ seu manifestationis Christi est.

[a] M. ܒܪܝܟ ܫܘܠܛܢܗ — [b] M. om. ܘܟܬܒ . ܚܝܐ. — [c] R. ܒܝܘܡܝ ܡܠܟܐ ܡܪܝ ܡܬܩܪܐ . B. C. D cum A. — [d] R. ܕܗܘܐ ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܒܟܠܙܒܢ ܢܫ ܡܫܡܫܐ ❖ — [e] R. ܘܟܢ — [f] M. ܢܙܡܪ — [g] R. ܡܢܝܢܗ — [h] B. R. ܐܝܟ, M. ܐܝܟ ܕܢܚܐ

ܘܠܐܝ[a] ܘܐܫܟܚ ܐܡܪܐ[b] ܕܐܒܕ. ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ✣

ܒܫܢܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܣܪ̈ܦܐ ܢܫܒܚܘܢ ܢܬܢܘܢ ܥܡܢ
ܕܩܕܫܘ ܠܒܪܐ. ܘܚܙܘ ܘܐܚܙܘܗܝ
ܟܕ ܡܨܛܥܪ ܒܝܬ ܥܘ̈ܠܐ.
ܣܒܪ ܚܣܕܐ ܘܐܠܦ ܫܘܒܚܐ ܠܗ ܠܫܘܒܚܗ[c] ✣

ܒܫܢܬܐ ܕܬܠܬ ܕܒܝܬ ܡܝܟܐܝܠ ܢܬܢܘܢ ܥܡܢ
ܕܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܠܒܪܐ ܒܪܘܡܐ.
ܚܙܐܘܗܝ ܒܐܪܥܐ ܕܡܫܡܫ ܗܘܐ.
ܐܫܝܓ ܪ̈ܓܠܐ ܡܕܟܐ[d] ܢܦ̈ܫܬܐ. ܒܪܝܟ ܡܘܟܟܗ ✣

ܒܫܢܬܐ ܕܐܪܒܥ ܢܘܕܐ[e] ܥܡܢ ܫܡܝܐ[f] ܟܠܗ.
ܕܬܡܗܘ ܗܘ ܠܒܪܐ ܐܠܝܨܐ ܕܚܙܐ.
ܣܡܝܟ[g] ܒܒܝܬܗ ܕܙܟܝ ܡܟܝܟܐ.
ܗܘܐ ܡܠܐ ܒܝܬܐ. ܘܡܠܐ ܫܡܝܐ. ܠܗ[h] ܬܫܒܘܚܬܐ ✣

ܒܫܢܬܐ ܕܚܡܫ ܫܡܫܐ ܕܗܢܐ ܕܡܫܚܢ ܠܐܪܥܐ ܒܚܘܡܗ[i]
ܢܘܕܐ ܠܫܡܫܢ ܕܐܟܢܫ ܬܚܘܡܗ
ܘܐܪܦܝ[k] ܚܘܡܗ. ܕܢܫܟܚ ܠܡܚܙܝܘܗܝ.
ܚܝܢܐ ܕܟܝܐ[l] ܕܢܦܫܐ ܕܟܝܬܐ[m] ܒܪܝܟ ܙܠܝܩܗ[n] ✣

ܒܫܢܬܐ ܕܫܬ ܢܘܕܐ[o] ܥܡܢ ܐܐܪ ܟܠܗ
ܕܒܪܘܝܚܘܬܗ ܡܛܝܐ ܠܟܠ.
ܚܙܐ[p] ܡܪܗ ܪܒ ܕܗܘܐ.
ܥܘܠܐ ܙܥܘܪܐ ܒܟܪܣܐ ܙܥܘܪܬܐ. ܒܪܝܟ ܪܒܘܬܗ ✣

ille gloriæ sedem, laboravit, perditam ovem invenit. Ipsi laus !

6. Adest annus secundus, laudes nobiscum iterent Seraphim qui Filium ter sanctum proclamant. Viderunt eum opprobriis opertum inter sceleratos. Tulit ipse probra et docuit nos gloriam suam. Ipsi gloria !

7. Annum tertium nobiscum celebrent Michaelis agmina. Quæ Filio in cœlo ministrabant viderunt ipsum in terra ministrantem, pedes lavantem, animas mundantem. Benedicta sit ejus humilitas !

8. Annum quartum celebrent nobiscum omnes cœli. Qui pro Filio angustiores sunt admiratione percellantur videntes eum in lecto vilissimi Zachæi recumbentem. Replet lectum, replet cœlum. Ipsi laus !

9. Anno quinto sol iste, qui æstu suo terram urit, nobiscum celebret Solem nostrum quod eousque suam contraxit amplitudinem vehementiamque temperavit ut posset internus animæ puræ oculus eum aspicere. Benedictus sit lucis ejus radius !

10. Annum sextum nobiscum celebret universus iste aer qui sua immensitate et claritate omnia pervadit. Vidit quippe Dominum suum vere magnum fieri infantem parvum in utero angusto. Benedicta sit ejus majestas !

[a] M. R. ܘܠܐܝ — [b] B. M. R. ܐܡܪܐ ; D ܕܐܒܝܕ ܡܢܗ — [c] Cum B. C. M. R. — D autem habet : ܬܫܒܘܚܬܐ — [d] M. R ܡܕܟܐ — [e] R. ܢܘܕܐ — [f] M. ܫܡܝܐ — [g] R. ܣܡܝܟ ܒܒܝܬܗ ܕܙܟܝ ܡܟܝܟܐ — [h] D. ܡܢ ܐܚܪܢܐ ; M. R. ܠܗ ܐܚܪܢܐ — [i] M. R. ܒܚܘܡܗ — [k] M. ܘܐܪܦܝ — [l] R. ܕܟܝܐ — [m] M. R ܕܟܝܬܐ — [n] D. R. ܙܠܝܩܗ , M. ܙܠܝܩܘܗܝ — [o] M. ܢܘܕܐ — [p] ܚܙܐ ܡܪܗ

ܒܫܢܬܐ ܕܫܒܥ ܥܢ̈ܢܐ[a] ܘܪ̈ܘܚܐ ܢܚܕܘܢ ܥܡܢ
ܕܪ̈ܣܣܘ ܛܠܐ ܥܠ ܦ̈ܩܚܐ
ܚܙܘ ܕܝܢ ܠܒܪܐ ܕܫܒܩ ܐܝܩܪܗ[b]
ܘܩܒܠ ܨܥܪܐ ܘܪ̈ܘܩܐ ܛܢܦܐ. ܒܪܝܟ ܦܘܪܩܢܗ ܀

11. Anno septimo jubilent nobiscum nubes et venti. Dum enim perfundunt stillante rore flores, simul conspiciunt Filium, demissa sua majestate, opprobria fœdaque sputa recipientem. Benedictum sit redemptionis opus !

ܐܦ[c] ܒܫܢܬܐ ܬܡܢܐ ܗܝ ܕܐܪܥܐ ܒܫܢܬܐ ܠܡܫܒܚ
ܕܡܫܩܝܐ ܦܐܪ̈ܐ ܡܢ ܡܒܘ̈ܥܝܗ[d].
ܣܓܕܐ[e] ܕܝܢ ܠܒܪܐ ܒܥܘܒܐ
ܘܚܙܬ[f] ܕܝܢܩ ܚܠܒܐ ܕܝܢܩܐ ܒܪܝܟ ܨܒܝܢܗ ܀

12. Laudet annum octavum tellus, quæ dum suis fontibus irrigat fruges, simul adorat Filium in sinu matris contemplaturque purissimum infantem lac virgineum sugentem. Benedicta sit ejus bona voluntas !

ܒܫܢܬܐ ܕܬܫܥ ܐܪܥܐ[g] ܠܡܫܒܚ ܕܗܝ[h] ܕܐܪ̈ܘܝܢ
ܒܥܘܒܗ ܪܛܝܒܐ ܟܕ ܗܘ ܡܦܩܐ
ܚܙܬ ܠܡܪܝܡ ܐܪܥܐ ܨܗܝܬܐ.
ܕܦܐܪ̈ܐ ܝܗܒܐ[i] ܝܡܐ ܗܘ ܪܒܐ. ܠܗ ܪܘܡܪܡܐ ܀

13. Annum nonum laudibus extollat terra. Ipsa quippe dum ex humefacta sinu stirpes profert, simul conspicit Mariam, agrum sitientem, qui nihilominus dat fructum in quo magnum continetur pelagus bonorum. Ipsi exaltatio !

ܒܪ ܩܠܗ[k]

Ejusdem toni.

ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܠܡܫܒܚܐ ܒܪ ܡܪܐ ܟܠ
ܘܠܟܠܐ ܡܚܐ

Responsorium : Gloria tibi ! qui filius es omnium Domini omnesque vivificas.

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪ ܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ܢܫܒܚ ܕܦܫܪ
ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܗ. ܚܙܐ ܕܥܘܠܐ ܡܪܗ
ܒܟ̈ܐܦܐ ܪܓܡܘ ܗܘܘ ܡܚܐ ܒܟ̈ܐܦܐ :
ܕܥܕܬܐ ܢܒܢܐ ܫܩܠ ܡܢ ܟܐܦܐ. ܒܪܝܟ ܒܢܝܢܗ ܀

14. Annum decimum glorificet mons Sinaï ad conspectum Domini sui liquefactus. Vidit sceleratos lapidibus Dominum appetere ; at ille lapides sustulit ut Ecclesiam ædificaret super Petram[1]. Benedictum sit ejus ædificium !

[1] ܟܐܦܐ syriace Petram et Petrum significat.

[a] Cum D. M. R. — A. C. habent ܚܕ̈ܝܢ. — [b] Cum D. R. — A. C. ܢܥܒܘܗ. — [c] A. C. D. M. omm. ܐܦ ; sed requiritur ad mensuram versus. — [d] D ܡܒܘܥܐ — [e] B. R. ܣܓܕܬ — [f] B. R. ܘܚܙܬ — [g] D. ܒܪܝܬܐ — [h] Cum A. B. C. D. M. — R habet [illegible] Peccat contra mensuram versus. — [i] R. addit . ܡܠܐ ܕܛܘܒܐ ܐܦ ܕܡܘܪܝܐ. — [k] Ita, C. D. et B. In A. hic et infra ܩܘܡܐ ܩܠܗ . Editio romana omnia responsoria omittit. B. habet ܠܟ ܠܡܫܒܚܐ ܒܪ ܡܪܝܐ ; C. [illegible] ; M. om. responsorium hic et infra.

ܒܫܢܬܐ ܕܚܕܥܣܪ: ܘܫܒܚ ܝܡܐ ܪܒܐ ܠܒܪܐ
ܠܡܫܘܚܬܗ ܕܝܡܐ . ܗܘ ܕܐܬܚܦܢܗ .
ܘܬܗܪ ܕܚܙܝܗ ܕܢܚܬ ܘܥܡܕ
ܒܡܝܐ ܙܥܘܪܐ ܡܢܩܐ[a] ܟܝܢܐ . ܒܪܝܟ ܢܨܚܢܗ ܀

15. Ad annum undecimum laudet mare magnum Filium qui pugillo suo freta metit e cœlo demissum, mireturque videns exiguis aquis immersum qui omnes abluit creaturas. Insigni huic facto plaudite !

ܒܫܢܬܐ ܕܬܪܬܥܣܪ: ܘܬܫܒܚ ܢܘܕܐ ܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ .
ܕܚܙܐ ܠܛܠܝܐ[b] ܕܝܬܒ ܒܝܢܬ ܣܒܐ
ܟܗܢܐ ܫܬܩܘ . ܦܥܐ ܐܡܪܐ[c]
ܕܦܨܚܐ ܒܥܐܕܐ[d] ܐܡܪ ܥܐܕܐ . ܒܪܝܟ ܚܢܢܗ ܀

16. Ad annum duodecimum laudibus resonet templum sanctum videns puerum sedentem inter senes. Conticuere sacerdotes, balante in solemnitate paschæ agno paschali. Misericordiæ ejus laus sit et benedictio !

ܒܫܢܬܐ ܕܬܠܬܥܣܪ: ܘܢܫܒܚܘܢ ܥܡܢ ܬܐܓܐ[e]
ܠܡܠܟܐ ܕܒܙܟܘܬܗ ܐܟܠܝܠܐ .
ܕܟܘܒܐ ܠܒܫ . ܘܩܠܥ ܬܐܓܐ
ܬܐܓܐ[f] ܠܒܪ ܢܫܐ ܕܩܐܡ[g] . ܒܪܝܟ ܫܠܘܚܗ ܀

17. Ad annum decimum tertium collaudent nobiscum diademata regem qui in suo triumpho coronam spineam gestans præclaram nectit coronam homini ad dextram suam adstanti. Ejus missori laus !

ܒܫܢܬܐ ܕܐܪܒܥܣܪ: ܘܢܫܒܚ ܦܨܚܐ ܕܡܨܪܝܢ
ܠܦܨܚܐ ܕܫܪܪܐ ܕܦܨܚ ܥܠ ܟܠ[h]
ܘܥܠ ܦܪܥܘܢ ܠܐ ܛܒܥ ܒܡܝܐ .
ܠܐ ܦܪܫܐ ܠܓܝܘܢ[i] . ܒܪܝܟ ܦܘܪܥܢܗ[k] ܀

18. Ad annum decimum quartum laudet *Phase* Ægypti *Phase* verum qui super omnia transiliens ad nos venit. In aquas mersit non Pharaonem sed Legionem [1], et suffocavit non equites sed dæmones. Isti vindictæ laus et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܚܡܫܥܣܪ: ܢܫܒܚ ܐܡܪ ܥܢܐ .
ܕܠܐ ܐܝܟ ܡܘܫܐ ܩܛܠܗ ܡܪܢ
ܘܦܪܩ ܒܕܡܗ ܠܒܢܝܢܫܐ .
ܗܘ ܪܥܝܐ ܕܟܠ ܡܝܬ ܚܠܦ ܟܠ . ܒܪܝܟ ܝܠܘܕܗ[l] ܀

19. Annum decimum quintum laudet agnus gregis. Occidit eum Moyses, non sic Dominus. Ipse sanguine suo homines redemit. Omnium pastor pro omnibus mortuus est. Ejus genitori laus et benedictio !

ܒܫܢܬܐ ܕܫܬܥܣܪ: ܘܢܫܒܚ ܠܗܘܢ ܚܛܬܐ ܕܒܪܐ .
ܠܗܘ ܐܟܪܐ ܪܘܚܢܐ ܕܦܓܪܗ .
ܕܙܪܥ ܒܚܩܠܐ . ܕܠܐ ܥܠ ܚܩܠܐ .

20. Ad annum decimum sextum laudet granum frumenti spiritualem agricolam qui corpus suum agro sterili ut semen commisit.

[1] Diabolum hoc nomine designat, quia ita appellabantur dæmones qui a Christo expulsi ingressi sunt in porcos et in mare præcipites irruerunt. *Marc.* V, 9 sqq.

a B. ܡܢܩܐ — b D. ܠܛܠܝܐ — c R. ܐܡܪܐ — d R. ܒܥܐܕܗ — e R. ܬܐܓܐ — f R. ܬܐܓܐ — g B. ܕܩܐܡ M. om. — h M. ܟܠܗ . — i Ita R. — A. C. ܠܓܝܘܢ — k D. ܦܘܪܥܢܗ — l Cum B. D. M. R. — A ܝܠܘܕܗ .

ܗܘܝܬ ܡܚܕܐ ܠܚܡܐ ܚܕܬܐ . ܒܪܝܟ ܙܟܝܐ ܀

Corpus illud granum fuit, quod omnia prærumpens mox ortum est et panem novum præbuit. Innocenti laus et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܫܒܥܣܪ: ܢܫܒܚ ܠܡܪܢ ܓܦܬܐ ܠܓܦܬܐ [a]
ܫܪܪܐ ܕܩܘܫܬܐ . ܗܘܝ ܢܦܫܬܐ
ܐܝܟ ܫܒ̈ܫܬܐ . ܚܕ ܟܪܡܐ
ܘܐܚܪܢ ܟܪܡܐ ܕܝܠܕܐ [b] ܣܪܝܚܬܐ . ܒܪܝܟ ܥܩܘܪܗ ܀

21. Ad annum decimum septimum laudet vitis Dominum nostrum vitem veram. Animæ sunt velut ejus surculi. Unam animarum scilicet vineam coluit, alteram labruscas ferentem destruxit. Destructori laus sit et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܬܡܢܥܣܪ: ܘܐܦ ܕܠܝܫܐ ܢܫܒܚ [c] ܚܡܝܪ
ܠܚܡܝܪ ܩܘܫܬܐ . ܕܒܠܒܐ ܢܦܠ .
ܟܠ [d] ܐܪܝܡ ܘܥܒܕ ܐܢܘܢ
ܚܕ ܪܥܝܢܐ . ܒܚܕ ܝܘܠܦܢܐ . ܒܪܝܟ ܝܘܠܦܢܟ ܀

22. Ad annum decimum octavum laudet conspersio nostra Fermentum verum quod mentibus injectum eos attollit atque in una disciplina unam efficit mentem. Tuæ doctrinæ laus et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܬܫܥܣܪ ܘܠܦܓܪܟ ܢܫܒܚ ܡܠܚܐ ܠܟ ܝܠܘܕ [e]:
ܛܠܝܐ . ܒܪܝܟܐ . ܢܦܫܐ ܐܝܬܝܗ̇
ܡܠܚܗ ܕܦܓܪܐ . ܘܗܝܡܢܘܬܐ
ܡܠܚܗ ܕܢܦܫܐ . ܕܒܗ ܡܬܢܛܪܐ . ܒܪܝܟ ܢܛܘܪܗ ܀

23. Ad annum decimum nonum laudet sal corpus tuum, o infans benedictus! Anima sal est corporis, fides sal animæ quo illa conservatur. Servatori laus et benedictio!

ܥܠ ܩܠܗ [f]

Ejusdem toni.

ܫܘܒܚܐ ܠܡܕܢܚܟ ܐܠܗܝܐ ܐܦ ܐܢܫܝܐ

Responsorium: Gloria manifestationi tuæ divinæ et humanæ. [1].

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܢܗܘܐ ܥܡܢ ܥܘܬܪܐ ܕܙܒܢܐ .
ܘܐܪܦܝܘܗ ܫܒܩܘܗ ܓܒܪ̈ܐ ܓܡܝܪ̈ܐ .
ܡܛܠ ܘܝ . ܠܟܘܢ ܥܬܝܪ̈ܐ
ܠܡܣܟܢܘܬܐ ܡܛܠ ܛܘܒܘܗܝ . ܒܪܝܟ ܕܨܒܐ ܡܣܟܢܘ [g] ܀

24. Annum vigesimum nobiscum celebrent divitiæ temporales. Eas repudiarunt ac reliquerunt viri perfecti propter « *væ vobis divitibus* [2]; amplexi sunt autem paupertatem propter illud « Beati pauperes [3]. » Benedictus qui pauper esse voluit!

[1] ܕܢܚܐ *Denha* nomen est festi, Christi *Epiphaniam* seu manifestationem significans.

[2] *Luc*. VI, 24. — [3] *Luc*. VI, 20.

[a] D. ܒܪܝܟ . ܟܪܡܐ ܗܢܐ ܕܐܬܪ ܟܪܡܐ ܕܩܘܫܬܐ . ܘܫܒܩ ܢܦܫܬܐ : ܡܢܗ ܫܪ̈ܟܐ . ܘܡܢܗ ܕܐܪ̈ܥܢܐ . ܚܕ ܟܪܡܐ ܠܐܝܟܐ . ܒܪܝܟ ܥܩܘܪܗ — R. ܢܨܒ ܚܕ ܟܪܡܐ ܘܗ̈ܘܝ ܢܦܫܬܐ · ܐܝܟ ܫܒ̈ܫܬܐ . ܚܕ ܟܪܡܐ — [b] R ܕܝܠܕܐ — [c] R. inserit stropham ita ut quæ habet ad annum 19m et 20m nos ad an. 18m et 19m. Aliam autem ad annum 20m stropham habemus juxta codices A et D, quæ deest in R. Codices B et C deficiunt pro hac parte. — [d] R. ܟܠ ܗܘܢܐ — [e] R. ܠܚܟܝܡܐ ܚܝܐ ܕܒܗ ܐܬܕܟܝܘ ܡܠܚܐ ܕܒܠ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ — [f] Cum C, D. — A habet e contra ܩܠܐ ܡܫܝܚܐ — [g] Cum D. M. — A habet ܕܒܗ

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ ܢܗܘܘܢ ܡܝ̈ܐ[a] ܕܐܬܚܠܝܘ
ܒܪܐܙܗ ܕܒܪܐ . ܒܕܒܫܗ ܕܫܡܫܘܢ .
ܥܡ̈ܡܐ ܡܪܘ ܒܗ ܕܚܢܩ ܐܢܘܢ .
ܚܝܘ ܒܨܠܝܒܐ ܕܦܪܩ ܐܢܘܢ . ܒܪܝܟ ܒܣܝܡܘܬܗ[b] ܀

25. Annum vigesimum primum nobiscum celebrent aquæ in typum Filii dulces effectæ. Mortis amaritudinem in melle Samsonis gustarunt populi qui ab eo necati sunt; vitam autem habuerunt per crucem quæ eos salvavit. Suavi liberatori laus sit et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܢܗܘܘܢ ܙܝܢܐ ܘܣܝܦܐ .
ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܢܩܛܠܘܢܝܗܝ ܠܒܥܠܕܒܒܢ
ܐܢܬ ܗܘ[c] ܩܛܠܬܝܗܝ ܘܐܝܟ ܗܘ ܕܐܗܦܟܬ
ܠܐܕܢܐ ܕܐܬܦܣܩܬ ܒܣܝܦܗ ܕܫܡܥܘܢ . ܒܪܝܟ ܡܬܩܢܢܢ ܀

26. Annum vigesimum secundum celebrent arma et gladius. Hæc inimicum nostrum occidere non potuerunt; at tu eum occidisti sicut restituisti aurem gladio Simonis amputatam. Benedictus sis o salutis nostræ reparator!

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬ ܬܫܒܚ ܐܦ ܐܬܢܐ
ܕܝܗܒܬ ܥܝܠܐ ܕܥܠܘܗܝ ܢܪܟܒ[d] .
ܦܬܚ ܦܘܡܐ ܐܦ ܠܥܪ̈ܕܐ
ܟܕ ܒܢܝ̈ ܗܓܪ ܝܗܒܘ ܗܘܠܠܐ ܒܪܝܟ ܕܗܠܠܟ ܀

27. Annum vigesimum tertium celebret etiam asinus. Ipsa pullum dedit in quo sederet is qui ora aperuit onagris, quando Hagaræ proles laudem dedit. Benedictus qui laudat te!

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥ ܢܗܘܐ ܥܘܬܪܐ ܠܒܪܐ .
ܬܗܪܘ ܗܘܘ ܓܙ̈ܐ ܒܡܪܐ ܓܙ̈ܐ .
ܕܡܬܪܒܐ ܒܝܬ ܡܣܟ̈ܢܐ .
ܡܣܟܢ ܢܦܫܗ ܕܠܟܠ ܢܥܬܪ ܒܪܝܟ ܬܘܬܓܪܗ[e] ܀

28. Ad annum vigesimum quartum laudent opes Filium. Thesauri mirati sunt suum Dominum inter pauperes educatum. Egenus factus est ut omnes locupletaret. Tuo nobiscum commercio laus sit et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܢܗܘܐ ܐܝܣܚܩ ܠܒܪܐ .
ܕܫܘܙܒܗ[f] ܒܛܘܪܐ ܡܢ ܣܝܦܐ .
ܘܗܘܐ ܚܠܦܘܗܝ ܐܝܟ ܐܡܪܐ .
ܥܒܪ ܡܘܬܐ ܘܡܝܬ ܚܝܐ ܟܠ . ܒܪܝܟ ܩܘܪܒܢܗ ܀

29. Ad annum vigesimum quintum laudet Isaac Filium, qui in monte immunem eum servavit a gladio et tanquam agnus pro eo occisus fuit. Mortem evasit mortalis, et mortem subiit qui vitam impertit. Ejus oblationi laus sit et benedictio!

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܫܬ ܢܗܘܐ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ

30. Ad annum vigesimum sex-

[a] R. ܕܒܪܐ ܚܠܝܘ ܡܪܝܪܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܒܕܒܫܗ ܕܫܡܫܘܢ . ܛܥܡܘ ܥܡ̈ܡܐ ܕܠܐ ܚܢܩ ܐܢܘܢ . ܚܝܘ ܒܨܠܝܒܐ ܕܦܪܩ ܐܢܘܢ ܒܪܝܟ ܚܠܝܘܬܗ — [b] D. M. R. ܒܣܝܡܘܬܗ — [c] A. M. om, ܗܘ — [d] R. add. ܕܦܬܚ ܦܘܡܐ ܕܥܪ̈ܕܐ ܘܗܘܘ ܫܒܚܝܢ ܠܗ ܘܥܘܠܡܐ ܡܢ — [e] R. ܬܘܬܓܪܗ — [f] R. ܕܫܘܙܒܗ ܒܛܘܪܐ ܡܢ ܣܝܦܐ ܘܗܘܐ ܚܠܦܘܗܝ

ܕܢܚܠ ܘܥܪܩ ܡܢ ܩܛܘܠܐ .
ܢܘܕܐ ܠܒܪܐ ܕܗܘܐ[a] ܒܪ̈ܓܠܘܗܝ .
ܥܠ ܠܗ ܠܫܝܘܠ . ܒܙܗ ܘܢܦܩ . ܒܪܝܟ ܢܘܚܡܗ ܀

ܒܫܢܬܐ[b] ܕܫܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܢܫܒܚܘܢ ܡܡܠ̈ܠܐ ܡܟܝ̈ܢܐ
ܢܘܕܘܢ ܠܒܪܐ ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܗ
ܡܨܥܝܐ ܠܕܝ̈ܢܐ ܕܢܙܟܐ ܕܝܢܢ .
ܫܬܩܗ ܒܗ ܕܝܢܐ ܘܙܟܐ ܕܝܢܢ . ܠܗ ܩܘܠܣܐ ܀

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥ ܢܘܕܘܢ ܟܠ ܕܝ̈ܢܐ[c]
ܕܒܟܐܢܘܬܐ ܩܛܠܘ ܐܝܟ ܥܘ̈ܠܐ .
ܢܘܕܘܢ ܠܒܪܐ ܕܡܝܬ ܚܠܦ ܒܝ̈ܫܐ .
ܛܒܐ ܐܝܟ ܟܐܢܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܝܬ ܗܘ . ܒܪܝܟܝܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܐ . ܢܘܕܘܢ ܠܒܪܐ
ܟܠ ܓܢܒܪ̈ܐ ܕܠܐ ܦܨܘܢ ܗܘܘ
ܡܢ ܛܘܪ̈ܢܐ . ܚܕ ܗܘ ܣܓܝܕܐ.
ܕܗܘܐ ܠܡܚܘܬܐ ܘܐܚܕ ܦܨܢ . ܒܪܝܟ ܦܪܘܩܗ ܀

ܒܫܢܬܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥ ܢܥܕܐ ܠܡܢ ܐܝܘܒ
ܕܣܓܝ̈ܐܐ ܚܫ̈ܐ ܣܒܠ ܠܢܦܫܗ .
ܘܣܓܝܐܐ ܡܪܢ ܣܝܒܠ .
ܪܘܩܐ ܘܡܢܓܕ̈ܐ ܟܘ̈ܒܐ ܘܙܩ̈ܦܐ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܚܢܢܗ ܀

ܒܫܢܬܐ ܕܬܠܬܝܢ ܗܝ ܕܫܘܠܡܐ . ܢܘܕܘܢ ܥܡܢ
ܡܝ̈ܬܐ ܕܚܝܘ[d] ܒܝܕ ܡܘܬܗ .

tum Moyses, qui perterritus occisores effugit, nobiscum laudet Filium. Pedibus suis hic infernum ingressus est, et illius spolia auferens exivit. Ejus resurrectioni laus sit et benedictio!

31. Ad annum vigesimum septimum oratores disertissimi laudent Filium. Dum ipsi nullum invenerunt medium ut in judicio vinceremus, ille suo coram judicibus silentio causam nostram vicit. Ipsi collaudatio!

32. Ad annum vigesimum septimum omnes judices, qui pro sua æquitate iniquos occiderunt, laudent Filium, qui, quamvis justus esset, bonus pro malis mortuus est. Ejus miserationibus laus sit et benedictio!

33. Ad annum vigesimum octavum laudent Filium omnes viri potentes qui a tyrannis nos nunquam liberare potuerunt. Unus ille adorandus, qui pro nobis percussus fuit, apprehendit nos atque liberavit. Nostro liberatori laus sit et benedictio!

34. Annum vigesimum nonum celebret nobiscum Job. Multa hic passus est, sibi tamen, nobis vero Dominus perpessus est sputa, flagella, spinas, clavos. Misericordiæ ejus laus sit et benedictio!

35. Annum denique trigesimum collaudent nobiscum mortui morte ejus vivificati, viventes per crucem

[a] R. ܘܡܒܠܐ ܙܩܝܪܐ ܘܚܒܠܐ [illegible] ܒܪ̈ܓܠܘܗܝ . ܕܗܘܐ ܡܩܦ — [b] Istam stropham omittit D. Eam babent A. R. — [c] Ita A. D. — At R. habet ܘܐܦ ܠܗ ܒܫܢܬܐ ܢܘܕܘܢ ܕܝ̈ܢܐ ܘܥܡܗܘܢ ܕܒܟܐܢܘܬܐ ܩܛܠܘ ܡܩܦ . Deficit mensura versus. M. om. hanc stropham quæ abundare videtur. — [d] R. ܡܝ̈ܬܐ ܕܚܝܘ ܒܝܕ ܨܠܝܒܗ ܒܨܠܝܒܘܬܐ . ܗܘܘ ܡܩܦ Deficit mensura versus.

ܚ̈ܝܠܐ ܕܦܢܘ ܒܡܦܢܝܬܗ .
ܘܐܪܥܐ ܘܫܡܝܐ ܐܬܪܥܝܘ ܒܗ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܘܐܒܘܗܝ [a] ܀

ejus conversi, cœlum denique ac terra per ipsum reconciliata. Patri ejusque Filio laus sit et benedictio!

III.

ܡܫܚܠܦ ܩܠܐ . ܐܚܪܢܐ

ܗܐ ܡܫܝܚܐ ܒܡܫܚܐ ܗܘ ܪܫܡ
ܐܡܪ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ ܒܡܪܥܝܬܗ

ܡܫܝܚܐ ܘܡܫܚܐ ܐܬܚܠܛܘ .
ܟܣܝܐ ܒܓܠܝܐ ܐܬܡܙܓ .
ܡܫܚܐ ܡܫܚ ܒܓܠܝܐ .
ܡܫܝܚܐ ܪܫܡ ܒܟܣܝܐ
ܐܡܪ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ ܘܪ̈ܘܚܢܐ .

III.

Mutatur tonus. **Alius hymnus**[1].

Responsorium : **Christus oleo obsignat agnos novos in grege suo**[2].

1. Christus et oleum simul convenerunt; unctio interna externæ conjuncta fuit. Oleum exterius, Christus vero interius ungunt agnos novos et spirituales, gregem scilicet cujus duplex est decus;

[1] Nonnullæ hujus hymni strophæ recitantur in Ordine baptismi a Jacobo Edesseno disposito dum sacerdos totum corpus puellæ baptizandæ inungit oleo olivæ benedicto. Ad intelligentiam hujus hymni et hymnorum sequentium observandum est in usu esse apud Syros et Chaldæos varios baptismi ordines, quorum præcipui ritus antiquissimi sunt et ad tempora apostolica accedunt. Nestoriani utuntur Ordine sanctorum Apostolorum Adææ et Maris, qui primi fuerunt Edessæ et Mesopotamiæ Apostoli. Iste Ordo sæculo VII fuit recensitus a Jesuiabo Adiabeno patriarcha, et recentius immutatus. Syri vero Jacobitæ utuntur Ordine quem Jacobo Apostolo tribuunt. Habent et alios Ordines a Jacobo Sarugensi, a Severo Antiocheno, a Jacobo Edesseno recensitos. Maronitæ pariter Ordine S. Jacobi Apostoli, Jacobi Sarugensis et S. Basilii utuntur. Porro hi omnes Ordines hos baptismi ritus servandos jubent. Primum, utriusque sexus baptizandi obsignantur (ܡܬܪܫܡܝܢ); scilicet sacerdos signat eos tribus crucibus in fronte dicens : « Signatur N. in nomine Patris ✠ Amen, et Filii ✠ Amen, et Spiritus sancti ✠ in vitam sæculi sæculorum. » Deinde baptizandi exuuntur vestimentis suis et fiunt exorcismi ac abrenuntiationes. Deinde sacerdos intingit pollicem suum in oleo olivæ benedicto et signat eos in fronte tribus crucibus dicens : « Signatur N. oleo lætitiæ (. ܡܬܪܫܡ ܦ ܒܡܫܚܐ ܕܚܘܣܝܐ) ut eo muniatur adversus omnem operationem Satanæ, etc. » Sequitur benedictio aquæ. Qua peracta sacerdos accipit de oleo olivæ et ponens in vola manus suæ tota baptizandorum corpora inungit, dum chorus cantat, ut habet Ordo sanctorum Apostolorum, unum ex hymnis Epiphaniæ, nempe hymnum Ephræmi « Christus et Oleum, » quod diserte præscribit Jacobus Edessenus, et alios ejusdem Ephræmi hymnos, vel saltem aliquot strophas prout tempus requirit.

Deinde sacerdos baptizandos in aquas immergit dexteramque suam capiti eorum imponit et sinistra aquas attollit dicens : « Baptizatur N. in nomine Patris ✠ Amen, et Filii ✠ Amen, et Spiritus sancti ✠ Amen. » Interim canitur hymnus Ephræmi : « Descendite, fratres obsignati. » Denique signat eos signaculo chrismatis. Induuntur vestibus albis. Coronæ capitibus eorum imponuntur et sacra Eucharistia reficiuntur. Idcirco baptizandi jejuni esse debent. Adhibentur etiam, ut apud nos, susceptores. Si quas ex his cæremoniis Nestoriani nunc omittunt, hoc recens est; olim non ita res se habebat. Cfr. Aloysius Assemanus, *Codex liturgicus*, t. I, p. 174, 199; II, 214, 199; III, 136, 199. Denzinger, *Ritus Orientalium* t. I, p. 266-383.

[2] Stropha octo versus septem syllabarum continet.

[a] M. ܘܒܪܗ

ܓܪܐ ܕܐܬܐ ܢܬܬܠܘܗܝ[a] .
ܒܛܢܗ ܓܝܪ ܡܢ ܓܘ ܡܫܚܐ
ܘܡܬܝܠܕ ܡܢ ܓܘ ܡܝܐ ܀

ܡܐ ܥܠܝܢ ܕܪܓܟܘܢ .
ܚܛܝܬܐ ܗܝ ܕܡܫܚܐ ܗܘܬ .
ܐܝܟ ܐܡܬܐ ܪܓܠܝ ܡܪܗ .
ܠܟܘܢ ܕܠܟܘܢ ܐܝܟ ܥܒܕܐ .
ܗܘܐ ܡܫܚܐ ܒܝܕ ܥܒܕܘܗܝ .
ܚܬܡ ܘܡܫܚ ܦܓܪܝܟܘܢ .
ܠܐ[b] ܠܗ ܠܡܪܐ ܥܢܐ .
ܕܒܢܦܫܗ ܢܚܬܘܡ[c] ܠܥܢܘܗܝ ܀

ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܗܝ ܚܛܝܬܐ .
ܠܫܘܒܩܢܐ ܣܢܝܩܐ ܗܘܬ .
ܡܫܚܐ ܗܘܐ[d] ܠܗ ܩܘܪܒܢܐ :
ܘܠܗ ܪܚܡܗ ܠܡܪܗ[e] ܫܘܝܗ .
ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܓܙܪܐ ܐܢܬܘܢ
ܕܒܝܬ ܚܢܦܐ ܘܥܘܠܐ .
ܩܘܫܬܐ ܒܡܫܚܐ ܪܫܡܟܘܢ .
ܕܬܬܦܪܫܘܢ ܡܢ ܛܥܝܐ ܀

ܡܢ ܥܡܡܐ ܦܪܫܗ ܠܥܡܐ[f] .
ܒܪܘܫܡܐ ܩܕܡܝܐ ܕܓܙܘܪܬܐ .
ܒܪܘܫܡܐ ܕܝܢ ܕܡܫܝܚܘܬܐ .
ܠܥܡܡܐ ܦܪܫ ܡܢ ܥܡܐ .
ܟܕ ܕܝܢ ܥܡܡܐ ܛܥܝܢ ܗܘܘ .
ܠܥܡܐ ܦܪܫ ܡܢ ܥܡܡܐ .
ܗܫܐ ܕܛܥܐ ܠܗ ܥܡܐ
ܦܪܫ ܐܢܘܢ ܠܥܡܡܐ ܡܢܗ ܀

ܡܢ ܥܦܪܗ ܕܐܪܥܐ ܕܟܝܬܐ .
ܛܥܢ ܢܥܡܢ ܘܐܙܠ ܠܐܬܪܗ .
ܕܒܗܘ ܥܦܪܐ ܩܕܝܫܐ .
ܗܘܐ ܦܪܝܫ ܩܪܝܒ ܡܢ ܛܡܐܐ .

concipitur enim ex oleo et nascitur ex aqua.

2. Quam sublimis est ordo vester! Peccatrix, utpote ancilla, pedes Domini sui ungebat, Christus per servos suos obsignat et ungit vestra corpora, etsi meri ejus famuli sitis. Decet ovium Dominum ut per se suas oves obsignet.

3. Quia autem illa peccatrix condonatione indigebat, olei oblatione dilectum sibi Dominum reconciliavit. Vos autem, qui grex estis Christi inter ethnicos et impios, veritas oleo obsignat vos ut separemini ab errantibus.

4. A popu'is populum suum separavit per primum circumcisionis signum, per signum autem unctionis populos separavit a populo. Quando populi errore detinebantur, populum suum separavit a populis; nunc autem suo errante populo, populos ab eo separavit.

5. Naaman abiens in regionem suam tulit de pulvere terræ puræ ut sancto hoc pulvere agnitus separaretur ab impuris. Oleum Christi separat fideles ejus ab

[a] C. ܢܬܬܠܝܢ — [b] C. D. ܠܐ — [c] D. ܢܚܬܘܡ — [d] A. ܗܘܬ — [e] D. ܠܡܪܐ — [f] D. ܠܥܡܐ

ܡܫܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܦܪܫ .
ܒ̈ܢܝ ܒܝܬܐ ܡܢ ܢܘܟܪ̈ܝܐ .
ܘܒܗ ܡܬܦܪܫܝܢ ܓܘ̈ܝܐ .
ܕܛܒܝܥܝܢ ܡܢ ܒܪ̈ܝܐ ܀

alienigenis. Illo signo insigniti domestici separantur ab extraneis.

ܡܫܚܐ ܕܐܣܓܝ ܐܠܝܐ .
ܛܥܡܐ ܠܦܘܡܐ ܗܘܐ ܗܘܐ .
ܩܪܢܐ ܓܝܪ ܗܝ ܕܐܪܡܠܬܐ .
ܠܐ ܗܝ ܗܘܬ ܕܡܫܝܚܘܬܐ .
ܡܫܚܗ ܕܡܪܢ ܒܩܪܢܐ .
ܠܐ ܐܬܚܫܚ ܠܦܘܡܐ ܗܘܐ .
ܠܚܛܝܐ ܕܐܒܐ ܕܠܕܪ .
ܐܡܪܐ ܒܥܢܐ ܥܒܕ ܠܗ ܀

6. Oleum ab Elia multiplicatum ore gustabatur; cornu quippe viduæ erat, non unctionis. Oleum autem Christi in cornu baptismi ori non inservit, sed peccatorem ex lupo circa caulas vaganti mitem in caula agnum efficit.

ܡܫܚܗ ܕܢܝܚܐ ܘܡܟܝܟܐ .
ܡܪ̈ܝܪܐ ܡܫܚܠܦ ܐܝܟ ܡܪܗ .
ܥܡ̈ܡܐ ܕܐܒ̈ܐ ܗܘܘ ܘܕܚܠܘ .
ܡܢ ܚܘܛܪܗ ܩܫܝܐ ܕܡܘܫܐ .
ܗܐ ܡܫܚܐ ܛܒܥ ܥܒܕ .
ܓܙܪܐ ܕܥܪ̈ܒܐ ܡܢ ܕܐܒ̈ܐ .
ܘܕܐܒ̈ܐ ܕܥܪܩܘ[a] ܡܢ ܚܘܛܪܗ .
ܗܐ ܐܬܓܘܣܘ ܒܨܠܝܒܐ ܀

7. Mitis humilisque Domini oleum acerbos transmutat Dominoque similes reddit. Gentes lupi erant et duram Moysi virgam reformidabant. Ecce olei obsignatio[1] ex lupis gregales oves efficit. Qui autem virgam effugerant lupi, nunc ad crucem confugiunt.

ܥܠܝ ܗܘܐ ܛܪܦܐ ܕܙܝܬܐ .
ܛܒܥ ܛܘܦܣܗ ܕܡܫܝܚܘܬܐ .
ܩܒܠܘܗ ܠܣܒܪܗ ܒ̈ܢܝ ܩܒܘܬܐ[b]
ܕܐܦ ܡܣܒܪܐ ܕܦܘܪܩܢܐ .
ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܩܒܠܬܘܢ ܠܣܒܪܗ
ܕܗܢܐ ܡܫܚܐ ܩܕܝܫܐ :
ܚܕܝܘ ܒܗ ܦܓܪ̈ܐ ܚܛ̈ܝܐ
ܕܐܬܐ ܡܣܒܪܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܀

8. Quum allatum fuit folium olivæ symbolum unctionis, arcæ filii avide exceperunt hoc salutis nuntium. Sic et vos excepistis oleum sanctum, allatæ salutis nuntium quo sontium corpora exhilarata sunt.

[1] Baptizandi olim et adhuc hodie apud Syros, ut dictum est supra, oleo olivæ signabantur tribus crucibus in fronte.

[a] A. ܥܪܩܘ — [b] D. ܩܘܠܐ

ܡܫܚܐ ܠܘܩܕܡ ܢܣܟ ܝܥܩܘܒ .
ܥܠ ܟܐܦܐ ܕܒ ܢܩܕܫ ܠܗ .
ܘܬܗܘܐ ܒܝܬܗ ܕܐܠܗܐ .
ܘܢܬܠ ܬܡܢ ܡܥܣܪܘܬܗ .
ܗܘܐ ܒܗ[a] ܛܘܦܣܐ ܦܓܪܝܟܘܢ .
ܕܒܡܫܚܐ ܢܬܩܕܫܘܢ ܗܝܟܠܐ .
ܗܘܘ ܠܗ ܢܩܫܐ ܠܐܠܗܐ .
ܘܢܬܩܪܒ ܡܢ ܕܝܠܟܘܢ ⁘

9. Oleum olim Jacobus effudit in lapidem ut hac unctione illum Deo consecraret ibique decimas suas offerret. Typus corporum vestrorum quæ oleo sanctificantur ut templa fiant Deo ipsique oblationes vestræ offerantur.

ܚܬܡܐ ܕܚܬܡ ܗܘܐ ܡܘܫܐ :
ܠܒܢܝ ܐܗܪܘܢ ܠܘܝܐ .
ܢܘܪܐ ܐܟܠܗ ܦܓܪܝܗܘܢ .
ܢܘܪܐ ܢܛܪܬ ܠܒܘܫܝܗܘܢ .
ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܚܝ ܛܘܒܝܟܘܢ .
ܕܚܘܒܐ ܢܘܪܐ ܕܚܢܢܐ .
ܐܟܠܗ ܓܡܝܪܐ ܚܘܒܝܟܘܢ .
ܘܕܟܝ ܘܩܕܫ ܦܓܪܝܟܘܢ ⁘

10. Moyses obsignaverat et unxerat filios Aaronis levitæ; ignis simul consumpsit eorum corpora et servavit vestimenta [1]. Beati estis, fratres, ignis gratiæ reatus vestros omnino consumpsit et simul corpora vestra purificavit ac sanctificavit.

ܒܡܫܚܘܬܗ ܕܐܗܪܘܢ ܐܚܝ .
ܕܡܐ ܗܘܐ ܫܝܛܐ ܕܚܝܘܬܐ .
ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܪܣܝܣ ܗܘܐ .
ܒܡܫܚܐ ܕܩܘܫܬܐ[b] ܗܪܐ ܕܝܢ .
ܕܡܐ ܚܝܐ ܡܚܝܐ ܟܠ .
ܢܦܠ ܠܗ ܒܓܘ ܦܓܪܝܟܘܢ .
ܡܙܓ ܠܗ ܒܪܥܝܢܝܟܘܢ .
ܐܙܠ ܠܗ ܒܡܫܪܝܟܘܢ ⁘

11. In Aaronis unctione, fratres, cornua altaris vili animalium sanguine aspersa fuere; in unctione autem veritatis sanguis vivus et omnia vivificans diffunditur in corporibus vestris, mentibus vestris immiscetur et in habitaculis vestris dispergitur [2].

ܟܗܢܐ[c] ܗܘܘ ܒܡܫܚܐ ܡܫܝܚܐ
ܦܓܪܐ ܢܟܝܣܐ ܕܚܝܘܬܐ :
ܐܢܬܘܢ ܡܫܝܚܐ ܢܨܝܚܐ
ܦܓܪܝܟܘܢ ܡܩܪܒܝܢ .
ܠܘܝܐ ܡܫܝܚܐ ܩܪܒܘ
ܟܘܠܝܬܐ ܡܢ ܚܝܘܬܐ
ܢܨܝܚܝܢ ܠܟܘܢ ܡܢ ܠܘܝܐ .
ܘܠܒܘܬܟܘܢ ܩܕܫܬܘܢ ⁘

12. Sacerdotes uncti mactata animalium corpora offerebant, vos autem, o uncti inclyti, offertis ipsa vestra corpora; levitæ uncti offerebant renes animalium, vos autem levitis præstantiores corda vestra sanctificavistis.

[1] *Lev.* X, 1-5.

[2] Baptizati mox post susceptum confirmationis sacramentum sacra Eucharistia reficiebantur et quidem sub *utraque specie*.

[a] D. ܒܗ — [b] D. ܕܩܘܫܬܐ — [c] D. om. hanc stropham et sequentem.

ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܥܡܐ ܐܨܛܝܪܬ
ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ .
ܚܘܛܪܗ ܐܪܙܐ ܕܨܠܝܒܐ .
ܐܡܪܗ ܛܘܦܣܐ ܕܝܚܝܕܐ .
ܡܫܟܢܗ ܐܪܙܐ[a] ܕܥܕ̈ܬܟܘܢ .
ܓܙܘܪܬܗ ܐܬܐ ܕܪܘܫܡܟܘܢ .
ܬܚܝܬ ܛܠܠܐ ܕܐܝܩ̈ܪܝܟܘܢ .
ܢܚ ܗܘܐ ܥܡܐ ܥܬܝܩܐ ✣
ܕܡܐ[b] ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܡܫܐ .
ܠܐܝܠܢܐ ܪܒܐ ܕܐܪܡܝ .
ܦܪܣ ܛܠܠܗ ܥܠ ܥܡܐ .
ܫܕܐ ܥܩܪ̈ܘܗܝ ܒܝܢ ܥܡ̈ܡܐ .
ܫܪܐ ܥܡܐ ܬܚܝܬ ܛܠܠܘܗܝ .
ܕܗܢܝܢ ܐܪ̈ܙܘܗܝ ܛܠ̈ܠܘܗܝ .
ܫܪܘ ܕܝܢ ܥܡ̈ܡܐ ܥܠ ܣܘܟ̈ܘܗܝ[c] .
ܩܛܦܘ ܘܐܟܠܘ ܡܢ ܐܒ̈ܒܘܗܝ ✣
ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܫܐܘܠ ܡܠܟܐ .
ܟܡܐ ܕܒܣܝܡ ܗܘܐ ܪܝܚ ܡܫܚܗ .
ܗܟܢ ܟܒܝܕ ܗܘܐ ܪܝܚ ܠܒܗ .
ܫܓܫܬ ܗܘܬ ܒܗ ܪܘܚܐ ܘܥܪܩܬ .
ܡܫܝܚܘܬܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ ܪܒܐ ܗܝ .
ܘܪ̈ܥܝܢܝܟܘܢ ܐ̈ܟܣܢܝܟܘܢ .
ܒܗܝܟ̈ܠܝܟܘܢ ܕܨ ܪܘܚܐ
ܓܢܘܢܐ ܠܥܠܡ ܢܗܘܐ ܠܗ ✣
ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܕܘܝܕ ܐܚ̈ܝ .
ܢܚܬܬ ܪܘܚܐ[d] ܘܐܬܢܝܚܬ .
ܠܠܒܗ ܕܨܒܐ ܡܠܝܗ ܠܗ .
ܐܝܟ ܠܒܗ ܗܟܢ ܐܝܟ ܡܫܚܗ .
ܫܪܐ ܒܗ ܪܘܚܐ ܘܡܙܡܪܐ ܒܗ .
ܡܫܝܚܘܬܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ ܪܒܐ ܗܝ .
ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ .
ܢܚܬܘ ܕܢܫܪܘܢ ܒܟܘܢ ✣

13. Unctio populi adumbratio Christi est; virga Moysi symbolum crucis; agnus paschalis typus Unigeniti; tabernaculum figura ecclesiarum vestrarum; circumcisio signum obsignationis vestræ. Vetus populus requiescebat sub umbra bonorum vestrorum.

14. Res igitur ipsa similis est arbori magnæ umbram suam super populum vetus extendenti et radices suas inter gentes projicienti. Vetus populus habitavit sub umbra ejus; ejus quippe sacramenta nonnisi umbræ fuerunt; gentes vero requieverunt super ramos ejus, fructus decerpserunt et comederunt.

15. In unctione Saulis regis, quanto suavior fuit odor olei tanto gravior fuit odor cordis. Exagitavit eum spiritus et recessit. Unctio vestra præstantior est. Mentes vestræ thuribula sunt; in templis vestris exultavit Spiritus sanctus; ejus thalamus semper maneat in cordibus vestris.

16. In unctione Davidis, fratres, descendit Spiritus in cor ejus et grato illud implevit odore. Qualis olei talis cordis suavitas. Habitavit in eo spiritus psalmosque ei dictavit. Unctio vestra præstantior est quia Pater et Filius et Spiritus sanctus descenderunt ut in vobis manerent.

[a] C. ܣܡܢܐ — [b] A. ܕܡܐ ܕܝܢ — [c] C. ܣܘܟ̈ܘܗܝ — [d] A. C. ܢܘܪܐ

ܟܕ ܡܬܕܟܐ ܗܘܐ ܓܪܒܐ .
ܟܘܡܪܐ ܒܡܫܚܐ ܪܫܡ ܗܘܐ
ܘܠܡܥܡܘܕܐ ܡܕܒܪ ܠܗ[a] .
ܥܒܪ ܛܘܦܣܐ ܘܐܬܐ ܫܪܪܐ
ܗܐ ܒܡܫܚܐ ܡܬܪܫܡܝܢ ܐܢܬܘܢ .
ܒܡܥܡܕܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܐܢܬܘܢ .
ܒܓܙܪܐ ܡܬܚܠܛܝܢ ܐܢܬܘܢ .
ܡܢ ܦܓܪܗ ܡܬܬܪܣܝܢ ܐܢܬܘܢ ❖

17. Quando purificabatur leprosus sacerdos oleo eum ungebat[1], et ad fontem adducebat. Transiit figura, advenit veritas. Ecce oleo obsignamini; in baptismo perficimini; gregi Christi commiscemini ejus corpore nutrimini.

ܡܢܘ[b] ܓܪܒܐ ܕܐܬܕܟܝ
ܘܬܒ ܠܘܬܗ ܘܫܐܠ ܓܪܒܗ .
ܫܠܚܬܘܢ ܒܝܫܬܐ ܫܒܘܩܘܗ̇ .
ܠܝܬ ܕܫܠܚܗ ܓܪܒܐ ܘܠܒܫܗ .
ܢܦܠ ܘܛܒܥ ܠܐ ܢܬܥܠܐ .
ܕܥܟ . ܘܒܠܐ ܠܐ ܢܬܚܕܬ .
ܫܘܚܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܠܐ ܬܐܟܘܠ .
ܕܡܫܚܘ ܡܫܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ❖

18. Quis leprosus a lepra mundatus revertitur et denuo eam exposcit? Exuistis nequitiam, relinquite eam. Nemo quam exuit lepram denuo induit. Cecidit lepra, immersa fuit, non extrahatur; marcuit et vetustate corruit, non innovetur; ærugo non corrodat quos oleum Christi unxit.

ܡܐܢܐ ܕܓܒܠܐ ܡܢ ܛܝܢܐ .
ܫܘܦܪܐ ܡܢ ܡܝܐ .
ܡܩܒܠ ܚܝܠܐ ܡܢ ܢܘܪܐ .
ܐܢܬܘܢ ܕܛܝܒܘܬܐ ܐܢܬܘܢ .
ܠܐ ܗܘܐ ܡܬܝܗܒ ܡܬܚܕܬܐ[c]
ܘܗܘܝܬܘܢ ܡܐܢ̈ܐ ܛܝܒܘܬܐ .
ܐܬܪܘ ܛܒܘ ܟܐܢܘܬܐ .
ܕܠܐ ܚܘܕܬܐ ܐܚܪܢܐ ܠܟܘܢ[d] ❖

19. Vas e luto confectum pulchritudinem suam ab aqua trahit, robur vero ab igne; si casu conteritur, instaurari nequit. Estis vasa gratiæ; custodite diligenter justitiam, quia non datur secunda instauratio.

ܡܐ ܕܡܝܢ ܦܘܢܝܝܟܘܢ
ܠܢܒܝܐ ܕܦܠܛܗ ܢܘܢܐ
ܦܢܝܟܘܢ ܚܠܐ ܕܝܠܗ .
ܗܘ ܚܝܠܐ ܕܟܦܐ ܠܢܘܢܐ .

20. Quanta inter vos et prophetam similitudo! Prophetam evomuit piscis, restituit vos Gulosus; eadem virtus quæ piscem coegerat illum coegit. Sit vobis Jonas exemplum. Non amplius degluti-

[1] *Lev.* XIV, 13, sqq.

[a] C. ܗܘܐ — [b] D. om. stroph. 18-19. — [c] C. ܡܬܚܕܬ — [d] C. add. ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܚܕܬ . ...

ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܢܘܢ ܡܫܪܝܢܐ .
ܠܐ ܬܘܒ ܒܠܥܟܘܢ ܗܘܐ ܢܘܢܐ .
ܠܐ ܬܘܒ ܢܒܠܥܟܘܢ ܚܢܐ .
ܐܬܕܡܘ ܒܝܘܢܢ ܡܫܪܝܐ ܀
ܘܡܫܚܐ ܐܫܕ ܥܠ ܪܝܫܗ .
ܘܡܢ ܡܪܝܡ ܢܫܦܟ ܗܘܐ .
ܪܝܚ ܪܝܚܗ ܒܒܝܬܐ ܟܠܗ .
ܐܦ ܪܝܚܐ ܕܡܫܚܘܬܟܘܢ .
ܪܚ ܠܗ ܘܒܣܡ܁ ܠܫܡܝܐ
ܠܣܛܢܐ ܡܥܩܡ ܗܘܐ .
ܠܡܠܐܟܐ ܒܪܐ ܪܝܚܗ :
ܠܐܠܗܐ ܚܠܐ ܒܣܡܡܗ ܀
ܘܟܕ ܗܘܘ ܥܢܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܠܥܢܐ ܛܥܝܐ ܕܠܐ ܪܥܝܐ .
ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܪܥܝܐ ܡܪܚܡܢܐ .
ܐܣܓܝ ܠܗܘܢ ܪܥܝܐ ܕܠܚܡܐ .
ܛܘܒܝܟܘܢ ܫܠܡܐ .
ܐܡܪܐ ܪܫܝܡܐ ܕܡܫܝܚܐ .
ܕܒܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܫܘܝܬܘܢ .
ܗܘ ܪܥܝܐ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܪܥܝܐ ܀
ܡܢ ܡܝܐ ܚܡܪܐ ܥܒܕ ܗܘܐ
ܐܫܩܝ ܠܥܠܝܡܐ[b] ܒܡܫܬܘܬܐ .
ܠܟܘܢ ܕܨܝܡܝܢ ܛܒ ܡܫܚܐ .
ܛܒ ܗܘ ܡܫܚܐ ܡܢ ܡܫܬܝܐ
ܒܚܡܪܗ ܚܬܢܐ ܐܬܚܝܕܘ .
ܒܡܫܚܗ ܡܙܘܓܐ[c] ܐܬܩܕܫܘ
ܒܝܕ ܚܡܪܗ ܚܘܝܕܘܬܐ .
ܒܝܕ ܡܫܚܗ ܩܕܝܫܘܬܐ ܀
ܘܫܘܪܘ ܥܢܗ ܕܡܫܝܚܐ .
ܕܢܣܒܘܢ ܠܗ ܪܘܫܡܐ ܚܝܐ .
ܢܝܫܐ ܕܐܝܬܝ ܡܢ ܡܠܟܐ .

vit eum piscis, non amplius absorbat vos Gulosus. Liberati Jonam imitemini.

21. Oleum fragrans in caput Domini Maria effuderat. Odor illius totam domum implevit; pariter unctionis vestræ odor fragravit et cœlum suavitate ditavit. Iste odor satanæ gravis, Deo vero jucundus, angelos supernos deliciis affecit.

22. Turbæ in deserto similes erant ovibus errantibus absque pastore. Datus est eis pastor misericors qui multiplicavit eis pabulum panis. Beati estis, o vitæ integri, agni a Christo obsignati qui corpore et sanguine digni effecti estis. Ipse pastor pabulum vobis factus est.

23. Ex aqua vinum fecit, juvenibus in convivio potum præbuit. Vobis jejunis melior est oleum quam potus. Vino ejus sponsi conjuncti sunt, oleo ejus conjuges sanctificati sunt. Per ejus vinum fit unio, per ejus oleum sanctificatio.

24. Exsilierunt oves Christi ut acciperent signum vivificum (crucis), vexillum regale quo semper

[a] A. D. ܚܢܐ — [b] ܠܥܠܝܡܐ (?) — [c] A. om. ܒܡܫܚܗ . . ܡܙܘܓܐ

ܪܘܫܡܗ ܡܬܛܪܕܐ ܚܛܝܬܐ
ܒܝܫܐ ܒܪܫܡܟ[a] ܐܬܛܪܕ .
ܥܘ̈ܠܐ ܒܐܬܟ ܐܬܒܕܪ
ܐܡܪ̈ܐ ܬܘ ܣܒܘ ܪܘܫܡܟܘܢ .
ܕܪܕܘܦܐ ܗܘ ܕܐܟ̈ܠܝܟܘܢ ܀
ܐܡܪ̈ܐ[b] ܬܘ ܣܒܘ ܪܘܫܡܟܘܢ .
ܕܗܘܝܘ ܫܪܪܐ ܪܘܫܡܟܘܢ .
ܗܢܘ ܪܘܫܡܐ ܕܦܪܫ ܗܘܐ
ܒ̈ܢܝܐ ܡܢ ܢܘܟܪ̈ܝܐ .
ܦܪܙܠܐ ܓܙܪ ܥܡܠܝܬ
ܠܟܦܘܪ̈ܐ ܘܠܒ̈ܢܝ ܗܓܪ .
ܐܢ ܓܙܘܪܬܐ ܗܝ ܪܘܫܡ ܐܡܪ̈ܐ .
ܗܐ ܒܗ ܗܘܐ ܪܫܝܡܝܢ[c] ܓܕ̈ܝܐ ܀
ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܓܕ̈ܝܐ ܚܕ̈ܬܐ .
ܕܡܘ̈ܬܐ ܕܕ̈ܐܒܐ ܫܠܚܬܘܢ .
ܘܐܡܪ̈ܐ ܠܐܡܪ̈ܐ ܕܡܝܬܘܢ .
ܚܕ ܕܐܫܬܚܠܦ ܫܚܠܦ ܟܠܐ .
ܐܡܪܬܐ ܠܕܐ̈ܒܐ ܝܗܒܬ ܢܦܫܗ
ܪܗܛܘ[d] ܐܟܠܘܗܝ ܘܗܘܘ ܐܡܪ̈ܐ .
ܪ̈ܥܝܐ ܠܐܡܪ̈ܐ ܐܬܚܠܦܘ
ܐܦ ܕܐ̈ܒܐ ܛܥܘ ܟܝܢܗܘܢ ܀
ܐܦ ܒܝ ܚܘܪ ܒܚܢܢܟ .
ܠܐ ܢܬܟܘܐ ܒܝ ܪܘܫܡܗܘܢ .
ܓܕ̈ܝܐ ܕܒܝ ܣܡܠܐ .
ܠܐ ܬܗܘܐ ܐܡܪܬܟ ܓܕܝܐ .
ܘܐܢ ܐܙܕܕܩ ܠܐ ܫܟܚܬ .
ܐܦ ܕܐܚܛܐ ܠܐ ܨܒܐ ܗܘܝܬ
ܐܥܒܪ ܡܪܝ ܡܢ ܥܒ̈ܕܝ .
ܘܒܨܝ ܒܠܚܘܕ ܨ̈ܒܝܢܝ[e] ܀
ܡܢ[f] ܡܫܩܠܢܐ ܘܦܫܘܩܐ .

fugatur peccatum. Signo tuo Malus in fugam actus est, signo tuo iniquitates dissipatæ sunt. Venite, oves, accipite signum vestrum quo fugantur qui vos devorare quærunt.

25. Agni, venite, accipite signum vestrum; signum vestrum veritas est. Hoc signo filii ab extraneis distinguuntur. Ferro circumcidebantur et Judæi abnegatores et filii Hagar. Si circumcisio signum est ovium, ecce illa insigniuntur et pecora.

26. Vos autem agni novelli mores luporum exuistis; agni agnos imitati estis. Unus mutatus est qui omnes mutavit. Ovis seipsam dilaniandam tradidit lupis qui irruentes eam devorarunt et oves facti sunt. Pastores in agnos conversi sunt et lupi naturæ suæ sunt obliti.

27. Respice ad me, Domine, in misericordia tua; non inuratur mihi signum hœdorum qui a sinistris statuentur[1], ne fiat ovis tua hædus. Quod si justificare me non potuerim, etiam peccandi non habui voluntatem. Averte, Domine, oculos tuos ab actionibus meis, scrutare tantum meas voluntates.

28. Ab auctoribus et interpreti-

[1] *Matth.* XXV, 33.

[a] C. ܒܫܡܟ — [b] D. om. stroph. 25-26. — [c] A. ܪܫܝܡܝܢ — [d] A. C. ܕܪܗܛܘ — [e] A. C. D. addunt duo versus : ܠܐ ܠܡܘܬ ܒܚܒܝܒ ܕܝܢܐ . ܠܐ ܒܪܚܡܝ ܬܚܫܒܢܝ : — [f] D. om.

ܡܢ ܫܡܘܥܐ ܘܪܫܝܡܐ
ܢܣܩ ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ .
ܘܒܐܝܕܗ ܠܐܒܘܗܝ ܪܘܡܪܡܐ .
ܕܝܗܒ ܡܠܐ ܠܡܠܠܐ .
ܘܝܗܒ ܡܠܐ ܠܬܪܓܡܢܐ .
ܝܗܒ ܫܘܡܥܐ ܠܫܡܘܥܐ
ܘܩܘܕܫ ܡܫܚܐ ܠܪܫܝܡܐ ܀
ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܐܝܟ ܫܘܡܠܝܐ
ܐܝܟ ܘܐܡܝܢ ܐܝܟ ܚܘܬܡܐ

bus, ab audientibus et obsignatis laus attollatur Christo, et per eum Patri exaltatio. Qui facundis dat eloquentiam et interpretibus linguam, dedit audientibus intellectum et obsignatis oleum sanctum.

Gloria tibi sicut et perfectio, amen sit et benedictio.

IV.

ܦܘܫܟ ܡܠܐ[a] ܐܚܪܢܐ

Mutatur tonus. Hymnus alius.

ܒܪܝܟ ܕܚܦܝ ܒܡܝܐ ܚܘܒܐ ܕܠܐ ܡܢܝܢ

Responsorium : Benedictus qui aquis abstersit iniquitates innumerabiles.

ܚܘܬܘ ܐܚܝ ܪܫܝܡܐ * ܠܒܫܘܗܝ ܠܡܪܢ .
ܘܐܬܚܠܛܘ ܒܛܘܗܡܗ . * ܕܒܪ ܛܘܗܡܐ ܗܘ ܪܒܐ .
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܡܠܬܗ ܀

1. Descendite[1], fratres obsignati, induimini Dominum nostrum, ejus prosapiæ commiscemini. E stirpe quippe magna natus est, ut ipse suo verbo asseruit.

ܡܢ ܪܘܡܐ ܟܝܢܗ * ܘܡܢ ܐܪܥܐ ܠܒܘܫܗ .
ܟܠ ܫܠܚ ܠܒܘܫܗ . * ܡܚܠܛ ܗܘ ܠܗ[b] ܠܒܘܫܐ .
ܥܡ ܠܒܘܫܗ ܠܥܠܡ ܀

2. E cœlo divina ejus natura et e terra ejus vestimentum carnis. Omnis qui sua exuit vestimenta ea commiscet cum vestimento Christi in æternum.

ܡܢܗ ܩܢܘ ܒܡܝܐ . * ܠܒܘܫܐ ܕܠܐ ܒܠܐ .
ܘܠܐ ܚܠܦ ܘܢܦܠ . * ܠܒܘܫܐ ܗܘ ܕܥܛܦ ܠܠܒܝܫܘܗܝ ܠܥܠܡ ܀

3. Ab eo in aquis acquirite vestimentum quod non teritur nec amittitur, vestimentum quod ipso indutos semper obtegit.

ܟܗܢܐ ܕܝܢ ܒܪܝܟܐ . * ܡܨܥܝܐ ܗܘ ܕܦܠܓܘܬܐ .
ܗܘܐ[c] ܩܕܡܘܗܝ ܫܛܪܐ . * ܡܨܥܝܐ[d] ܗܘ ܕܡܪܗ[e] .
ܘܥܪܒܐ ܕܝܠܢ ܀

4. Sacerdos benedictus mediator est partium, contractus fit coram eo, quia ex parte Domini sui mediator est et fidejussor ex parte nostra.

[1] Canitur hic hymnus a diaconis dum baptizandi, oleo catechumenorum uncti immerguntur in aquis baptismi. Cfr. Al. Assemanus, *Codex liturg.* II, 299. Stropha quinque versus numerat quorum unusquisque quinque syllabas habet.

[a] Cod. C. ܟܠܐ ܘܠܐ ܕܐܢܫ ܚܘܠܦ ܒܫܡܥܘܗܝ — [b] A. om. ܠܗ — [c] Pro ܗܘܐ legerim ܗܘܐ quod requirit mensura versus. — [d] A. ܕܡܨܥܝܐ — [e] D. ܕܪܒܐ

ܐܠܗܐ ܒܡ̈ܝܐ . * ܗܐ ܡܙܓܗ ܚܡܝܪܗ .
ܚܡܝܪܐ ܗܢܐ ܕܥܦܪܐ ᵃ . * ܢܣܒ ܗܘ ܠܓܒܝܠܐ .
ܘܠܐܠܗܘܬܐ ܡܩܪܒ ܠܗ ✥

ܚܡܝܪܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܡܪܐ . * ܘܢܚܬ ܦܢܐ ܒܥܒܕܐ .
ܘܐܝܬܝܗ ܠܚܐܪܘܬܐ . * ܫܥܒܕ ܥܒܕܐ ᵇ ܠܫܪܒܬܗ .
ܕܗܘ ܡܪܐ ܕܟܠ ✥

ܥܒܕܐ ܓܝܪ ܕܠܒܫܗ . * ܡܚܪܪ ܟܠ ܒܡ̈ܝܐ .
ܐܦ ܥܒܕܐ ܗܘ ܒܐܪܥܐ . * ܒܪ ܚܐܪܐ ܗܘ ܒܪܘܡܐ .
ܕܚܐܪܘܬܐ ܡܟܣܝ ✥

ܒܪ ܚܐܪܐ ܕܠܒܫܗ . * ܠܗܘ ᶜ ܡܫܝܚܐ ܒܡ̈ܝܐ .
ܐܝܟ ܟܢܬܗ ܗܘ ܕܥܒܕܐ . * ܕܢܬܕܡܐ ܠܥܒܕܐ .
ܕܗܘܐ ܥܒܕܐ ܠܥܒܕ̈ܘܗܝ ✥

ܡܥܬܪ ܟܠ ܢܚܬ ܗܘܐ . * ܘܡܣܟܢܘܬܐ ܠܒܫ ܗܘܐ .
ܕܠܡܣܟܢ̈ܐ ܢܦܠܓ . * ܣܝܡ̈ܬܐ ܕܛܡܝܪܢ .
ܡܢ ܓܘ ܕܡ̈ܝܐ ✥

ܙܥܘܪܐ ܗܘ ܕܠܒܫܗ . * ܠܡܪܒܐ ܟܠ ܪ̈ܒܘܬܐ .
ܐܦ ܐܢ ܠܣܟܠ̈ܐ . * ܐܝܟ ܪܦܐ ܗܘ ܡܬܚܙܐ .
ܕܪܒܘܬܐ ܡܟܣܝ ✥

ܐܝܟ ܒܚܘܒܗ ᵈ ܪܡܐ . * ܕܐܙܥܪ ܗܘܐ ܒܢܦܫܗ .
ܠܝܗܘܕ̈ܝܐ ܟܦܘܪ̈ܐ ܗܘ . * ܘܠܡܠܐܟ̈ܐ ܡܣܓܕܐ ܗܘ .
ܙܥܪ ܘܐܪܒܝ ܙܥܘܪ̈ܐ ✥

ܢܙܥܪ ܗܘ ܪܒܐ ᵉ ܗܘ * ܕܢܪܒܐ ܒܗ ܙܥܘܪܐ .
ܢܬܕܡܐ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܪܒܐ . * ܘܗܘ ܡܢ ܟܠ ܙܥܪ ܗܘܐ .
ܙܥܪ ܘܐܪܒܝ ܠܟܠܐ ✥

5. Ecce Deus in aquis suum immiscuit fermentum. Istud fermentum attollit plasmatos e pulvere eosque Deo coadunat.

6. Fermentum enim Domini illapsum est in servum eumque in libertatem adduxit. Addixit servos prosapiæ Domini universorum.

7. Servus enim qui omnis libertatis largitorem in aquis induit, in terra quidem servus remanet at in cœlo liber fit, quia ipsa libertate cooperitur.

8. Liber qui induit Christum in aquis conservus ejus fit ut eum imitetur qui servus servorum factus est.

9. Qui omnes ditat e cœlo descendit et paupertatem induit ut pauperibus distribueret thesauros in aquis reconditos.

10. Pusillus qui in aquis induit omnis magnitudinis auctorem, etsi insipientibus imbecillis videatur, angelis tamen magnus reputatur quia magnitudine coopertus est.

11. Altissimus amore suo pusillus effectus a Judæis abnegatoribus persecutionem passus est, et ab angelis adoratus fuit. Quemadmodum igitur pusillus factus est et magnos effecit qui pusilli erant.

ܐܣܓܝ ܐܡܪ̈ܝܢ ܘܥܢ̈ܐ
ܥܠ ܡܪ̈ܙܐ ܦܬܐ ܕܡܥܡܘܕܝ ❖
ܪܒ ܗܘ ܬܕܡܘܪܐ ܕܒܝܬܟ ܕܒܗ
ܓܙܪܐ ܥܡ[b] ܬܠܬܐ

[1] *Ezech.* XLVII, 5-6.
[2] *Matth.* XI, 11.

[a] Cod. ܟܠܗܘܢ. — [b] Cod. add. ܪ̈ܥܝܐ.

propheta [1], torrentem scilicet qui valde intumuit. In profundo torrentis fixit oculos et vidit loco suæ imaginis pulchritudinem tuam. Videbat te at pertransire nequivit, donec fides sua inundatione occulte obruisset multiformem idololatriam.

5. Joannes qui magnus fuit inter natos mulierum [2] Christo inferior fuit, quia ab eo baptizati rursus baptismum Apostolorum suscipere debuerunt. Beata es tu quia sacerdotes tui majores sunt illo in hoc tantum quod perpetuo permanet baptismus Christi.

6. Lavacrum Siloe [3] nequaquam salutare fuit ægroto qui triginta et octo annis expectavit eum, quia levitarum partibus addictus erat. Beata es tu quia veram possides pro omnibus sanationem, et sacerdotes tui parati sunt eam largiri omnibus qui tuo auxilio indigent.

7. Aquas insalubres sanavit propheta [4] terramque a sterilitate curavit. Cessavit mors, insonuit terra, multiplicatæ sunt proles, impleti sunt sinus. Præstantior est beneficentia tua, Domine, illa Elisæi. Multiplica agnos et oves ad fluenta fontis mei.

8. Quantum in habitaculo tuo miraculum! oves cum tribus pasto-

[3] *Joan.* V.
[4] *IV. Reg. II*, 19, sqq.

ܬܠܬܐ ܥܠ ܥܝܢܐ ܕܡܝܐ
ܬܪܝܢ ܟܣܝܐ ܥܡ ܚܕ ܓܠܝܐ ܕܡܥܡܕ
ܛܘܒܘܗܝ ܕܥܡܕ ܒܡܥܝܢܝܗܘܢ
ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܬܠܬܐ ܣܡܟܘܗܝ
ܘܫܡ̈ܗܐ ܬܠܬܐ ܢܛܪܘܗܝ ✣

ribus stant ad fontem aquæ; duo absconditi cum uno manifesto qui baptizat. Beatus qui in fontibus istorum baptizatus est! Tres personæ sustinuerunt eum triaque nomina illum servarunt.

XII.

ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܢܚܬ ܘܥܡܕ ܒܝܘܪܕܢܢ
ܘܐܦܢܝ ܥܡܐ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ ✣

ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܐܫܟܚ ܐܕܡ
ܗܘ ܫܘܒܚܐ ܕܒܝܢ ܐܝܠܢܐ .
ܢܚܬ ܢܣܒܗ ܡܢ ܓܘ ܡܝ̈ܐ
ܠܒܫܗ ܘܣܠܩ ܘܐܬܨܒܬ ܒܗ
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✣
ܢܦܠ ܓܒܪܐ ܒܓܘ ܦܪܕܝܣܐ .
ܘܐܩܝܡܗ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܚܢܢܐ
ܐܘܒܕ ܫܘܦܪܗ ܒܝܕ ܚܣܡܐ .
ܘܐܫܟܚ ܐܦ ܡܢ ܛܝܒܘܬܐ .
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✣
ܚܬ̈ܢܐ ܒܥܕܢ ܡܨܒܬܝܢ ܗܘܘ .
ܘܓܢܒ ܚܘܝܐ ܠܟܠܝܠܝܗܘܢ .
ܘܕܪܫܗ ܪ̈ܚܡܐ ܠܡܪܝܕܐ .
ܘܐܠܒܫ ܚܬ̈ܢܐ ܒܠܒܘܫܝܗܘܢ .
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✣
ܠܒܫܘ ܗܘܘ ܛܪ̈ܦܐ ܕܡܣܟܢܘܬܐ .
ܘܚܣ ܪܚܡܢܐ ܥܠ ܡܣܟܢܐ .
ܘܚܠܦ ܛܪ̈ܦܐ ܕܐܝܠܢܐ .
ܫܘܒܚܐ ܒܡ̈ܝܐ ܐܠܒܫ ܐܢܘܢ .
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✣

Responsorium : Benedictus qui descendit in Jordanem et baptizatus est atque reduxit populos ab errore[1].

1. In baptismo invenit homo gloriam inter arbores paradisi perditam; descendit in aquas, eam exinde assumpsit ac induit; et illa exornatus ex aquis ascendit. Benedictus qui omnium miseretur!

2. Lapsus est vir in paradiso, at Misericordia restituit eum in baptismo; perdidit suam pulchritudinem per invidiam diaboli et recuperavit eam per gratiam Christi. Benedictus qui omnium miseretur!

3. Conjuges in Eden ornati erant, furatus est serpens coronas eorum. At Misericordia contrivit execrabilem dæmonem et sponsos vestivit splendidis vestibus. Benedictus qui omnium miseretur!

4. Induerant se foliis indigentiæ, at misericors Dominus misertus est eorum et pro foliis arborum gloria baptismi induit eos. Benedictus qui omnium miseretur!

[1] Schema strophæ : 88784.

ܥܝܢܐ ܕܚܝܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ
ܕܦܬܚܗ ܒܚܝܘܗܝ ܒܪ ܐܠܗܐ .
ܡܢ ܣܛܪܗ ܢܒܥܘ ܡܝܐ .
ܬܘ ܟܠ ܕܨܗܐ ܬܘ ܐܬܒܣܡܘ .
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✠

ܐܒܐ ܪܫܡܗ ܠܡܪܘܡܝܬܐ .
ܘܒܪܐ ܡܟܪܗ ܠܡܫܒܚܬܐ .
ܘܪܘܚܐ ܒܛܒܥܗ ܠܬܠܝܬܐ .
ܫܡܫܗ ܘܢܘܗܪܐ ܩܕܝܫܬܐ .
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✠

ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܩܒܐ .
ܣܡܬ ܓܙܗ̈ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ .
ܢܚܬܘ ܡܣܟܢܐ ܠܡܒܘܥܗ
ܘܡܢܗ ܣܒܘ ܥܘܬܪܐ ܚܣܝܪܐ
ܒܪܝܟ ܚܐܣ ܥܠ ܟܠ ✠

5. Baptismus fons est vitæ quem aperuit, cum in vivis esset, Filius Dei. E latere ejus fluxerunt undæ purificantes. Omnes sitientes, venite, lætamini. Benedictus qui omnium miseretur!

6. Pater signavit altissimos baptismi fontes, gloriosis ejus undis veluti sponsæ se univit Filius, illum Spiritus triplici obsignavit signaculo. Baptismus sancta resplenduit luce. Benedictus qui omnium miseretur!

7. Inscrutabilis Trinitas posuit suos thesauros in baptismo. Descendite ad ejus fontem, pauperes; exinde divitias assumite, inopes. Benedictus qui omnium miseretur!

XIII.

ܐܚܝܐ ܕܡܥܡܕܐ

Hymnus Baptizatorum [1].

ܒܩܠܐ ܐܚܝ ܙܡܪܘ ܫܘܒܚܐ * ܠܒܪܗ ܕܡܪܐ ܕܟܠ
ܕܓܕܠ ܠܟܘܢ ܟܠܝܠܐ * ܕܡܠܟܐ ܐܬܪܓܪܓܘ ܠܗ

Responsorium : Fratres, psallite laudes filio Domini universorum, qui nexuit coronas, quas reges sibi concupiverunt.

ܐ ܐܣܛܠܝܟܘܢ ܚܘܪܝܢ * ܐܚܝ ܐܝܟ ܬܠܓܐ .
ܘܫܦܝܪ ܙܝܘܟܘܢ * ܐܝܟ ܙܝܘܐ ܡܠܐܟܐ
ܒ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ * ܣܠܩܬܘܢ ܚܒܝܒܝ
ܡܢ ܢܗܪܐ ܝܘܪܕܢܢ * ܒܙܝܢܐ [a] ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ✠
ܓ ܓܢܘܢܐ ܕܠܐ ܦܣܩ * ܐܚܝ ܩܒܠܬܘܢ .
ܘܬܡܝܡܘܬܐ ܕܐܕܡ . * ܝܘܡ ܠܒܫܬܘܢ .

1. Vestes vestræ, fratres, candidæ sunt ut nix, et nitor vester refulget ut nitor Angelorum.

2. Sicut Angeli, charissimi, ascendistis e fluvio Jordanis cum armis Spiritus sancti.

3. Perenne thalamum, fratres, accepistis, et Adæ innocentiam hodie induistis.

[1] Hic Hymnus, ܩܘܩܠܝܬܐ dictus, recitatur in *Ordine baptismi* apud Syros Jacobitas a diaconis dum baptizatis distribuitur sacra communio. Cfr. Aloysius Assemanus, *Codex Liturg.* III, 157, 182; Denzinger, *Ritus Orientalium* I, 288, 301. Stropha constat quatuor versibus quinque syllabarum.

[a] Vocem ex conjectura supplemus.

ܕ ܐܕܡ ܡܛܠ ܦܐܪܐ * ܐܬܚܝܒ ܚܝܒ ܗܘܐ .
ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܝܘܡܢܐ . * ܐܬܝܗܒܬ ܙܟܘܬܐ ܀

4. Adam propter fructum condemnatus fuit. Hodie vero victoria vobis concessa est.

ܗ ܢܗܪܝܢ ܠܒܘܫܝܟܘܢ * ܘܨܠܝܢ ܟܠܝܠܝܟܘܢ .
ܕܓܕܠ ܠܟܘܢ ܒܘܟܪܐ * ܒܝܕ ܟܗܢܐ ܝܘܡܢ ܀

5. Splendent vestimenta vestra, nitent coronæ vestræ, quas texuit vobis hodie Primogenitus per sacerdotem.

ܘ ܘܝ ܒܦܪܕܝܣܐ * ܠܐܕܡ ܡܬܐܡܪ ܗܘܐ .
ܘܐܢܬܘܢ ܡܟܝܠ * ܫܘܒܚܐ ܢܣܒܬܘܢ ܀

6. In paradiso væ in Adamum latum est, vos autem hodie laudem accepistis.

ܙ ܙܝܢܐ ܕܙܟܘܬܐ * ܠܒܫܬܘܢ ܚܒܝܒܝ .
ܒܗ̇ ܒܫܥܬܐ ܕܩܪܐ * ܟܗܢܐ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܀

7. Arma victoriæ induistis, charissimi, ea hora qua invocavit sacerdos Spiritum sanctum.

ܚ ܚܕܝܢ ܡܠܐܟܐ * ܘܪܘܙܝܢ ܐ̱ܢܫܐ .
ܕܡܫܬܘܬܟܘܢ ܐܚܝ * ܕܕܟܝܐ ܗܝ ܡܫܬܘܬܐ ܀

8. Gaudent Angeli, lætantur homines, quod immaculatum est, fratres, vestrum convivium.

ܛ ܛܘܒܐ ܫܡܝܢܐ * ܐܚܝ ܢܣܒܬܘܢ .
ܐܙܕܗܪܘ ܡܢ ܒܝܫܐ * ܕܠܡܐ ܢܓܠܘܙܟܘܢ ܀

9. Cœlestem beatitudinem, fratres, accepistis. Cavete a Malo ne spoliet vos.

ܝ ܝܘܡܢܐ ܕܢܚ ܒܗ * ܡܠܟܐ ܫܡܝܢܐ .
ܦܬܚ ܠܟܘܢ ܬܪܥܗ . * ܘܡܥܠ ܠܟܘܢ ܠܥܕܢ ܀

10. Apparuit hodie rex cœlestis: qui aperit vobis januam Paradisi et introducit vos in Eden.

ܝܐ ܟܠܝܠܐ ܕܠܐ ܚܡܨܝܢ * ܐܬܬܨܝܒܘ ܒܪ̈ܫܝܟܘܢ
ܩܠܐ ܠܬܫܒܘܚܬܐ * ܢܩܝܫܢ ܦܘܡܝ̈ܟܘܢ ܀

11. Coronæ immarcessibiles ornant capita vestra. Laudes sine intermissione ora vestra decantent.

ܝܒ ܠܐܕܡ ܒܝܕ ܦܐܪܐ * ܐܦܩܗ ܒܟܪܝܘܬܐ .
ܠܟܘܢ[a] ܕܝܢ ܒܚܕܘܐ * ܒܓܢܘܢ ܚܕܘܬܐ ܀

12. Ob fructum expulit Deus Adamum dolore oppressum; vos autem gaudio afficit in thalamo lætitiæ.

ܝܓ ܡܢܘ[b] ܕܠܐ ܚܕܐ . * ܒܓܢܘܢܟܘܢ ܐܚܝ
ܕܐܦ ܐܒܐ ܘܒܪܐ . * ܘܪܘܚܐ ܚܕܝܢ ܒܟܘܢ ܀

13. Quis non gaudeat fratres mei in vestro thalamo, nam Pater, Filius et Spiritus gaudent de vobis.

ܝܕ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܒܐ * ܫܘܪܐ ܚܣܝܢܐ .
ܘܒܪܐ ܦܪܘܩܐ * ܘܪܘܚܐ ܢܛܘܪܐ ܀

14. Sit vobis Pater murus munitus, Filius salvator, Spiritus custos.

ܝܗ ܣܗܕ̈ܐ ܒܕܡܗܘܢ * ܨܒܬܘ ܟܠܝܠܝܗܘܢ .
ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܦܪܘܩܢ * ܒܕܡܗ ܨܠܝܟܘܢ ܀

15. Martyres sanguine suo decorarunt coronas suas, vos Salvator noster sanguine suo nitidos reddidit.

[a] Ap. Al. Assem. *cod. Lit.* III, 167 : ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܒܗ ܡܠܟܐ . ܗܘܐ ܚܕܝܟܘܢ ܚܕܘܬܐ . — [b] Ex Assem. l. c. Nam cod. D. omittit hanc stropham.

[Syriac text, strophes 16–22]

16. Vigiles et Angeli lætantur super pœnitentibus, lætentur in vobis, fratres, quod eis similes estis effecti.

17. Fructus, quem non gustavit Adam in paradiso, hodie cum gaudio positus est in ore vestro.

18. Corpus suum Salvator noster præfiguravit in ligno, e quo non gustavit Adam quia peccavit.

19. Bellum gessit Malignus et reos effecit Adæ posteros. Per vestrum baptismum, fratres, ille devictus est hodie.

20. Magna est victoria quam reportastis hodie, fratrès, si eam non negligitis, nunquam peribitis.

21. Gloria illis qui induerunt vestem baptismalem, gloria Adæ posteris, propter regenerationem ex aqua lætentur et benedicantur.

22. Laus indutori eorum; gloria ecclesiis ejus; gloria illi qui Adæ posteros magnificavit.

XIV.

[Syriac text: title, responsorium, strophe 1]

Hymnus de Domino nostro et Joanne.[1]. Ejusdem toni[2].

Responsorium : Gloria tibi Domine, quem cœli et terra cum gaudio adorant.

1. Mente translatus fui ad Jordanem miraque mihi visa sunt

[1] Ex cod. (A) Mus. Britan. 14506, fol. 166-168, collato cod. 14512 (D). Iste hymnus ex iis est quæ ܣܘܓܝܬܐ *Sugita*[a] appellantur. Post proemium strophæ colloquii ordine alphabetico dispositæ sunt. Istum hymnum Ephræmi esse auctoris constat, cum ex cod. D, tum ex iis quæ post hunc hymnum in cod. A habentur. [Syriac text] : *Iterum ejusdem S. Ephræmi hymni.*

[2] Tonus est ad quem hymnus qui in codice præcedit decantatur, nempe tonus hymni de Maria et Angelo qui incipit [Syriac text]. Stropha habet quatuor versus, et versus septem syllabas.

[a] Assem. [Syriac text]. — [b] Assem. [Syriac text]. — [c] Assem. [Syriac text]. — [d] Ita Assem. D. vero habet [Syriac text]. — [e] Assem. [Syriac text]. — [f] Assem. [Syriac text]. — [g] Omnino differt Assem.

ܚܬܢܐ ܫܒܝܚܐ ܕܐܬܓܠܝ
ܚܐܪܘܬܐ[a] ܢܬܠ ܘܢܩܕܫܝܗ ܀ ܀

ܚܙܝܬ ܝܘܚܢܢ ܕܬܡܝܗ ܗܘܐ
ܘܟܢ̈ܫܐ ܚܕܪ̈ܘܗܝ . ܟܕ ܩܝܡܝܢ .
ܘܚܬܢܐ ܫܒܝܚܐ ܩܕܡ ܐܦ̈ܘܗܝ .
ܪܟܝܢ ܒܪ ܥܩܪܬܐ ܕܢܥܡܕܝܘܗܝ ܀
ܒܩܠܐ ܘܡܠܬܐ ܬܡܗ ܪܥܝܢܝ .
ܕܗܘܐ ܝܘܚܢܢ ܩܠܐ ܗܘܐ .
ܡܪܢ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܠܬܐ .
ܕܢܬܐ ܠܓܠܝܐ ܕܟܣܐ ܗܘܐ ܀
ܟܠܬܐ ܡܟܝܪܬܐ ܘܠܐ ܝܕܥܐ .
ܡܢܘ ܚܬܢܐ ܕܠܗ ܚܙܝܐ .
ܫܘܫܒܝܢܐ ܒܢܝܫܝ ܡܠܐ ܡܕܒܪܐ .
ܘܟܣܐ ܡܪܢ ܒܝܢܬܗܘܢ ܀
ܗܝܕܝܢ ܚܬܢܐ ܢܦܫܗ ܓܠܝ
ܩܪܒ ܠܝܘܚܢܢ ܠܢܗܪܐ ܡܢܬ .
ܘܙܥ ܟܪܘܙܐ ܘܐܡܪ ܥܠܘܗܝ
ܗܘܝܘ ܚܬܢܐ ܕܠܗ ܐܟܪܙܬ ܀
ܐܬܐ ܠܥܡܕܐ ܡܥܡܕ ܟܠܐ .
ܘܓܠܐ ܢܦܫܗ ܥܠ ܝܘܪܕܢܢ
ܚܙܝܗܝ ܝܘܚܢܢ ܘܐܝܕܗ ܩܦܣ .
ܒܡܬܟܫܦܢܘܬܐ ܘܗܟܢ ܐܡܪ ܀
ܐ. ܐܝܟܢܐ ܡܪܝ ܕܬܥܡܕ ܨܒܐ[b] .
ܕܐܢܬ ܒܥܡܕܟ ܡܩܕܫ ܠܟܠ .
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܟ ܚܙܝܐ .
ܢܛܘܦ ܡܢܗ ܩܘܕܫܐ ܘܡܫܡܠܝܐ ܀
ܐ. ܐܡܪ ܡܪܢ ܐܢܐ ܨܒܐ .
ܩܪܘܒ ܐܥܡܕܢܝ ܕܢܫܠܡ ܨܒܝܢܝ .

quum gloriosus sponsus[1] sponsæ se revelavit ut eam a servitute peccati eximeret atque sanctificaret.

2. Vidi Joannem attonitum et turbas circa eum stantes gloriosumque sponsum ante filium sterilis (Elisabeth) inclinatum ut ab eo baptismum acciperet.

3. Mens mea miratur tum Verbum tum Vocem. Joannes quippe Vox[2] est, Dominus autem ut Verbum prolatus est, ut in manifesto prodiret qui absconditus erat.

4. Sponsa sponso desponsata sponsum nescit quem intuetur; Adsunt paranymphi; plenum est desertum; absconditur inter eos Dominus.

5. Tunc sponsus seipsum manifestans ad Joannem juxta flumen accessit. Commotus divus præco de eo dixit : « Ipse est sponsus quem prædicavi. »

6. Venit ad baptismum auctor omnis baptismi et manifestavit se ad Jordanem. Vidit eum Joannes et manum contraxit deprecans et dicens :

7. « Quomodo, Domine, baptizari vis, qui baptismo tuo omnes sanctificas. Ad te spectat verus baptismus, e quo stillat sanctitas perfecta. »

8. Respondit Dominus : « Ego volo, accedas et conferas mihi baptismum ut impleatur mea vo-

[1] *Sponsum* seipsum Christus vocavit *Matth.* IX, 15; *Sponsa* est cœtus credentium seu Ecclesia, *Amicus sponsi* (*Joan.* III, 29); Joannes est qui paravit sponso nuptias quum prædicatione sua eum mundo annuntiavit eique animas addixit.

[2] Cfr. *Joan.* I, 23, ubi Joannes de seipso dixit : *Ego Vox clamantis in deserto.*

[a] A. ܚܐܠܐ. — [b] A. ܐܝܟ ܠܡܥܡܕ. — [c] D. ܕܠܡܥܡܕ.

ܘܠܡܚܐ ܠܨܒܝܢܝ ܠܐ ܡܫܟܚܬ
ܐܬܥܡܕ[a] ܡܢܟ ܕܗܟܢ ܨܒܝܬ ✠
ܒܒܥܘ ܐܢܐ ܡܪܝ ܠܐ ܬܐܠܨܢܝ.
ܕܥܣܩܐ ܗܝ ܗܕܐ ܕܐܡܪܬ ܠܝ.
ܐܢܐ ܣܢܝܩ ܐܢܐ ܕܐܢܬ ܠܡܥܡܕܢܝ.
ܕܐܢܬ ܗܘ ܒܙܘܦܟ ܡܕܟܐ ܟܠ ✠
ܒܥܐܬ ܘܫܦܪ ܠܝ ܕܗܟܢ ܢܗܘܐ.
ܘܐܢܬ ܝܘܚܢܢ ܠܡܢܐ ܡܬܦܠܓܬ.
ܫܒܘܩ ܟܐܢܘܬܐ ܡܫܡܠܝܢ.
ܘܬܐ ܐܥܡܕܢܝ ܠܡܢ ܦܠܝܓܬ ✠
ܡܢܘ ܠܢܘܪܐ ܐܝܟ ܡܪܐ.
ܕܢܠܒܘܟ ܒܐܝܕܘܗܝ ܟܕ ܝܩܕܐ ܗܘ.
ܐܘ ܢܘܪܐ ܚܘܣ ܥܠܝ.
ܘܠܐ ܐܬܩܪܒ ܠܟ ܕܥܣܩܐ ܗܝ ܠܝ ✠
ܓܠܝܬ[a] ܠܟ ܨܒܝܢܝ ܡܢ ܒܨܬ[b].
ܩܪܘܒ ܐܥܡܕܝܢܝ ܘܠܐ ܬܟܘܐ.
ܓܢܘܢܐ ܡܛܝܒ ܠܐ ܬܗܦܟܢܝ.
ܡܢ ܡܫܬܘܬܐ ܕܡܛܝܒܐ ✠
ܙܝܥܝܢ ܥܝܪܐ ܘܠܐ ܡܡܪܚܝܢ.
ܕܢܚܘܪܘܢ ܒܟ ܕܠܐ ܢܣܡܘܢ.
ܘܐܢܐ ܐܝܟ ܡܢܐ ܐܥܡܕܟ.
ܡܚܝܠ ܐܢܐ ܐܬܩܪܒ ܠܐ ܠܬܒܥܝܢܝ ✠

ܘܢܥܠܬ ܡܢܝ ܠܐ ܠܡܣܬܟܠܘ.
ܠܥܡܕܐ ܨܒܝܢܝ ܕܐܢܐ ܒܥܝܬ.
ܡܥܡܕܘܬܐ ܠܝ ܚܙܝܐ.
ܫܠܡ ܥܒܕܐ ܕܠܗ ܐܬܩܪܝܬ ✠
ܗܐ ܗܘ ܐܟܪܙܬܟ ܥܠ ܝܘܪܕܢܢ.
ܒܐܕܢܝ ܥܡܐ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܘ
ܘܐܢ ܚܙܐ ܠܟ ܕܡܢܝ ܡܬܥܡܕܬ.
ܡܬܦܠܓ ܒܟ ܕܠܐ ܡܪܝܐ ܐܢܬ ✠

[1] *Matth.* III, 14.

[a] A. ܓܠܝܬ. — [b] B. ܡܢܐ ܡܥܩܒܬ.

luntas. Meæ voluntati resistere non vales, baptizabor a te, quia sic volo. »

9. — Noli, quæso, Domine, noli me cogere quia difficile est quod mihi dixisti. « Ego debeo a te baptizari [1]; » hyssopo quippe tuo omnia purificas.

10. — Rogo et placet mihi rem ita fieri. Tu autem, Joannes, quid hæsitas; sine nos adimplere justitiam [2]. Age, baptiza me, quid hic anceps stas?

11. — Quis potest ignem ardentem manibus arripere? O tu qui totus ignis es miserere mei et sine ut non accedam ad te, quia res mihi difficilis est.

12. — Manifestavi tibi voluntatem meam, quid scrutaris? Age, accedens baptiza me, nec combureris. Thalamus paratus est atque convivium, ne avertas me ab eo.

13. — Contremiscunt angeli nec audent te aspicere ne excoecentur, quomodo igitur possim ego te baptizare; ne, quæso, crimini vertas; nimis infirmus sum ut accedam.

14. — Tremes tu, et contra voluntatem meam non consideras quod baptismum ad me omnino spectantem poposcerim; perfice opus ad quod vocatus es.

15. — Ecce prædicavi te ad Jordanem audiente populo incredulo, qui si viderit te a me baptizari in dubium revocabit te Dominum esse.

[2] *Matth.* III, 15.

ܗ ܗܐ ܥܡܕ ܐܢܐ ܡܢ ܥܡܐ
ܕܐܒܐ ܕܫܠܚܢܝ ܣܗܕ ܠܝ .
ܕܒܪܗ ܐܢܐ ܘܒܝ ܐܬܪܥܝ
ܢܪܥܐ ܠܐܢܫܐ ܕܪܘܓܙܐ ܗܘܐ ܀

16. — Ecce baptizabor populo vidente Patrem qui misit me testimonium mihi reddere, quod sim Filius ejus in quo sibi complacuit[1] ut reconciliaret hominem iræ subjectum.

ܘ ܘܠܐ ܠܝ ܡܪܝ ܕܐܕܥ ܟܝܢܝ .
ܕܓܒܝܠܐ ܐܢܐ ܡܢ ܐܕܡܬܐ .
ܘܐܢܬ ܓܒܠܝ ܡܩܝܡ ܟܠܐ[a] .
ܘܐܝܟ ܒܡܝܐ ܠܡܢ ܐܥܡܕܟ ܀

17. — Oportet, Domine, me nosse naturam meam, me scilicet e terra plasmatum esse, te vero mei plasmatorem omnibus subsistentiam præbentem. Ad quid igitur te in aquis baptizarem?

ܘ ܘܠܐ ܕܬܕܥ ܕܠܡܢ ܐܬܝܬ .
ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܫܐܠܬ ܕܬܥܡܕܢܝ .
ܡܨܥܝܬܐ ܗܝ ܒܐܘܪܚܐ ܕܪܕܝܬ ܒܗ .
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܐ ܬܟܠܝܗ ܀

18. — Scias oportet ad quid venerim et cur poposci baptismum a te. Baptismus media est in via qua incessi, illum ne deneges.

ܙ ܙܥܘܪ ܗܘ ܢܗܪܐ ܕܐܬܝܬ ܠܗ .
ܕܬܚܘܬ ܒܗ ܘܬܗܘܐ ܢܣܒ[b]
ܫܡܝܐ ܠܪܘܚܟ ܠܐ ܣܦܩܝܢ
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܟܡܐ ܠܐ ܬܐܚܕܟ ܀

19. — Angustior est amnis ad quem venisti ut in eum descendas baptismi ablutionem accepturus. Cœli amplitudinem tuam continere non valent quanto magis baptismus te recipere nequeat.

ܙ ܙܥܘܪܐ[c] ܗܘ ܒܛܢܐ ܡܢ ܝܘܪܕܢܢ .
ܘܒܨܒܝܢܝ ܫܪܝܬ ܒܒܬܘܠܬܐ .
ܘܐܝܟ ܕܐܬܝܠܕܬ ܡܢ ܡܪܒܥܐ .
ܗܟܢ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܒܗ ܠܡܥܡܕ ܀

20. — Jordane angustior est uterus, sponte tamen in utero virginis habitavi. Porro sicut ex utero virginis nasci potui, ita in Jordane baptismum suscipere possum.

ܚ ܚܝܠܘܬܐ ܗܐ ܩܝܡܝܢ .
ܓܘܕܐ ܕܥܝܪܐ ܗܐ ܣܓܕܝܢ .
ܘܠܝ ܡܢܥ ܐܢܐ ܡܪܝ[d] ܕܐܬܩܪܒ
ܕܚܠ ܐܢܐ ܠܟ ܡܢ ܠܡܥܡܕܟ ܀

21. — Ecce cœlestes exercitus adstant et agmina Angelorum adorant; porro commotio tremorque, Domine, obstant ne ad te baptizandum accedam.

ܚ ܚܝܠܐ ܘܥܝܪܐ ܠܟ ܡܛܘܒܝܢ .
ܟܠܗܘܢ ܥܡܐ ܕܠܟ ܓܒܝܬܟ .
ܠܡܗܘܐ ܥܡܕܢܝ ܡܢ ܡܪܒܥܐ .
ܗܫܐ ܠܐ ܬܕܚܠ ܕܐܢܐ ܨܒܝܬ ܀

22. — Cœlestium virtutum agmina universa beatum te prædicant quod te ab utero elegerim ut baptismum mihi conferas; ne igitur timeas quum mea sit voluntas.

[1] *Matth.* III, 17.

[a] D. ܟܠܗ. — [b] D. ܢܣܒܬ. — [c] D. ܢܘܗܪܐ. — [d] A. om. ܡܪܝ.

ܛܝܒܬ ܐܘܪܚܐ ܕܐܫܬܕܪܬ .
ܡܟܪܬ ܟܠܬܐ ܕܐܬܦܩܕܬ .
ܝܐܐ ܕܢܣܒ ܚܠܦ ܥܠܡܐ[a]
ܗܫܐ ܕܐܬܝܬ ܘܠܐ ܐܥܡܕܟ ✤

ܛܘܝܒܝ[b] ܗܢܘ ܕܘܠܐ ܕܢܗܘܐ .
ܐܝܟܢܐ ܕܨܒܐ ܒܗ ܢܚܘܬ .
ܘܐܣܒܠ ܐܢܐ ܠܡܥܡܕܝ .
ܘܣܘܪܝ ܒܗ ܘܠܐ ܢܬܕܘܢ ✤

ܠܡܢܐ ܕܐܦ ܠܟܝ ܐܥܡܕ .
ܕܗܘܐ ܐܢܬ ܒܐܒܘܟ ܘܐܒܘܟ ܒܟ .
ܡܩܕܫ ܠܟܘܡܪܐ ܐܢܬ ܢܦܫܟ .
ܡܢܐ ܦܫܝܛܐ ܠܟܝ ܡܝܐ ✤
ܠܒܢܘܗܝ . ܕܐܕܡ ܠܟ ܣܟܝܢ .
ܕܠܗܘܢ ܚܕܬܐ ܐܘܚܝ ܠܗܘܢ .
ܐܘܪܚܐ ܒܡܝܐ ܐܦܬܚ ܠܗܘܢ .
ܘܕܠܐ ܐܢܬ ܠܐ ܡܫܟܚܐ ✤
ܡܢ ܟܘܡܪܐ ܡܢܟ ܡܬܩܕܫܝܢ .
ܟܗܢܐ ܒܙܘܦܐ ܡܬܚܣܝܢ .
ܡܫܝܚܐ ܘܡܠܟܐ ܐܢܬ ܡܩܝܡ .
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܡܢ ܠܟ ܝܬܪܐ ✤
ܡܢ ܟܠܬܐ ܕܡܟܪܬ ܠܝ ܣܟܝܐ .
ܐܝܟ ܕܐܢܚܘܬ ܘܐܩܕܫܝܗ .
ܪܚܡܐ ܕܚܬܢܐ ܠܐ ܬܟܠܐ .
ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܠܝ ܣܟܝܐ ✤
ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܟܪܝܗܐ ܐܢܐ .
ܕܐܓܫܘܫ ܒܐܝܕܝ ܦܓܪܟ .
ܗܐ ܕܠܝܩܝܢ ܡܫܝܪܝܢ ܕܝܠܟ .
ܦܩܘܕ ܠܚܕ ܡܢ ܡܠܐܟܝܟ ܢܥܡܕܟ ✤
ܠܐ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܦܓܪܐ ܐܬܠܒܫܬ .

23. — Paravi viam, quæ mea erat missio; desponsavi sponsam quod facere jussus eram. Nunc, quum adveneris diffundatur manifestatio tua per mundum, nec tibi baptismum conferam.

24. — Præparatio mea talis esse debet qualem illam volo; descendam igitur in Jordanem, baptismum suscipiam armaque conficiam quibus baptismum suscipientes dealbentur et invincibiles reddantur.

25. — Ad quid baptizem Filium Patris, tu enim in Patre es et Pater in te, tu ipse sanctificas sacerdotes. Ad quid aquam simplicem postulas?

26. — Filii Adæ a me expectant novæ generationis donum; aperiam eis viam in aqua; hoc autem absque meo baptismo possibile non est.

27. — Sacrificatores a te consecrantur et sacerdotes hyssopo tuo mundantur, unctos et reges constituis. Quid proderit tibi baptismus?

28. — Sponsa quam desponsasti mihi expectat, ut in fluvium descendens baptizer et sanctificem eam. Amice sponsi ne deneges ablutionem quæ me expectat.

29. — Non possum infirmus ego manibus attrectare ignitum tuum corpus. Ardent autem tuæ legiones cœlestes : uni ex angelis tuis præcipe ut baptizet te.

30. — Non ab angelis corpus

[a] A. om. ܚܠܦ ܥܠܡܐ. — [b] D. ܛܘܝܒܝ.

ܕܒܥܝܬ ܠܡܠܐܟܐ ܕܢܗܘܐ ܡܥܡܕܢܝ .
ܦܓܪܐ ܕܐܢܫܐ ܗܘ ܠܒܫܬ ܐܢܐ
ܘܐܬܐ ܒܪ ܐܢܫ ܠܝ ܡܥܡܕܢܐ ܀

ܚܙܐܘܟ ܡܝܐ ܘܐܙܕܥܙܥܘ ܛܒ .
ܚܙܐܘܟ ܡܝܐ ܘܗܘܘ ܕܠܚܝܢ .
ܪܬܚܐ ܢܗܪܐ ܡܢ ܙܘܥܐ .
ܘܐܢܐ ܡܚܝܠܐ ܐܝܟܢ ܐܥܡܕܟ ܀

ܡܝܐ ܒܡܥܡܘܕܝܬܝ ܡܬܩܕܫܝܢ .
ܘܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܡܢܝ ܢܣܒܝܢ .
ܘܐܢ ܐܢܐ ܠܐ ܐܬܥܡܕܬ .
ܕܢܝܠܕܘܢ ܝܠܕܐ ܕܠܐ ܡܝܬܝܢ ܀

ܐܢ ܢܘܪܐ ܠܢܘܪܟ ܐܢ ܩܪܒܐ .
ܢܕܠܩ ܗܘ ܐܝܟ ܚܨܕܐ .
ܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ܠܐ ܣܝܒܪܟ .
ܘܐܢܐ ܡܚܝܠܐ ܐܝܟܢ ܐܥܡܕܟ ܀

ܐܢ ܢܘܪܐ ܐܢܐ ܕܐܬܝܩܕܬ .
ܡܛܠ ܐܢܫܐ ܫܒܪܐ ܗܘܝܬ .
ܒܡܪܒܥܐ ܚܬܝܡܐ ܕܒܬܘܠܬܐ .
ܘܗܫܐ ܠܡܥܡܕܘ ܒܝܘܪܕܢܢ ܀

ܦܐܝܐ ܠܟ ܕܬܥܡܕܢܝ .
ܕܗܟܢܐ ܩܕܝܫ ܐܢܬ ܕܬܕܟܐ ܟܠ .
ܒܟ ܗܘ ܛܢܦܐ ܡܬܩܕܫܝܢ .
ܘܐܢܬ ܩܕܝܫ ܐܝܟ ܡܥܡܕܢܐ ܀

ܦܐܝܐ ܕܬܥܡܕܢܝ ܠܡܥܡܕܘ .
ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܐܢܐ ܘܠܐ ܚܪܝܢܐ .
ܗܐ ܐܥܡܕܬܟ ܒܟܪܣܐ .
ܐܥܡܕܝܢܝ ܒܝܘܪܕܢܢ ܀

ܥܒܕܐ ܐܢܐ ܡܣܟܢܐ ܐܢܐ .
ܡܚܪܪ ܟܠ ܐܢܬ ܚܘܢ ܠܝ .

a D. [illegible]. — b [illegible].

assumpsi ut advocem angelum ad me baptizandum. Humanum corpus indui, ab homine sum baptizandus.

31. — Aquæ viderunt te et valde tremuerunt; viderunt te aquæ et concussæ sunt; spumat præ agitatione amnis et ego infirmus quomodo tibi baptismum conferre audeam?

32. — Aquæ baptismo meo sanctificantur, ignem spiritumque a me accipiunt. Quod nisi baptismum accepero, facultatem non habebunt generandi filios immortales.

33. — Ignis igni tuo si accedat, exardescit ut stipula. Mons Sinaï te non sustinuit, quomodo infirmus ego possim te baptizare?

34. — Ego sum ignis accensus, propter homines infans factus in intemerato virginis utero, nunc vero in Jordane baptizandus.

35. — Valde decet ut tu me baptizes qui ita sanctus es ut omnia mundare possis. Per te contaminata sanctificantur; quum igitur ita sanctus sis, ad quid baptismum suscipias?

36. — Valde oportet ut tu absque contentione ut jubeo me baptizes. Baptizavi te in utero, baptiza me in Jordane.

37. — Servus sum prorsus inops, tu qui omnes liberas, miserere mei. Corrigias calceamento-

ܠܥܩܒܝ ܕܐܫܪܐ ܠܐ ܐܫܬܘܝܬ .
ܠܪܫܟ ܪܡܐ ܡܢ ܐܡܛܝܢܝ ܀

ܠܚ ܒܥܡܕܐ ܕܝܠܝ ܥܒܕܐ ܡܬܚܪܪܝܢ .
ܫܛܪ̈ܐ ܒܡܥܡܕܝ ܡܬܨܪܝܢ .
ܚܐܪܘܬܐ ܒܡܝܐ ܡܬܚܬܡܐ .
ܘܐܠܐ ܐܥܡܕ ܒܛܠ̈ܢ ܟܠܗܝܢ ܀

ܠܛ ܦܪܡܛܐ ܕܢܘܪܐ ܐܐܪ ܛܐܣ
ܘܣܟܝܐ ܠܟ ܥܠ ܝܘܪܕܢܢ .
ܘܐܢ ܫܡܥܬ ܠܗ ܘܠܡܥܡܕ ܨܒܝܬ .
ܐܢܬ ܠܟ ܐܥܡܕ ܘܫܡܠܐ ܠܟܠ ܀

ܡ ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܐܢܬ ܠܥܡܕܢܝ .
ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܛܥܐ ܘܢܐܡܪ ܥܠܝ
ܐܠܐ ܢܘܟܪܝ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܐ
ܠܡܢ ܠܘܝܐ ܕܚܠ ܠܡܥܡܕܗ ܀

ܡܐ ܟܕ ܩܒܠ ܐܢܬ ܥܡܕܐ .
ܐܝܟܢ ܐܫܠܡ ܥܠ ܝܘܪܕܢܢ .
ܕܐܒܐ (ܘܪܘܚܐ)[2] ܒܟ ܡܬܚܙܝܢ .
ܘܠܡܢ ܩܪܐ ܐܝܟ ܟܘܡܪܐ ܀

ܡܒ ܨܠܘܬܐ ܒܫܠܝܐ ܡܫܬܠܡܐ .
ܐܝܕܟ ܒܠܚܘܕ ܬܐ ܣܝܡ ܥܠܝ .
ܘܐܒܐ ܩܪܐ ܚܠܦ ܟܘܡܪܐ .
ܐܝܟ ܕܘܠܐ ܡܛܠ ܒܪܗ ܀

ܡܓ ܓܒ̈ܝܐ ܟܠܗܘܢ ܗܐ ܩܝܡܝܢ .
ܙܡܝܢ̈ܐ ܕܚܬܢܐ ܗܐ ܣܗܕܝܢ .
ܕܟܠܝܘܡ ܐܡܪܬ ܒܝܢܬܗܘܢ
ܕܩܠܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܡܠܬܐ ܀

ܡܕ ܩܠܐ ܕܩܪܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܫܡܠܐ ܥܒܕܐ ܕܐܬܝܬ ܠܗ .
ܕܢܟܪܘܙ ܚܘܪܒܐ ܕܢܦܩܬ ܠܗ .
ܒܦܩܥܐ ܪܒܐ ܕܐܟܪܙܬ ܒܗ ܀

rum tuorum solvere impar sum [1], quis dignum me reddet sublimissimum tuum attingere caput?

38. — Meo baptismo servi libertatem adipiscuntur, chirographa lacerantur, manumissio in aquis obsignatur. Si baptizatus non fuero hæc omnia irrita fient.

39. — Scintilla ignis in aere expectat te super Jordane; si illi assentiris et baptizari vis, tu teipsum abluas et perficias omnia.

40. — Decet te mihi baptismum conferre ne quis erret et dicat de me : si non esset alienus a Patre cur levita timuisset ipsum baptizare?

41. — Quando baptismum suscipies, quomodo orationem absolvam super Jordanem, Patre et Spiritu sancto super te apparentibus, quemnam pro more sacerdotum invocabo?

42. — Oratio in silentio absolvetur, age, manum tuam dumtaxat impone mihi, et Pater loco sacerdotis proclamabit quod oportet de Filio suo.

43. — Electi omnes ecce adstant, ecce qui a sponso invitati sunt testes sunt me quotidie dixisse inter eos : « Vox sum, non Verbum. »

44. — Vox clamantis in deserto : perfice opus ad quod venisti ut proclamet desertum te exisse ad eum in magna planitie ubi prædicasti.

[1] *Marc.* I, 7.

[2] Vocabulum ܘܪܘܚܐ deest in utroque codice, sed illud exigit mensura versus.

ܪ ܩܥܬܐ ܕܥܝܪ̈ܐ ܠܐܕܢܝ ܡܛܐ .
ܕܗܐ ܫܡܥ ܐܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܐ .
ܚܝ̈ܠܘܬܐ ܕܡܩܥܝܢ .
ܕܢܚܟ ܚܬܢܐ ܚܝܐ ܠܥܠܡܐ ✤

45. — Clamor angelorum pervenit ad aures meas. Ecce audio e domo Patris cœlestes virtutes exclamantes : « Epiphania tua, sponse, vivificat mundum. »

ܪ ܪܗܛ ܙܒܢܐ ܘܠܝ ܣܟܝܢ .
ܫܘܫܒܝ̈ܢܐ ܕܢܚܙܘܢ ܡܢ ܡܬܥܒܕ:
ܗܐ ܐܥܡܕܝܢܝ ܕܢܫܬܒܚ
ܩܠܐ ܕܐܒܐ ܗܐ ܕܡܫܬܡܥ ✤

46. — Festinat tempus et me spectant paranymphi ut videant quid geritur; eia, age, confer mihi baptismum ut laudetur vox Patris quæ mox resonabit.

ܫ ܫܡܥ ܐܢܐ ܡܪܝ ܐܝܟ ܡܠܬܟ
ܗܐ ܠܥܡܕܐ ܕܚܒܟ ܠܟ .
ܚܙܐ ܥܦܪܐ ܕܠܗܕܐ ܡܛܐ .
ܕܐܝܕܗ ܠܓܒܘܠܗ ܢܣܝܡ ✤

47. — Audio, Domine, juxta verbum tuum, eia, veni ad baptismum ad quem tuus te amor compellit. Summa cum veneratione contemplatur homo pulvis se eo usque pertigisse ut manum suam plasmatori suo imponat.

ܫ ܫܠܝܢ ܗܘܘ ܣܕܪ̈ܐ ܕܒܫܡܝܐ .
ܘܢܚܬ ܚܬܢܐ ܠܝܘܪܕܢܢ .
ܥܡܕ ܡܚܕܐ ܘܡܚܕܐ ܣܠܩ
ܘܐܙܠܓ ܢܘܗܪܗ ܥܠ ܥܠܡܐ ✤

48. Stabant in silentio cœlestia agmina; descendit sanctissimus sponsus in Jordanem; baptismo suscepto mox ascendit et lux ejus effulsit super mundum.

ܬ ܬܪ̈ܥܐ ܕܪܘܡܐ ܐܬܦܬܚܘ ܠܥܠ .
ܘܩܠܗ ܕܐܒܐ ܗܘ ܡܫܬܡܥ .
ܕܗܢܘ ܚܒܝܒܐ ܕܒܗ ܐܨܛܒܝܬ[1] .
ܟܠܟܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܠܗ ܣܓܘܕܘ ✤

49. Portæ cœli apertæ sunt et vox Patris audita est : « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui[1]. » Eia, omnes populi ipsum adorate.

ܬ ܬܡܗܘ ܚܙ̈ܝܐ ܟܕ ܚܙܝܢ .
ܠܪܘܚܐ ܕܢܚܬܐ ܕܬܣܗܕ ܥܠܘܗܝ .
ܬܘܕܝ ܠܕܢܚܟ ܡܚܕܝ ܟܠ .
ܕܒܓܠܝܢܟ[2] ܢܗܪ ܥܠܡܐ ✤

50. Stabant spectatores stupefacti videntes Spiritum descendisse ut de illo testimonium perhiberet. Laus, Domine, Epiphaniæ tuæ quæ omnes lætificat. In manifestatione tua totus resplenduit mundus.

ܫܠܡ ܡܕܪܫܐ ܕܥܠ ܡܪܢ ܘܝܘܚܢܢ .

Explicit hymnus de Domino nostro et Joanne.

[1] *Matth.* III, 17.
[2] A. ܒܓܠܝܢܗ.

XV.

ܬܘܒ ܣܘܓܝܬܐ ܕܥܠ ܡܪܝܡ ܘܡܓܘܫܐ[a]
ܒܩܠܐ . ܚܝܠܗ ܕܐܒܐ[b]

ܒܡܘܠܕܗ ܕܒܪܐ ܢܘܗܪܐ ܕܢܚ ܃
ܘܥܪܩ ܚܫܘܟܐ ܡܢ ܥܠܡܐ .
ܘܢܗܪܬ ܬܒܝܠ ܘܬܫܒܚܝܘܗܝ
ܠܒܪܐ[c] ܕܐܒܐ ܕܗܘ ܐܢܗܪܗ ܀
ܕܢܚ ܡܢ ܟܪܣܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܃
ܘܥܒܪܘ ܛܠܠܐ ܟܕ ܐܬܚܙܝ .
ܚܫܘܟܐ ܕܛܘܥܝܐ ܒܗ ܐܬܕܝܫ ܃
ܘܢܗܪܘ ܣܘܦܐ ܕܢܫܒܚܘܢ ܀
ܒܥܡܡܐ ܪܘܫܐ ܪܒܐ ܗܘܐ .
ܘܒܚܫܘܟܐ ܢܘܗܪܐ ܕܢܚ .
ܘܪܘܙ[d] ܠܥܡܡܐ ܕܢܫܒܚܘܢ
ܠܗܘ ܕܒܡܘܠܕܗ ܢܗܪ ܐܢܘܢ ܀
ܐܬܦܫܛ ܢܘܗܪܗ ܥܠ ܡܕܢܚܐ ܃
ܘܢܗܪܬ ܦܪܣ ܡܢ ܟܘܟܒܐ .
ܕܢܚܐ ܡܫܝܚܐ ܠܗ ܩܪܝܗ ܃
ܕܐܬܐ ܕܒܚܐ[e] ܡܚܕܐ ܠܟܠ ܀
ܪܗܛ ܟܘܟܒܐ ܘܐܬܐ ܕܢܚ .
ܒܝܢ ܚܫܘܟܐ ܘܩܪܐ ܠܥܡܡܐ .
ܕܢܐܬܘܢ ܒܥܡܡܐ ܘܢܬܒܣܡܘܢ .
ܒܢܘܗܪܐ ܪܒܐ ܕܠܐܪܥܐ ܢܚܬ ܀

XV.

Hymnus de Maria et Magis[1].
Tono : Virtus Patris[2].

1. Nato Filio lux effulsit et fugatæ sunt e mundo tenebræ atque orbis illuminatus est. Laudet ergo Filium, splendorem Patris[3], qui illum illuminavit.

2. Ortus est ex utero virginis. Mox ut apparuit defecerunt umbræ; expulsæ sunt ab eo tenebræ erroris et illuminati sunt fines orbis. Laudes ergo illi referantur.

3. In populis tumultus magnus factus est et lux orta est in tenebris. Exultarunt gentes ut laudarent illum qui sua nativitate eas illuminavit.

4. Lucis ejus fulgor Orientem pervasit, stella Persidem illuminavit; Christi ortus eam invitavit eique nuntiavit venisse victimam quæ omnes gaudio afficit.

5. Illico præcurrens sidus inter tenebras effulsit populosque vocavit ut venientes fruerentur magno lumine quod in terram descendit.

[1] Textus desumptus est ex *Breviario Maronitico* Romæ impresso anno 1656, Parte Hiemali pag. ܬܦܐ — ܬܨܗ, collato codice (A) Musæi Brit. 14506, f. 163-166. Usi sumus versione latina quam confecit Joannes Baptista Marus. Cfr. S. Ephræmi *Opp. græco-lat.* III, 601-603. Hanc versionem ita immutavimus ut pressius litteræ inhæreret. Cum isto hymno conferenda sunt quæ habet S. Ephræmus in *Evangelii concordantis Expositione* p. 29-32.

[2] Hymnus hic, sicut præcedens, unus est ex iis, qui ܣܘܓܝܬܐ *Sugita* appellantur. Stropha quatuor habet versus septem syllabarum sicut Sugita *De Angelo et Maria*, ad cujus tonum decantatur. Voces enim « ܚܝܠܗ ܕܐܒܐ *virtus Patris* » initium efformant hymni *De Angelo et Maria*, ut patebit e textu quem in altero volumine edituri sumus.

[3] *Hebr*. 1, 2.

[a] Ex Cod. A. — [b] Initium est Sugitæ *De Angelo et Maria*. Cod. A addit sequens ܥܘܢܝܐ seu Responsorium quod vitiatum fuerit ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܢ ܕܡܠܟܘܬܟ ܗܝ ܡܠܝܐ ܡܢ ܢܘܗܪܟ . ܘܗܘ ܘܐܬܟܣܝܘ ܟܠܢ ܕܢܬܐ ܡܢ ܕܡܫܬܘܬܦܘ ܟܠܢ . — [c] M. ܠܒܪܗ . [d] M. ܘܪܘܙ . — [e] A. ܕܒܚܐ ܕܚܕܝܐ .

ܚܕ ܐܐܪ ܡܢ ܟܘܟܒܐ :
ܫܕܪ ܚܕ ܕܢܒܪܐ ܠܗܘܢ a
ܠܒܢܝ ܦܪܣ ܕܢܬܛܝܒܘܢ :
ܠܐܘܪܥܗ b ܕܡܠܟܐ ܘܠܗ c ܢܣܓܕܘܢ ✣

ܩܪܬ ܠܡܓܘܫܐ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ :
ܐܬܘܪ ܪܒܬܐ d ܟܕ ܐܬܪܥܝܬ .
ܘܣܒܘ e ܩܘܪܒܢܐ ܘܙܠܘ ܝܩܪܘܗܝ :
ܠܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܒܝܗܘܕ ܕܢܚ ✣
ܪܫܢܐ ܦܪܣ ܟܕ ܪܘܙܝܢ .
ܛܥܢܘ ܩܘܪܒܢܐ ܡܢ ܐܬܪܗܘܢ .
ܘܐܝܬܝܘ ܠܒܪܗ ܕܒܬܘܠܬܐ .
ܕܗܒܐ ܘܡܘܪܐ ܘܠܒܘܢܬܐ ✣

ܐܝܟ ܝܠܘܕܐ ܟܕ ܥܠܘ ܐܫܟܚܘܗܝ f
ܕܫܪܐ ܒܒܝܬܗ ܕܡܣܟܢܬܐ :
ܘܩܪܒܘ g ܘܣܓܕܘ ܟܕ ܪܘܙܝܢ
ܘܩܪܒܘ ܩܕܡܘܗܝ ܣܝܡܬܗܘܢ ✣
ܐ. ܐܡܪܬ h ܡܪܝܡ ܗܠܝܢ ܠܡܢ i ✣
ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܘܡܢ ܥܠܬܐ .
ܩܪܟܘܢ ܕܬܐܬܘܢ ܡܢ ܐܬܪܟܘܢ .
ܥܡ ܠܛܠܝܐ ܒܣܝܡܬܟܘܢ ✣
ܒ. ܐܦܢܝܘ ܗܢܘܢ k ܡܠܟܐ ܗܘ ܒܪܟܝ .
ܘܦܪܝܣ ܬܓ̈ܐ l ܘܡܠܟܐ m ܗܘ ܕܟܠ .
ܘܪܡ n ܫܘܠܛܢܗ ܥܠ ܥܠܡܐ o :
ܘܠܡܠܟܘܬܗ ܟܠ p ܡܫܬܡܥ

ܓ ܐܝܡܬܝ ܙܒܢܐ ܗܕܐ ܗܘܬ :
ܕܐܝܠܕ ܡܠܟܐ ܡܣܟܢܬܐ .
ܕܡܣܟܢܐ ܐܢܐ ܘܡܚܝ̈ܠܐ .
ܘܐܝܟ ܡܠܟܐ ܡܢܝ ܢܦܩ ✣

6. Æther unam e stellis nunciam misit Persis ut properarent in occursum regis eum adoraturi.

7. Edocta magna Assyria Magos vocavit dicens : « Acceptis muneribus pergite in Judæam ad honorandum magnum regem ibi natum. »

8. Persidis principes cum exultatione sumpserunt e sua regione munera et Filio virginis attulerunt aurum, myrrham, et thus [1].

9. Domum ingressi pauperculæ invenerunt infantem in ea jacentem; accedentes autem cum exultatione adoraverunt et coram eo protulerunt thesauros suos.

10. Dixit [2] Maria : « Cui hæc? Ad quid? Et quæ causa vocavit vos ex vestra regione, ut ad Puerum cum thesauris vestris veniretis? »

11. Reponunt illi : « Rex est filius tuus et diademata omnia in suo capite connectit quum sit rex omnium; altior est mundo potestas ejus et ipsius imperio omnia parent. »

12. — Quandonam contigit unquam, ut Paupercula regem pareret? inops sum, et egens, quomodo ex me rex prodire potuit?

[1] *Matth.* II, 11, juxta versionem *Simplicem*.

[2] Quæ præcedunt exordium quodquam constituunt quo inducitur colloquium inter Mariam et Magos. Singulæ autem colloquii strophæ ordine alphabetico dispositæ sunt.

a A. ܠܗܘܢ ܘܐܬܪ ܦܪܣ ܘܐܠܐ ܡܢ . ܟܘܟܒܐ ܢܒܗ . — b A. ܠܐܘܪܥܗ . — c A. ܘܠܗ . — d A. ܐܬܘܪ ܡܓܘܫܐ . — e M. ܘܣܒܘ . — f M. ܐܫܟܚܘܗ . — g A. ܘܩܪܒܘ . — h A. ܐܡܪܬ . — i A. ܠܡܢ quod et infra constanter. — k A. ܡܢܗܘܢ . — l A. ܬܓ̈ܐ ubique. — m A. ܘܡܠܟܐ . — n M. ܘܪܡ . — o M. ܡܢ ܥܠܡܐ . — p M. om. ܟܠ .

ܒ ܒܟܝ[a] ܒܠܚܘܕܝܟܝ ܗܕܐ ܗܘܬ :
ܕܡܠܟܐ ܪܒܐ ܒܟܝ ܢܕܢܚ .
ܘܡܣܟܢܘܬܐ ܒܟܝ ܬܪܒܐ :
ܘܠܒܪܟܝ ܬܓ̈ܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ✤

13. — Tibi soli hoc contigit ut magnus rex ex te prodiret. In te paupertas magnificabitur Filioque tuo diademata subjicientur.

ܓܙܐ ܕܡܠܟܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ :
ܥܘܬܪܐ ܡܡܬܘܡ ܠܐ ܩܪܒ ܠܝ .
ܒܝܬܐ ܡܣܟܢܐ ܘܡܘܬܒܐ ܣܦܝܩܐ[b] :
ܘܡܠܟܐ ܗܘ ܒܪܝ ܠܡܢܐ[c] ܐܟܪܙܬܘܢ ✤

14. — Regum thesauros non possideo; divitiæ mihi nunquam obvenerunt. Domus en paupercula et domicilium vacuum, cur ergo filium meum regem prædicatis?

ܓܙܐ ܪܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܟܝ :
ܘܥܘܬܪܗ ܕܣܦܩ ܕܢܥܬܪ ܟܠ[d] .
ܓܙ̈ܐ ܕܡܠܟ̈ܐ ܡܬܚܣܪܝܢ .
ܘܗܘ ܠܐ ܚܣܪ ܐܘ ܡܬܟܝܠ ✤

15. — Thesaurus magnus est filius tuus; ejus divitiæ omnibus ditandis sufficiunt. Regum thesauri interdum deficiunt, ipse vero nec deficere nec mensurari potest.

ܝ ܕܠܡܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܡܠܟܟܘܢ :
ܡܠܟܐ ܕܝܠܝܕ ܒܥܘ ܥܠܘܗܝ .
ܗܢܐ[e] ܒܪܗ ܗܘ ܕܡܣܟܝܢܬܐ :
ܕܠܡܚܙܐ ܠܡܠܟܐ ܠܐ ܫܘܝܐ ✤

16. — Ne alius forte sit rex vester qui natus est perquirite. Iste filius est pauperculæ, quæ regem ut videat impar est.

ܝ ܕܠܡܐ ܡܨܐ ܕܢܗܪܐ ܡܫܬܕܪ :
ܢܗܘܪܐ ܐܘܪܚܐ ܡܢ ܕܢܣܛܐ .
ܠܐ ܚܫܘܟܐ ܩܪܐ ܘܐܝܬܝ[f] :
ܒܢܘܗܪܐ ܕܒܪܢ ܘܡܠܟܐ ܗܘ ܒܪܟܝ ✤

17. — Numquid possibile est ut immissa lux a via deflectat? Tenebræ nos nec vocarunt nec adduxerunt, sed lux gressus nostros direxit : Rex est Filius tuus.

ܗ ܗܐ ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܘܠܐ ܫܠܝܐ :
ܘܒܝܬܐ ܕܐܡܗ ܣܪ̈ܝܩ ܣܦܝܩ[g] .
ܡܢܐ ܕܡܠܟܐ ܠܐ ܐܝܬ ܒܗ :
ܘܐܝܟ ܡܠܟܐ ܒܗ ܡܬܚܙܐ ✤

18. — Videtis puerulum qui fari nequit et matris domum inanem et vacuam. Regium quidquam in ea non est, quo modo rex in ea conspiceretur?

ܗ ܗܐ ܚܙܝܢ ܕܫܠܝܐ ܘܢܝܚ :
ܡܠܟܐ[h] ܘܡܟܝܟ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬܝ .
ܘܚܙܝܢ ܠܥܠ ܕܟܘܟ̈ܒܐ .
ܒܪܘܡܐ ܦܪܗܒܝܢ[i] ܕܢܣܒܪܘܢ ✤

19. — Ecce videmus regem fari nescium, quietum, humilem, ut dixisti, simul autem videmus astra in cœlo festinare ut eum annuntient.

ܘ ܘܠܐ ܠܓܒܪ̈ܐ ܕܬܒܥܘܢ :
ܡܢܘ ܡܠܟܐ ܥܕ ܠܐ ܢܣܒܪܘܢ .

20. — Viri, oportet vos inquirere quis est rex ille antequam

[a] A. omittit stropham. — [b] A. ܣܦܝܩ . — [c] A. add. ܠܐ . — [d] A. ܟܠܗ . — [e] A. ܗܢܘ . — [f] A. ܘܐܝܬܝܢ . — [g] M. ܣܦܝܩ . — [h] A. ܡܠܟܐ . — [i] A. ܪܗܛܝܢ .

ܕܠܡܐ ܐܘܪܚܐ ܐܛܥܝܬܘܢ .
ܘܡܠܟܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ[a] ܀

ܘ ܦܐܐ ܛܠܝܬܐ ܕܬܗܝܡܢܝ[b] .
ܕܝܠܦܢ ܠܢ ܕܡܠܟܐ ܒܪܟܝ .
ܡܢ ܢܘܗܪܐ ܕܠܐ ܡܛܥܝܢ :
ܘܫܦܝܐ ܐܘܪܚܐ ܘܗܘ ܐܝܬܝܢ ܀

ܙ ܙܥܘܪ ܫܒܪܐ ܘܗܐ ܠܝܬ ܠܗ :
ܬܐܓܐ ܕܡܠܟܐ ܘܟܘܪܣܝܐ .
ܘܡܢܐ ܚܙܝܬܘܢ ܕܐܦܬܚܬܘܢ[c]
ܐܝܟ ܕܠܡܠܟܐ ܣܝܡܬܟܘܢ ܀

ܙ ܙܥܘܪ ܕܗܘ ܨܒܐ ܡܟܝܟܘܬܐ ܘܪܚܡ :
ܘܡܟܝܟ ܗܢܐ[d] ܥܕ ܕܢܬܓܠܐ .
ܐܝܬ ܠܗ ܙܒܢܐ ܕܢܬܟܦܦܘܢ
ܩܕܡܘܗܝ ܬܐܓ̈ܐ ܘܠܗ ܢܣܓܕܘܢ ܀

ܚ ܚܝܠܘ̈ܬܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ :
ܘܠܐ ܠܓܝ̈ܘܢܐ ܘܡܫܪ̈ܝܬܐ ܠܒܪܝ .
ܒܡܣܟܢܘܬܐ ܕܐܡܗ ܫܪܐ[e] :
ܘܡܢܐ ܡܠܟܐ ܠܗ ܩܥܝܬܘܢ[f] ܀

ܚ ܚܝܠܘ̈ܬܐ ܕܒܪܟܝ ܥܠܝܐ :
ܪܟܝܒܝܢ ܐܐܪ ܘܡܬܦܠܓܝܢ .
ܚܕ ܗܘ ܡܢܗܘܢ[g] ܐܬܐ ܩܪܢ :
ܘܟܠܗ ܐܙܝܥ ܐܬܪܢ[h] ܀

ܛ ܛܠܝܐ ܫܒܪܐ ܘܐܝܟܢ ܡܡܠܟ .
ܕܗܘܐ ܥܠܡܐ ܝܚܝܕ ܒܠܥܕܘܗܝ[i] .
ܘܥܠ ܓܢܒܪ̈ܐ ܘܡܫܡ̈ܗܐ :
ܐܝܟ ܛܠܝܐ ܡܕܒܪ ܠܗܘܢ ܀

ܛ ܛܠܝܟܝ ܣܒܐ ܐܘ ܒܬܘܠܬܐ[k] :
ܘܥܬܝܩ[l] ܝܘܡ̈ܬܐ ܘܩܕܝܡ ܠܟܠ .

eum adoretis, ne forte viam aberrari vos contigerit et alius sit rex qui natus est.

21. — Oportet, puella, credas, nos edoctos esse a stella quæ aberrare nequit, filium tuum regem esse, et plana quidem est via, per quam nos stella adduxit.

22. — Parvulus est infans, et ecce, ut cernitis, nec diadema regium habet nec thronum. Quid ergo vidistis ut profusis thesauris vestris eum tanquam regem honoretis.

23. — Parvulus est quia ipse voluit et diligit mansuetudinem et humilitatem donec manifestetur. At erit tempus quo incurvabunt se coram eo omnia diademata eumque adorabunt.

24. — Filius meus nec exercitus, nec legiones, nec agmina habet; in paupertate jacet matris suæ. Cur eum regem appellatis?

25. — Exercitus filii tui cœlestes sunt, in æthere vehuntur, lucidos suos radios quocumque spargunt, unus ex eis venit ut nos vocaret. Tota regio nostra perterrita fuit.

26. — Recens est infans, et quomodo rex esse possit quum mundo sit ignotus? Quomodo puerulus potentes ac famosos regere possit?

27. — Puerulus tuus senex est, o virgo, ipse est Antiquus dierum et omnia præcessit tempora. Ada-

[a] M. ܕܝܠܕܢ. — [b] M. ܕܬܗܝܡܢܝܢ. — [c] A. ܕܐܦܬܚܬܘܢ. — [d] A. ܗܢܐ ܘܡܟܝܟ. — [e] A. ܫܪܐ. [f] A. ܩܥܝܬܘܢ. — [g] A. ܕܐܬܐ ܡܢܗܘܢ ܚܕ ܗܘ. — [h] B. ܐܙܝܥܐܬܪܢ. [i] A. ܟܠܐ ܒܠܥܕ. [k] A. ܒܬܘܠܬܐ. — [l] A. ܘܥܬܝܩ.

[illegible]

mus ipso multo junior est; per eum omnia innovabuntur.

28. — Oportet omnino ut exponatis totum mysterium et explicetis quis vobis revelavit mysterium filii mei, qui rex sit in regione vestra.

29. — Oportet etiam ut agnoscas quod nisi rei veritas nos impulisset, nequaquam a finibus terræ huc nos contulissemus et venissemus propter filium tuum.

30. — Totum mysterium ut actum est apud vos in regione vestra, aperite mihi nunc ut amici. Quis vocavit vos ut veniretis ad me?

31. — Magna stella nobis apparuit ceteris sideribus splendidior. Ejus luce terra nostra accensa est. Ipsa nuntiavit nobis regem ortum esse.

32. — Nollem vos hæc narrare in regione nostra ne hæc percipientes reges terræ nostræ ex invidia Infanti insidias struant.

33. — Ne trepides, o virgo, quia omnia diademata solvet filius tuus pedibusque calcabit; nec sua invidia reges ei nocere valebunt.

34. — Timeo Herodem, lupum immundum, ne me ille perturbet et stricto gladio præcidat dulcem botrum adhuc immaturum.

a A. [illegible]. — b A. [illegible]. — c M. [illegible]. — d A. [illegible]. e A. [illegible]. f A. [illegible] ubique. — g A. [illegible]. — h A. [illegible]. — i M. [illegible].

ܡܢ ܗܪܘܕܣ ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ :
ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܕܒܪܟܝ ܩܐܡ[a] ܟܘܪܣܝܗ
ܘܡܚܕܐ ܕܡܠܟ ܗܘ ܡܬܗܦܟ :
ܘܢܦܠ ܬܓܗ ܒܐܪܥܐ ܥܡܗ[b] ܀

ܢ ܢܚܠܐ ܗܘ ܕܕܡܐ ܐܘܪܫܠܡ :
ܕܒܗ ܫܦܝܪܐ ܡܬܩܛܠܝܢ[c] .
ܘܐܢ ܢܚܙܐ ܒܗ ܠܛܠܝܐ[d] ܥܠܘܗܝ :
ܒܪܙܐ ܡܠܠܘ ܘܠܐ[e] ܠܡܫܓܫܘ ܀

ܢ ܢܚܠܐ ܟܠܗܘܢ ܐܦ ܣܝܦܐ[f] :
ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܒܪܟܝ ܡܬܬܢܝܚܝܢ .
ܘܩܗܐ ܣܝܦܐ ܕܐܘܪܫܠܡ :
ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܐ ܡܬܩܛܠ ܀

ܣ ܣܦܪܐ ܘܟܗܢܐ ܕܐܘܪܫܠܡ :
ܫܦܟܝܢ ܕܡܐ ܘܠܐ ܡܪܓܫܝܢ .
ܡܥܝܪܝܢ ܚܪܝܢܐ ܡܝܬܢܐ :
ܥܠܝ ܘܥܠ ܛܠܝܐ ܡܓܘܫܐ ܫܠܘ ܀

ܣ ܣܦܪܐ ܘܟܗܢܐ ܠܐ ܡܨܝܢ :
ܕܢܚܣܡܘܢ ܠܒܪܟܝ ܒܚܣܡܗܘܢ .
ܕܗܘ ܡܫܪܐ ܟܗܢܘܬܗܘܢ :
ܘܥܐܕܝܗܘܢ ܡܒܛܠ ܀

ܥ ܥܝܪܐ ܓܠܐ ܠܝ ܟܕ ܒܛܢܬܗ :
ܠܒܪܝ ܕܡܠܟܐ ܕܥܬܝܕ ܗܘ ܗܘܐ :
ܘܐܘܕܥ ܬܓܗ ܘܠܐ ܡܫܬܪܐ :
ܗܘ ܕܝܠܗ ܠܟ ܐܟܘܬܟܘܢ ܀

ܥ ܥܝܪܐ ܗܢܐ ܕܐܡܪܬܝܢ ܥܠܘܗܝ :
ܗܘܝܘ ܕܐܬܐ ܐܝܟ ܟܘܟܒܐ .

35. — Ab Herode ne timeas quia per filium tuum subsistit ejus thronus. Statim autem ac regnare cœperit tuus Filius, subvertetur ejus thronus ejusque corona in terram cadet.

36. — Torrens sanguinis est Jerusalem; in ea optimi quique trucidantur; si ad parvulum adverterit irruet in eum, ideoque secreto loquamini absque strepitu agentes.

37. — Torrentes omnes et gladii per filium tuum sedabuntur. Obtusus est gladius Jerusalem et cædibus inservire renuit.

38. — Scribæ et Sacerdotes Hierosolymorum fundendo sanguini operam impendunt nec advertunt: excitabunt lethale jurgium contra me et contra parvulum. Magi, quæso, silete.

39. — Scribæ et Sacerdotes invidia sua nocere non valent filio tuo qui eorum sacerdotium dissolvet eorumque solemnitates cessare faciet.

40. — Angelus revelavit mihi, quando concepi, filium meum regem futurum esse, significavitque mihi sicut et vobis ejus diadema ex alto esse et solvi nunquam posse.

41. — Angelus igitur de quo loquaris ipse est qui venit sub forma stellæ[1] et apparuit nobis

[1] Non fuit incognita antiquis ista sententia. • S. Chrysostomus, *Hom. VI in Matth.* 2, docet stellam hanc non e numero esse aliarum stellarum sed invisibilem quamdam virtutem quæ stellæ speciem præ se ferebat. • Gregorius Barhebræus, (*Comment in Matth.* edid. J. Spanut) Syrorum senten-

[a] M. ܩܐܡܐ. — [b] A. ܥܡܗ ܕܝܠܗ. — [c] A. ܡܬܩܛܠܝܢ. — [d] A. ܠܛܠܝܐ. — [e] A. ܢܠܠܘ ܠܐ. — [f] A. ܕܐܣܝܦܐ ܚܪܝܦܐ.

ܘܐܚܘܝ ܠܝ ܐܦ ܣܒܪܢܝ :
ܕܪܒܘ ܘܡܫܒܚ ܡܢ ܟܘܟܒܐ ܀

ܦܫܩ ܗܘܐ ܠܝ ܟܕ ܡܣܒܪ :
ܗܘ ܡܠܐܟܐ ܕܠܝ ܐܬܚܙܝ .
ܕܠܡܠܟܘܬܗ ܣܘܦ ܠܐ ܢܗܘܐ
ܘܐܪܙܐ ܢܛܝܪ ܗܘ[a] ܕܠܐ ܢܬܓܠܐ ܀

ܦܫܩ ܠܝ ܬܘܒ ܐܦ ܟܘܟܒܐ :
ܕܬܓܐ ܠܒܪܟܝ ܡܬܛܝܒ ܗܘ .
ܚܠܦܘ ܦܪܨܘܦܗ ܐܫܬܚܠܦ .
ܘܡܠܐܟܐ[b] ܗܘܐ ܘܠܐ ܐܘܕܥܢ ܀

ܠܝ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܚܙܝ[c] :
ܡܪܗ ܩܪܝܗܝ ܗܘܐ ܟܕ ܠܐ ܒܛܢ
ܘܒܪ ܥܠܝܐ ܠܝ ܐܟܪܙܗ .
ܘܐܝܟܘ ܐܒܘܗܝ ܠܐ ܚܘܝ ܀

ܠܝ ܕܝܢ ܐܓܪܐ ܐܝܟ ܟܘܟܒܐ :
ܕܡܪܐ ܫܡܝܐ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ .
ܘܥܠ ܟܘܟܒܐ ܫܠܝܛ ܒܪܟܝ .
ܘܐܠܐ ܦܘܩܕܗ ܠܐ ܕܢܚܝܢ[d] ܀

ܗܐ ܡܬܓܠܝܢ ܗܘ ܗܘܐ ܐܪܙܐ .
ܐܚܪܢܐ ܕܬܫܪܪܘܢ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ[e] ܒܪܐ :
ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܠܟܘ ܐܟܪܙܘܗܝ ܀

ܗܐ ܚܘܝ ܠܢ[f] ܟܘܟܒܐ :
ܕܝܠܕܗ ܗܘ ܠܥܠ ܡܢ ܟܝܢܐ[g] .

atque nuntiavit Puerum tuum sideribus majorem atque gloriosiorem fore.

42. — Angelus ille, qui apparuit mihi, explicavit, dum annuntiaret, regni ejus finem non fore[1], et secretum servandum esse nec revelandum.

43. — Explicavit etiam stella nobis diadema servaturum esse filium tuum. Angelus igitur erat qui faciem mutaverat; nec nobis indicavit.

44. — Mihi quum apparuit Angelus, Dominum suum eum appellavit antequam conciperetur, nuntiavitque mihi eum filium esse Altissimi sed ubi sit pater ejus non indicavit.

45. — Angelus ille nobis sub specie sideris nuntiavit Dominum cœli natum esse et filium tuum dominari sideribus quæ absque ejus imperio non oriuntur.

46. — Ecce vobis alia patefiunt mysteria ut ea confirmetis; virgo peperi filium. Ipse Filius Dei est, euntes ipsum prædicate.

47. — Jam nobis indicavit stella partum ejus supra naturæ ordinem

t'as ita recitat : « ܐܢܫܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܡܠܐܟܐ ܗܘܐ ܕܐܬܚܙܝ ܒܕܡܘܬ ܟܘܟܒܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܛܠܝܬܐ ܕܛܥܝܢܐ ܛܠܝܐ ܒܥܘܒܗ ܘܒܟܘܟܒܐ ܐܬܚܙܝܬ . ܘܐܚܪܢܐ ܟܬܒܬܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܚܘܝܢ ܒܗ . ܘܐܚܪܢܐ ܕܒܠܥܡ ܐܒܘܗܘܢ ܐܘ ܙܪܕܘܫܬ ܢܒܝܗܘܢ ܦܫܩ ܗܘܘ ܐܬܗ . Quidam dicunt Angelum in stellæ specie ipsis apparuisse; juxta alios puella puerulum in sinu suo gestans in stella visa fuerit; juxta alios litteræ ortum Christi indicantes in ea inscriptæ fuerint; denique juxta alios Balaam, pater eorum, vel Zoroaster, propheta eorum, stellæ significationem eis aperuerint. » De hac stella vid. S. Thomam, *Summa theol.* p. 3, q. 27, a. 7.

[1] *Luc.* I, 33.

[a] A. ܗܘ. — [b] A. ܕܡܠܐܟܐ. — [c] A. ܡܣܒܪܢ. — [d] M. ܕܢܚܝܢ. — [e] M. ܕܝܠܕܬ. — [f] A. ܐܚܘܝ ܠܝ ܐܦ. — [g] A. ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܦ ܡܢܐ.

ܘܠܥܠ ܡܢ ܟܠ[a] ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܟ :
ܘܒܪܐܠܗܐ ܗܘ ܐܝܟ ܡܠܟܝ[b] ܀

esse. Filius tuus super omnes est, idem ipse est Filius Dei.

ܫ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܣܗܕܝܢ ܟܠܗܘܢ .
ܥܝܪܝܢ ܟܘܟܒܐ ܐܦ ܣܗܕܐ .
ܕܒܪ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܦ ܡܪܝܐ :
ܐܘܒܠܘ ܣܒܪܗ ܠܐܬܪܘܬܟܘܢ ܀

48. — Cœlum et terra, omnes Angeli et sidera testimonium de eo perhibent ipsum esse Filium Dei et Dominum, hoc diffundatis nuncium in regiones vestras.

ܫ ܫܡܝܐ ܟܠܗ ܚܕ ܟܘܟܒܐ :
ܙܥܗ ܠܦܪܣ ܘܐܫܬܪܪܬ .
ܕܒܪ ܐܠܗܐ[c] ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܟ :
ܘܠܗ ܟܠ ܥܡܡܝܢ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܀

49. — Universi cœli stella una commovit Persidem, quæ certior facta est filium tuum Filium esse Dei omnesque gentes ipsi esse subjiciendas.

ܫ ܫܠܡܐ ܐܘܒܠܘ ܠܐܬܪܘܬܟܘܢ :
ܫܠܡܐ[d] ܢܣܓܐ ܒܬܚܘܡܟܘܢ[e] :
ܫܪܝܪܐ ܕܩܘܫܬܐ ܬܬܚܫܒܘܢ :
ܒܟܠܗ ܐܘܪܚܐ ܕܡܪܕܝܬܟܘܢ ܀

50.— Pacem reportetis in regiones vestras; pax multiplicetur in finibus vestris; veraces veritatis nuncii habeamini in toto itinere vestro.

ܫ ܫܠܡܗ ܕܒܪܟ ܗܘ ܢܕܒܪܢ :
ܒܫܠܡ ܠܐܬܪܢ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܢ .
ܘܡܐ ܕܫܘܠܛܢܗ ܠܒܫ ܠܥܠܡܐ[f] :
ܢܣܥܘܪ ܠܐܪܥܢ ܘܢܒܪܟܝܗ[g] ܀

51. — Pax Filii tui deducat nos incolumes in regionem nostram sicut nos exinde adduxit, et quum imperium inierit mundi, visitet terram nostram ut ei benedictionem suam largiatur.

ܬ ܬܚܕܐ ܦܪܣ ܒܣܒܪܬܟܘܢ :
ܬܪܘܙ ܐܬܘܪ ܒܡܐܬܝܬܟܘܢ
ܘܡܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܒܪܝ ܕܢܚ[h]
ܢܩܝܡ ܗܘ ܢܣܗ ܒܐܬܪܟܘܢ ܀

52. — Gaudeat Persis vestro nuncio; exultet Assyria vestro reditu; et quando regnum filii mei orietur, ipse in regione vestra ponet vexillum suum.

ܬ ܬܙܡܪ[i] ܥܕܬܐ ܒܚܕܘܬܐ[k] .
ܫܘܒܚܐ ܠܒܪܗ ܕܡܪܝܡܐ :
ܕܪܘܡܐ ܘܥܘܡܩܐ ܡܢܗ[l] ܢܗܪܘ :
ܒܪܝܟ ܕܒܝܠܕܗ ܟܠ ܐܚܕܝ ܀

53. — Psallat cum lætitia Ecclesia; gloria filio Altissimi a quo alta et profunda illuminata sunt. Benedictus qui sua nativitate omnia exhilaravit.

[a] M. om. ܡܢ. — [b] M. ܬܘܒ ܐܝܬܘܗܝ. — [c] A. ܕܡܠܟܐ ܪܒܐ. — [d] A. ܫܝܢܐ. — [e] A. ܒܐܘܚܕܢܟܘܢ. — [f] A. ܒܥܠܡܐ. — [g] A. ܘܢܒܪܟܝܗ. — [h] A. ܐܬܢܚ. — [i] A. ܬܫܒܚ. — [k] A. ܙܡܪܐ. [l] A. ܒܚܝܠܗ.

MONITUM

IN SERMONEM DE DOMINO NOSTRO.

Hic sermo exscriptus est e codice membranaceo sæculi V[i] vel VI[i], qui reponitur Londini in Musæo Britannico, numero 14570 notatus, foliis 52 constans. In eo continetur : 1° *S. Ephræmi sermo primus ad Hypatium contra falsas doctrinas*, fol. 1-21, quem edidit Dr Overbeck in libro cui titulus : *S. Ephræmi Syri aliorumque opera selecta*. Oxonii, 1865; 2° *S. Ephræmi sermo de Domino nostro*, fol. 22-52.

Ephræmo hunc sermonem adscribit Philoxenus, Mabugi episcopus, qui vix centum annis post mortem S. Ephræmi scribebat et e vita migravit anno 522. Is igitur in sua *Epistola de fide ad monachos* (add. man. 12164, fol. 130, a ; 138, a) duo diversa testimonia e *Sermone de Domino* recitat, hoc titulo præmisso : ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܩܪܒܬ ܠܦܘܡܐ̈ ܡܓܕܦܢܐ̈ . S. Ephræmi e sermone : *Gratia accessit ad ora blasphema*. Idem sermo pariter Ephræmo adscribitur in *Catena Patrum* sæc. VIII (add. man. 12155, fol. 70, b); in altera Catena ejusdem ætatis (add. man. 14532, fol. 52, a); in tertia ejusdem sæculi (add. man. 12154, fol. 55, b), ex qua discimus hunc sermonem ad festum Epiphaniæ referri : « ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܐܡܝܪ ܠܗ ܥܠ ܕܢܚܗ ܕܡܪܢ . ܕܪܫܗ ܗܘ܆ ܛܝܒܘܬܐ ܩܪܒܬ ܠܦܘܡܐ̈ ܡܓܕܦܢܐ̈ . E sermone ab eo (Ephræmo) dictum de Epiphania, cujus initium est : *Gratia accessit ad ora blasphema.* » In quarta denique Catena quæ etiam ad sæculum VIII vel IX refertur (add. man. 12168, fol. 71, a), noster sermo citatur eumque pariter pro festo Epiphaniæ compositum fuisse asseritur.

Discimus ex catenis primo et secundo loco allegatis, S. Ephræmum alium in Epiphaniam sermonem composuisse cujus initium erat : « ܫܠܡܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܡܠܐܟܐ ܠܒܬܘܠܬܐ. *Pax quam dedit Angelus Virgini.* »

ܦܘܫܩܐ ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܡܓܒ̈ܝܐ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܬܘܒ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܡܪܢ.	 ## SERMONUM SELECTORUM BEATI EPHRÆMI. EJUSDEM DOMINI EPHRÆMI ## SERMO DE DOMINO NOSTRO.
ܛܝܒܘܬܐ ܦܪܚܬ ܠܦܘ̈ܡܐ ܡܓܕ̈ܦܢܐ . ܘܥܒܕܬ ܐܢܘܢ ܟܢܪ̈ܐ ܡܫܒ̈ܚܢܐ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܬܠܘܢ ܟܠ ܦܘ̈ܡܝܢ ܫܘܒܚܐ ∴ ܠܗܘ ܕܥܒܪ ܡܢܗܘܢ ܡܐܡܪ̈ܝ ܓܘܕܦܐ ∴ ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܡܢ ܕܫܢܝܬ ܡܥܡܪܐ ܡܢ ܐܝܟ ܠܐܝܟ . ܕܠܐܬܐ ܬܥܒܕܢ ܐܢܬ ܠܡܫܕܪܢܟ . ܝܚܝܕܝܐ ܫܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܝܬܘܬܐ ܘܫܪܐ ܒܒܬܘܠܬܐ . ܕܒܡܘܠܕܐ ܓܘܢܝܐ . ܝܚܝܕܝܐ ܐܚܐ ܕܣܓܝ̈ܐܐ ܢܗܘܐ . ܘܫܢܐ ܡܢ ܫܝܘܠ ܡܥܡܪܐ ܒܡܠܟܘܬܐ . ܕܢܪܕܐ ܐܘܪܚܐ ܡܢ ܫܝܘܠ ܕܛܠܡܐ ܟܠ . ܠܡܠܟܘܬܐ ܦܪܥܐ ܟܠ . ܝܗܒ ܗܘ ܓܝܪ ܡܪܢ ܠܩܝܡܬܗ ܪܗܒܘܢܐ ܠܡܝ̈ܘܬܐ . ܕܢܫܢܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܫܝܘܠ ܡܩܒܠܬ ܡܝ̈ܬܐ ܕܠܐ ܦܘܪܫ . ܠܡܠܟܘܬܐ ܡܩܒܠܬ ܡܙ̈ܡܢܐ ܒܦܘܪܫܢܐ. ܕܡܢ ܗܝ ܕܫܘܝܢ ܦܓܪ̈ܐ ܕܟܠ ܐܢܫ ܬܡܢ ∴ ܢܫܬܢܘܢ ܠܗܝ ܕܡܬܦܪ̈ܫܢ ܥܒ̈ܕܐ ܕܟܠ ܐܢܫ ܬܡܢ . ܗܘ ܕܢܚܬ ܠܫܝܘܠ ܘܣܠܩ . ܕܡܢ ܗܝ ܕܡܚܒܠܐ ܠܥ̈ܡܘܪܝܗ ܢܥܠܝܢ ܠܗܝ ܕܡܒܣܡܐ ܡܢ ܛܘܒ̈ܘܗܝ ܠܒ̈ܢܝ ܩܪܝܬܗ . ܗܢܘܢ ܕܒ̈ܢܝ ܩܪܝܬܗ ܕܡܢ ܦܐܖ̈ܐ ܘܛ̈ܒܐ ܘܦܩܥ̈ܐ ܒܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܗܘܢ . ܥܠܘ ܘܬܪܬܘ ܠܘܬܗ . ܠܘܬ ܡܟܝܟܐ ܕܠܐ ܥܒܕ̈ܝܢ . ܒܐܬܪܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝܘܗܝ ܗܘܐ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ . ܐܬܐ	1. Gratia accessit ad ora blasphema eaque effecit citharas laudibus resonantes. Dent igitur omnia ora laudem illi, qui voces blasphemas ab eis amovit. Tibi gloria! qui ex una mansione migrasti in alteram ut in terram veniens efficeres nos habitaculum missori tuo. Unigenitus ab essentiæ fonte discessit atque in virgine habitavit ut communi nativitate unicus multorum frater fieret. Ab inferis etiam ascendit et in regno cœlesti commoratus est, ut aperiret viam ex inferis ubi omnes opprimuntur, ad regnum cœleste ubi omnes retribuuntur. Dedit quippe Dominus noster suam resurrectionem arrham mortalibus se eos translaturum ex inferis defunctos absque discrimine recipientibus in regnum cœleste invitatos cum discrimine suscipiens, ut e loco ubi omnium corpora æqualia habentur transeant in locum ubi opera uniuscujusque discernuntur. Idem ipse descendit ad inferos et ex eis ascendit ut e locis incolas suos dolore afficientibus introducat nos in regnum bonis suis reficiens cives suos, eos, inquam, cives qui ex bonis, fructibus ac floribus trans-

Nativitas Christi humana divinæ ejus generationi antithetice comparatur.

ܡܘܠܕܐ ܐܚܪܢܐ ܕܥܒܪ ܡܢ ܟܝܢܗ ܕܢܕܥ ܐܚܪܢܝܢ
ܕܒܬܪ ܡܘܠܕܐ ܕܟܝܢ ܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܢ ܡܘܠܕܐ
ܐܚܪܢܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܟܝܢ . ܗܘ ܓܝܪ ܪܘܚܢܐ
ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܡܘܠܕܐ ܦܓܪܢܝܐ ، ܦܓܪܢܐ ܕܢܗܘܐ
ܠܐ ܐܬܡܨܝ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܦܓܪܢܐ ܐܠܐ ܡܩܒܠܝܢ
ܡܘܠܕܐ ܐܚܪܢܐ . ܪܘܚܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ .
ܒܪܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܒܨܝܐ ܡܘܠܕܗ . ܐܬܠܒܫ
ܡܘܠܕܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܬܒܨܝܐ ܕܒܚܕ ܢܐܠܦ ܕܠܐ
ܣܟܐ ܗܝ ܪܒܘܬܗ . ܘܒܐܚܪܬܐ ܢܐܠܦ ܕܠܐ
ܡܫܘܚܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܗ . ܐܝܟ ܕܝܢ ܓܝܪ ܪܒܘܬܗ
ܕܠܐ ܡܫܘܚܐ . ܕܡܘܠܕܗ ܩܕܡܝܐ ܟܠܗ ܡܢ
ܦܘܡܝܢ ܠܐ ܡܬܡܠܠ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܕܝܢ ܛܝܒܘܬܗ
ܕܠܐ ܡܫܘܚܐ . ܕܡܘܠܕܗ ܐܚܪܝܐ ܡܢ ܟܠ ܦܘܡܝܢ
ܗܘ ܡܬܡܠܠ ܀

euntibus hujus mundi, coronarunt ornaruntque sibi ibi tabernacula non transeuntia. Primogenitus ille, qui secundum naturam suam (ex patre) natus est, aliam suscepit nativitatem natura sua transeuntem, ut sciamus, post nativitatem naturalem, alia nobis opus esse nativitate, nempe supernaturali. Etenim, sicut spiritualis ille (Dei filius) donec ad corpoream nativitatem se dimitteret, corporeus esse nequivit, ita et corporei homines, nisi renascantur, spirituales esse non possunt. Filius autem, cujus inscrutabilis est nativitas, aliam inivit nativitatem eamque scrutabilem ut in una discamus infinitam esse suam majestatem, in altera immensam esse suam gratiam. Etenim, sicut adeo immensa est ejus majestas ut nullis verbis exprimi possit prior ejus (a patre) nativitas; ita etiam abundat infinita ejus gratia ut posterior ejus nativitas nullo ore prædicari possit.

ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܐܝܟ ܟܝܢܗ .
ܘܡܢ ܐܢܫܘܬܐ ܠܐ ܒܟܝܢܗ . ܘܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ
ܠܐ ܒܥܝܕܗ . ܕܐܚܢܢ ܢܬܝܠܕ ܡܢ ܐܢܫܘܬܐ ܐܝܟ
ܟܝܢܢ . ܘܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܠܐ ܒܟܝܢܢ . ܘܡܢ ܪܘܚܐ
ܠܐ ܒܥܝܕܢ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܕܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܀
ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܡܘܠܕܐ ܐܢܫܝܐ . ܕܒܗ ܕܝܢ ܢܚܙܐ ܡܘܠܕܐ

2. Idem ipse natus est ex Deo secundum naturam suam et ex homine præter naturam suam et ex baptismo[1] præter consuetum ipsi morem, ut nascamur ex homine juxta naturam nostram et ex Deo præter naturam nostram atque ex Spiritu præter consuetum nobis morem. Natus est igitur ex Deo et

Nativitatem humanam ex virgine crux annuntiat, nativitatem ex Deo Gabriel prædicat.

[1] Christus e baptismo natus dicitur quatenus mundo tunc manifestatus fuit tanquam Dei Filius, Patre dicente : « *Hic est filius meus, in quo mihi complacui,* » et addente : *Ego hodie genui te*, ut tradit S. Justinus in *Dial. cum Triph.* 88, dicens : « Spiritus sanctus in specie columbæ in eum involavit ac vox e cœlo venit quæ per Davidem dicta fuerat : *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, tum demum eum hominibus nasci et oriri asserens, cum eis innotesceret. » Hanc Justini sententiam Ephræmus secutus fuerit. Cfr. Hilarius in *Matth.* III, 17; in *Psalm.* II; *De Trin.* VIII, 25.

ܕܡܒ̈ܨܝܢ. ܝܠܕܗ ܕܡܢ ܐܒܐ ܠܐ ܕܢܒܨܝܘܗܝ ܐܠܐ
ܕܢܗܝܡܢ. ܘܝܠܕܗ ܕܡܢ ܐܢܬܬܐ ܠܐ ܕܢܫܝܛ
ܐܠܐ ܕܢܪܘܡܪܡ. ܠܝܠܕܗ ܕܝܢ ܕܡܢ ܐܢܬܬܐ ܡܘܬܗ
ܕܙܩܝܦܐ ܡܣܗܕ. ܡܢ ܕܡܝܬ ܓܝܪ ܐܦ ܝܠܝܕ.
ܠܡܘܠܕܗ ܕܝܢ ܕܡܢ ܐܒܘܗܝ ܣܘܒܪܗ
ܕܓܒܪܐܝܠ ܡܦܫܩ. ܚܝܠܗ ܓܝܪ ܕܥܠܝܐ
ܢܓܢ ܥܠܝܟܝ. ܐܢ ܗܟܝܠ ܚܝܠܗ ܗܘ ܕܥܠܝܐ
ܝܕܝܥ ܕܠܐ ܗܘܐ ܙܪܥܗ ܗܘ ܕܡܝܘܬܐ. ܒܛܢܗ
ܗܟܝܠ ܕܒܪܢܫܐ ܐܣܝܪ ܒܡܘܬܗ ܕܙܩܝܦܐ.
ܘܝܠܕܗ ܩܕܡܝܐ ܐܣܝܪ ܒܣܘܒܪܗ ܕܡܠܐܟܐ.
ܕܡܢ ܕܟܦܪ ܒܝܠܕܗ ܢܬܟܒܫ ܒܙܩܝܦܗ.
ܘܡܢ ܕܣܒܪ ܕܫܘܪܝܗ ܡܢ ܡܪܝܡ ܗܘ ܢܬܟܣܣ
ܕܐܠܗܘܬܗ ܡܢ ܩܕܡ ܟܠ ܗܘ. ܕܐܝܢܐ ܕܝܗܒ
ܫܘܪܝܗ ܦܓܪܢܝܐ ܠܛܥܝܐ ܒܗ ܕܝܠܗ ܡܢ
ܡܦܩܬܐ. ܝܠܕܗ ܓܝܪ ܐܒܐ ܘܒܗ ܒܪܐ ܒܪ̈ܝܬܐ.
ܝܠܕܗ ܓܝܪ ܒܣܪܐ ܘܒܗ ܩܛܠ ܐܪ̈ܓܝܓܬܐ.
ܝܠܕܬܗ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܒܗ ܢܚܘܪ ܟܘܬܡ̈ܐ.
ܐܘܠܕܘܗܝ ܫܝܘܠ ܕܒܗ ܢܬܒܙܙܘܢ ܓܙ̈ܘܗܝ.
ܒܐܘܪܚܐ ܕܝܠ̈ܘܕܐ ܐܬܐ ܠܘܬܢ ܡܢ ܓܒ ܐܒܘܗܝ.
ܘܒܐܘܪܚܐ ܕܡܝ̈ܘܬܐ ܢܦܩ ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ.
ܕܒܗܘ ܕܐܬܐ ܒܝܠܕܐ. ܬܬܝܕܥ ܡܐܬܝܬܗ. ܘܒܗܘ
ܕܢܦܩ ܒܩܝܡܬܐ ܬܫܪܪ ܡܐܙܠܬܗ ܀

Mors ejus in cruce, vita ejus in Deo.

ܐܬܕܝܫ ܕܝܢ ܡܪܢ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܘܕܫܗ
ܬܘܒ ܐܘܪܚܐ ܠܟܠܗ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܗܘܐ ܕܐܬܕܝܫ

[1] *Luc.* I, 35.

natus est iterum ex homine ut nos efficeret natos, qui inquirimus de nativitate ejus ex Patre non ut eam scrutemur sed credamus, et de nativitate ejus ex muliere non ut eam abominemur sed exaltemus. Nativitatem porro ex muliere testatur mors ejus in cruce; qui enim mortuus est utique natus erat; nativitatem autem ex Patre annuntiatio Gabrielis exponit : *Virtus quippe Altissimi obumbrabit tibi* [1]. Si igitur virtus est altissimi, patet ipsum semen non esse hominis mortalis. Humana igitur ejus conceptio ex morte in cruce concluditur, prior vero nativitas ex Angeli declaratione, ut qui negat eum natum per crucem ejus reprimatur, et qui putat eum initium sumpsisse ex Maria redarguatur ex eo quod divinitas ejus omne tempus præcessit. Qui igitur initium corporeum ei tribuit erroris convincitur narrata ejus a Patre processione. Genuit eum Pater et per eum creavit creaturas; peperit eum caro et per eum occidit voluptates; peperit eum baptismus ut per illum maculas ablueret; pepererunt eum inferi ut per illum eorum thesauri diriperentur. Per viam nascentium venit a Patre ad nos; via autem morientium exiens rediit ad Patrem ut eo ipso quod natus est demonstraretur ejus adventus, et eo ipso quod resurgendo abiit confirmaretur ejus discessus.

3. Dominus autem noster a morte conculcatus est et vicissim

ܘܣܝܒܪܗ ܠܡܘܬܐ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ . ܕܢܣܚܦܝܘܗܝ
ܠܡܘܬܐ ܕܠܐ ܡܢ ܨܒܝܢܗ . ܢܦܩ ܗܘܐ ܓܝܪ:
ܡܪܢ ܙܩܝܦܗ ܘܢܦܩ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܕܡܘܬܐ .
ܩܥܐ ܕܝܢ ܥܠ ܙܩܝܦܐ ܘܐܦܩ ܡܝܬܐ ܡܢ ܓܘ
ܫܝܘܠ ܐܝܟ ܠܐ ܨܒܝܢܗ ܕܡܘܬܐ . ܒܦܓܪܐ ܓܝܪ:
ܩܛܝܠ ܕܒܗ ܡܩܛܠ ܗܘܐ ܡܘܬܐ ∴ ܒܗ ܒܙܝܢܗ
ܐܝܠܝܢ ܙܝܢܐ ܙܟܐ ܥܠ ܡܘܬܐ . ܐܬܛܫܝܬ ܕܝܢ
ܐܠܗܘܬܐ ܒܐܢܫܘܬܐ ܘܩܪܒܬ ܐܬܪܘܗܝ . ܩܛܠܬ
ܘܐܬܩܛܠܬ . ܩܛܠ ܡܘܬܐ ܚܝܐ ܕܟܝܢܐ ∴
ܘܩܛܠܗ ܠܗ ܚܝܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܟܝܢܐ .
ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ ܡܘܬܐ ܕܢܐܟܠܝܘܗܝ
ܕܠܐ ܦܓܪܐ : ܘܐܦܠܐ ܕܢܒܠܥܝܘܗܝ ܫܝܘܠ ܕܠܐ
ܒܣܪܐ ∴ ܐܬܐ ܠܗ ܠܘܬ ܒܬܘܠܬܐ . ܕܡܢ ܬܡܢ ܪܟܘܒܐ
ܠܫܝܘܠ ܢܪܟܒ ܒܗ . ܡܢ ܠܘܬ ܐܬܢܐ ܐܝܬܝܘ
ܠܗ ܪܟܘܒܐ ܕܒܗ ܥܠ ܠܐܘܪܫܠܡ ∴ ܘܐܟܪܙ
ܥܠ ܚܘܪܒܗ ܘܥܘܩܒ ܥܡܘܪܝܗ . ܒܦܓܪܐ
ܕܝܢ ܕܢܣܒ ܥܠ ܠܫܝܘܠ ܘܒܙ ܓܙ̈ܘܗܝ
ܘܒܕܪ ܣܝܡ̈ܬܗ . ܐܬܐ ܠܗ ܗܟܝܠ ܠܘܬ
ܚܘܐ ܐܡܐ ܕܟܠ ܚܝ . ܗܕܐ ܗܝ ܓܦܬܐ
ܕܬܪܥ ܣܝܓܗ ܒܐܝ̈ܕܝܗ . ܘܐܛܥܡܬ ܡܘܬܐ
ܒܦܐܪ̈ܝܗ . ܘܚܘܐ ܐܡܐ ܕܟܠ ܚܝ ܗܘܬ
ܗܘܬ ܠܗ ܡܒܘܥ ܡܘܬܐ ܠܟܠ ܚܝ . ܐܦܪܥܬ
ܕܝܢ ܡܪܝܡ ܢܨܒܬܐ ܚܕܬܐ ܡܢ ܚܘܐ ܓܦܬܐ
ܥܬܝܩܬܐ . ܘܫܪܐ ܒܗ ܚܝܐ ܚܝܬܐ . ܕܡܢ ܗܫܐ

eam veluti viam contrivit[1]. Ipse subjecit se morti eamque volens sustinuit ut mortem nolentem disjiceret. Exivit enim Dominus noster portans crucem, morte id volente; clamavit autem in cruce et eduxit mortuos ex inferis, morte quamvis invita. Per corpus quod gerebat occidit eum mors; iisdem armis ipse victoriam de morte reportavit. Occultavit se divinitas sub humanitate et accessit ad mortem, quæ occidit et occisa fuit. Occidit mors vitam naturalem, eam vicissim occidit vita supernaturalis. Quia igitur non poterat mors devorare eum absque corpore neque infernus eum deglutire absque carne, venit ille ad virginem, ut exinde, sumpto curru, veheretur ad inferos, sicut ab asino adduxerunt ei currum quo insidens ingressus est Jerosolymam ejusque eversionem atque incolarum destructionem prædixit[2]. In corpore autem assumpto ingressus est inferos, diripuit gazas eorum et thesauros dissipavit. Venit igitur ad Hevam matrem omnium viventium[3]. Ipsa est vinea cujus sepem Mors aperuit propriis Hevæ manibus ut gustaret fructus ejus; unde Heva, mater omnium viventium fons mortis effecta est omnibus viventibus. Floruit autem Maria, nova vitis præ vite antiqua Heva, habitavitque in ea Vita

[1] ܐܬܬܪܝܡ ..... ܡܢ ܨܒܝܢܗ. Ista verba recitantur in Catena add. man. 14532, fol. 52, a.

[2] Cfr. *Matth*. XXI, 1-10.

[3] Alludit ad significationem nominis Hevæ ܚܘܐ hebr. חוה *vita* Cfr. *Gen*. III, 20 : *Et vocavit Adam nomen uxoris suæ, Heva : eo quod mater esset cunctorum viventium.*

ܡܘܬܐ ܘܐܬܬ ܠܐܟܘܠܬܗ ܒܥܝܕܗ ܒܦܐܪܐ ܡܝܘܬܐ܀
ܬܬܛܫܐ ܠܗ ܚܝܐ ܡܚܒܠ ܡܘܬܐ . ܕܡܐ
ܕܒܠܥ ܠܗ ܕܠܐ ܕܚܠܐ ܀ ܫܪܬ ܠܗ ܠܚܝܐ
ܘܥܡܗ ܣܓܝܐܐ . ܦܪܚ ܓܝܪ ܣܡܐ ܕܚܝܐ
ܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܐ ܀ ܘܐܬܡܙܓ ܒܗ ܒܦܓܪܐ
ܦܐܪܐ ܡܝܘܬܐ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܡܘܬܐ ܕܢܪܥܐ ܟܥܝܕܗ܀
ܐܬܗܦܟܘ ܚܝܐ ܒܠܥܘܗ ܠܡܘܬܐ . ܗܢܐ ܗܘ
ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܐܬܟܦܢܬ ܡܐܟܘܠܬܗ ܠܡܐܟܠܗ .
ܒܚܕ ܗܘ ܟܝܠ ܦܐܪܐ ܕܒܠܥ ܡܘܬܐ ܒܟܦܢܐܝܬ
ܫܪܐ ܚܝܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܠܥ ܥܠܘܒܐܝܬ . ܟܦܢܘܬܗ
ܗܟܝܠ ܗܝ ܕܐܪܗܛܬܗ ܥܠ ܚܕ . ܣܦܩܬܗ
ܠܥܠܘܒܘܬܗ ܗܝ ܕܐܪܗܛܬܗ ܥܠ ܣܓܝܐܐ . ܒܥܒܕ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܘܬܐ ܠܡܐܟܠܗ ܚܕ . ܡܣܪܗܒ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܡܦܠܛܘ ܣܓܝܐܐ . ܟܕ ܓܝܪ ܚܕ
ܥܠ ܙܩܝܦܐ ܡܐܬ ܗܘܐ . ܣܓܝܐܐ ܩܒܝܪܐ ܡܢ
ܫܝܘܠ ܠܩܠܗ ܢܦܩܝܢ ܗܘܘ . ܗܢܘ
ܦܐܪܐ ܨܪܐ ܠܡܘܬܐ ܒܟܪܣܗ . ܘܐܦܩ ܡܢ ܥܘܒܗ
ܚܝܐ ܕܪܕܦܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ . ܫܝܘܠ ܓܝܪ ܒܚܦܝܛ
ܠܟܠ ܕܐܟܠܬ . ܘܟܕ ܕܠܐ ܡܬܐܟܠ ܐܬܦܢܝ
ܡܢ ܥܘܒܗ ܟܠܡ ܕܐܟܠܬ . ܡܢ ܕܝܢ ܕܡܬܚܒܠ
ܛܥܡܗ . ܘܐܦ ܡܕܡ ܕܒܣܝܡ ܠܗ ܛܥܡ ܗܘ
ܡܕܡ ܕܠܐ ܒܣܝܡ ܠܗ ܫܒܩ ܗܘ . ܐܬܚܒܠ
ܐܦ ܛܥܡܗ ܕܡܘܬܐ . ܘܟܕ ܫܒܩ ܗܘ ܠܣܡܐ
ܚܝܐ ܗܘ ܕܐܡܪܬ ܀ ܫܒܩ ܠܗ ܒܗ ܐܦ
ܠܚܝܐ ܗܢܘܢ ܕܒܒܣܝܡܘܬܐ ܒܠܥܬ ܗܘܘ ܠܗ ܀

ܗܢܘ ܒܪ ܢܓܪܐ ܡܗܝܪܐ ܕܥܒܕ ܨܠܝܒܗ

nova[1] Christus, ut Morte pascente et accedente confidenter pro more, ei in fructu mortali occultaretur, vita mortis destructiva. Quum igitur Mors absorbuisset eum nihil timens liberavit vitam et cum ea multos. Advolavit enim ille qui pharmacum vitæ est, descendit ex alto, et in corpore immixtus fuit fructus mortalis. Quum autem venit Mors ut pasceret pro more, reversa Vita mortem absumpsit. Hæc est esca quæ esurivit suum esorem edere. Unico igitur hoc fructu quem famelice deglutivit Mors liberavit vitas multas quas avide voraverat. Fames igitur, quæ eam præcipitem contra unum impulerat, evacuavit aviditatem qua præceps ruerat contra plures. Data opera mors devoravit unum, at celeriter liberavit multos. Etenim dum unus in cruce moriebatur, multi sepulti ab inferis ad vocem ejus exibant. Idem fructus scidit mortem ipsius devoratricem et ex ejus sinu eduxit vitam, quam illa persequebatur. Inferi enim qui studiose retinuerant omne quod absorbuerant, per unum, quem non absorbuerunt, omnia sinu suo absorpta reddiderunt. Qui corruptum habet gustum et quod suave est et quod suave non est dimittit; corruptus porro fuit gustus mortis, et dum dimisit pharmacum vitæ quem dixi, eo ipso dimisit eas vitas quas cum suavitate absorbuerat.

4. Eximius idem fabri filius,

[1] Christus *vitam* seipsum vocavit apud *Joan*. XI, 25, XIV, 6.

[illegible]

qui evexit crucem suam supra inferos omnia deglutientes, etiam humanum genus in domum vitæ transtulit. Quia autem per lignum delapsum erat humanum genus in inferiora loca, super lignum transiit in domum vitæ. In quo igitur ligno insertus fuerat acerbus, surculus insertus fuit dulcis, ut agnoscamus eum cui nulla resistit creatura. Tibi gloria! qui crucem tuam pontem extruxisti super mortem ut per eam transeant animæ e regione mortis in regionem vitæ.

5. Laudant te populi quod factum est Verbum tuum speculum coram eis ut in eo videant mortem occulte eos vivos deglutientem. Simulacra autem ab artificibus suis decorabantur, et ornamentis suis suos exornatores irretiebant; sed adduxisti ea ad crucem tuam, in qua, dum corporis membra pendebant, pulchritudines mentis lætitia afficiebant gentes. Prosequentes igitur Deos, qui Dii non erant, prosecutus est ille qui est revera Deus; fortissimusque ille, cujus prædicatio frenum fuit in ore gentium, verbis suis tanquam frenis gentes a cultu plurium Deorum ad unius Dei cultum adduxit et ab idolis ad suum missorem convertit. Idola autem mortua oribus clausis vitam colentium se depascebant. Idcirco, Domine, sanguinem tuum, quo impugnata et prostrata fuit mors, miscuisti in carne eorum ut a vita eorum deterrerentur ora idolorum comedentium eos. Etiam a populo Israel, quia occidit te et sanguine tuo maculatus fuit,

ܘܐܬܟܠܝܬ ܒܕܡܟ . ܐܣܛܪܘܬܐ ܕܒܗ ܗܘܬ ܢܩܝܦܐ
ܡܛܠ ܕܡܟ : ܦܬܟܪܘܬܐ ܗܝ ܕܒܗܘܢ ܡܬܚܒܠܐ
ܗܘܬ . ܗܝ ܗܝ ܓܝܪ ܚܠܒܐ ܕܬܥܝܘܬܐ ܐܬܚܣܠܬ
ܡܢܗ ܗܝ ܕܡܟ . ܡܛܠ ܕܗܘ ܡܢܗ ܡܢ ܥܠܡ
ܠܐ ܐܬܚܣܠܬ ܗܘܬ ܀

Vitulus aurus in deserto ab Israelitis adoratus et Christus in cruce ab eis actus.

ܙܩܦܘ ܗܘܘ ܕܝܢ ܐܝܣܪܝܠܝܐ ܠܡܪܢ . ܒܥܠܬܐ
ܠܗܘܢ ܕܡܢ ܚܕ ܐܠܗܐ ܦܢܝܬܐ ܠܗ : ܘܗܢܘܢ
ܕܝܢ ܒܟܠ ܙܒܢ ܒܦܬܟܪܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܚܕ
ܐܠܗܐ ܦܢܝܢ ܗܘܘ . ܟܕ ܗܘܝܠ ܣܒܪܝܢ
ܕܨܠܒܘܗܝ ܠܗܘ ܕܡܦܢܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܚܕ ܐܠܗܐ
ܐܫܬܟܚܘ . ܐܬܕܒܪܘ ܒܐܝܕܗ ܘܠܘܬ ܦܢܝܢ
ܡܢ ܟܠܗ ܦܬܟܪܐ ܠܘܬ ܚܕ ܐܠܗܐ . ܘܡܛܠ
ܕܠܐ ܝܕܥܘ ܒܨܒܝܢܗܘܢ ܕܐܠܗܐ ܗܘ .
ܢܐܠܦܘܢ ܒܩܛܝܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ . ܕܛܒܬܐ
ܗܝ ܕܓܕܫܬ ܠܗܘܢ ܒܐܝܕܗ . ܬܟܣܐ ܐܢܘܢ
ܥܠ ܒܝܫܬܐ ܕܥܒܕܝ ܐܝܕܝܗܘܢ . ܠܫܢܐ ܗܘܟܝܠ
ܕܠܚܨܝܟ ܡܪܝ . ܟܦܪ ܘܥܕܪܢܟ
ܟܒܫ ܐܢܘܢ . ܛܝܒܘܬܟ ܓܝܪ ܐܬܚܝܠܬ
ܥܠ ܡܢ ܚܝܠܗܘܢ ܕܢܒܗܬܘܢ . ܕܟܕ ܛܥܝܢܝܢ
ܛܒܬܟ ܢܟܦܪܘܢ ܒܩܢܘܡܟ . ܘܐܦ ܚܣܬ ܥܠܝܗܘܢ
ܓܝܪ ܚܝܐ . ܕܚܝܝܗܘܢ ܡܪܥܝܬܐ ܠܦܬܟܪܐ
ܡܝܬܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ . ܚܕ ܓܝܪ ܥܓܠܐ ܕܥܒܕܘ
ܗܘܘ ܒܡܕܒܪܐ . ܪܥܐ ܠܗܘܢ ܠܚܝܝܗܘܢ ܐܝܟ
ܥܣܒܐ ܒܡܕܒܪܐ . ܦܬܟܪܘܬܐ ܓܝܪ ܗܝ ܕܟܣܝܘ
ܒܠܒܘܬܗܘܢ ܘܐܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܟܕ ܢܦܩܬ
ܠܒܪ ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ ܓܠܝܐܝܬ . ܠܗܢܘܢ ܕܥܡܪܐ
ܗܘܬ ܒܗܘܢ ܒܟܣܝܐ . ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܓܝܪ
ܕܒܩܝܣܐ ܕܛܫܝܐ ܘܐܬܝܠܕܬ ܡܢ ܥܘܒܗ

deterrita fuit, propter sanguinem tuum, idololatria in ipsum inserta. Abstinuit enim propter sanguinem tuum a lacte hujus ethnicæ erroris a quo nunquam ablactata fuerat.

6. Crucifixerant autem Israelitæ Dominum nostrum eo prætextu quod eos averteret a Deo uno, quamvis ipsi simulacrorum cultu omni tempore a Deo uno recessissent. Dum igitur putarent se crucifixisse eum, qui ipsos a Deo uno averteret, inventi sunt ab omnibus idolis abducti per eum et ad Deum unum conversi, ut, quum voluntarie illum esse Deum ignoravissent, coacte discerent, bono, quod ipsis per eum evenerat, arguente eos de malo quod manus eorum perpetraverant. Lingua quidem opprimentium te, Domine, negavit, sed auxilium tuum eos repressit. Tua enim gratia eorum viribus ita prævaluit ut erubescerent onerati bonis tuis negare tuam personam. Pepercisti quippe etiam eis qui vitam suam pascuum idolis mortuis fecerant. Unus enim vitulus quem fecerant in deserto depavit vitam eorum ut fœnum in eadem solitudine. Idololatria quippe, quam in cordibus suis celaverant et ex Ægypto asportaverant, ubi exterius se prodidit, palam occidit eos quos secreto inhabitabat, ut ignis in ligno delitescens, ubi e sinu ejus exoritur, comburit illud. Comminuit porro Moyses vitulum eumque potum dedit in aquis probatoriis

[illegible]

ut potu vituli morerentur omnes qui vitam suam in eo adorando prostituerant[1]. Irruerunt enim in eos filii Levi accurrentes, strictis gladiis, ad Moysen. Nesciebant autem quosnam occidere deberent eo quod se immiscuerant vituli adoratores cum iis qui non adoraverant. Qui autem omnia discernere novit discrevit idololatriæ reos ab iis qui ab hoc crimine innoxii erant, ut innocentes statuerent innocentiam suam Deum justum non effugisse, et idololatriæ rei persuasum haberent impietatem suam summo judici non latuisse. Filii autem Levi publici sceleris vindices fuerunt. Imposuit igitur Moyses peccatoribus signum[2] quo vindicibus facile foret vindictam exercere. Vituli enim potus invasit homines amore vituli captos et protulit in eis signum patens, quo levitis demonstraretur in quosnam eductus gladius immittendus esset. Scilicet synagogæ scortatione cum vitulo fœdatæ Moyses potum dedit aquas probationis ut in ea appareret signum adulterarum. Exinde derivata est lex illa in uxores lata bibendi aquas probationis, ut, signo illo in adulteris se manifestante, synagoga memor esset fornicationis suæ cum vitulo, et timore a posteriore fornicatione caveret quæ cum pœnitentia prioris memor erat. Qui igitur condemnant uxores suas mœchantes et hac ratione, a suis

[1] Cfr. *Exod.* XXXII.

[2] Signum istud fuerit, juxta S. Doctorem, tumor corpus pervadens idque turgescere faciens. Cfr. Ephræmi *Comment.* in cap. XXXII, Exodi.

ܕܦܪܝܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܆ ܢܚܝܒܘܢ ܢܦܫܗܘܢ ܕܦܪܝܫܝܢ
ܡܢ ܐܠܗܗܘܢ ܀

Christus cruce sua idololatriam vicit.

ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܕܒܙܩܝܦܟ ܫܩܠܬ ܚܢܦܘܬܐ܂
ܕܒܗ ܥܘܪ̈ܠܐ ܘܓܙܝܪ̈ܐ ܡܬܬܩܠܝܢ ܗܘܘ܂ ܠܟ
ܬܘܕܝ ܣܡܐ ܚܝܐ ܕܟܠ ܕܥܡܕܝܢ ܠܘܬ ܚܝܐ ܕܟܠܐ܂
ܘܠܡܪܐ ܕܟܠ ܗܦܟ ܐܢܘܢ܂ ܡܒܪܟܝܢ ܠܟ ܐܒܝ̈ܕܐ
ܕܐܫܬܟܚܘ܂ ܚܕܝܬ ܕܝܢ ܒܫܟܚܬܐ ܕܐܒܝ̈ܕܐ
ܠܡ̈ܠܐܟܐ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܐܒܕܘ܂ ܡܘܕܝܢ ܠܟ
ܥܘܪ̈ܠܐ ܕܒܫܠܡܟ ܐܬܒܠܥܬ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ
ܕܒܡܨܥܬܐ܂ ܢܣܒܬ ܕܝܢ ܒܒܣܪܟ ܠܐܬܘܬܐ
ܐܬܐ ܒܪܝܬܐ܂ ܕܒܗ ܥܘܪ̈ܠܐ ܕܝܠܟ ܐܝܟ ܕܠܐ ܕܝܠܟ
ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ܂ ܣܡܬ ܕܝܢ ܐܬܘܬܟ ܒܓܙܘܪܬܐ
ܕܠܒܐ܂ ܕܒܗ ܐܬܝܕܥܘ ܓܙܝܪ̈ܐ ܕܠܐ ܗܘܘ ܕܝܠܟ܂
ܐܬܝܬ ܕܝܢ ܠܕܝܠܟ ܘܕܝܠܟ ܠܐ ܩܒܠܘܟ܂ ܘܒܗܕܐ
ܐܬܝܕܥܘ ܕܠܐ ܗܘܘ ܕܝܠܟ܂ ܐܠܝܢ ܕܝܢ ܕܠܘܬܗܘܢ
ܠܐ ܐܬܝܬ ܆ ܒܪܚܡܝܟ ܒܬܪܟ ܩܥܝܢ ܗܘܘ܂
ܕܐܣܒܥ ܐܢܘܢ ܡܢ ܦܬܘܬܐ ܕܢܦܠ ܡܢ ܦܬܘܪ ܒܢ̈ܝܐ
ܢܩܠܝܢ ܗܘܘ ܀

ܐܠܗܐ ܐܫܬܠܚ ܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܕܬܐܬܐ ܬܚܪܘܒ
ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗ̈ܐ܂ ܘܟܕ ܫܩܠܬܗ
ܡܢܗܘܢ ܠܫܡܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܗ ܡܨܒܬ
ܗܘܐ܆ ܗܝܕܝܢ ܐܬܓܠܝܘ ܡܘ̈ܡܐ ܕܚܣܝܪܘܬܗܘܢ܂
ܡܘܡܝܗܘܢ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܗܘܘ܂ ܕܥܝ̈ܢܐ ܐܝܬ
ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܚܙܝܢ܂ ܘܐܕ̈ܢܐ ܘܠܐ ܫܡܥܝܢ܆ ܟܪܘܙܘܬܟ

viris se separantes condemnent seipsos a Deo suo fornicatione idololatriæ recedentes.

7. Tibi gloria! qui cruce tua abstulisti idololatriam in quam incircumcisi et circumcisi corruerant. Tibi laus, pharmacum vitæ, qui omnes baptizatos ad omnium vivificatorem et Dominum convertisti. Benedicunt te perditi qui inventi sunt. Lætificasti porro in inventione perditorum angelos, qui non perierunt. Laudant te incircumcisi quod pace tua absorpta est inimicitia in medio posita. Suscepisti in carne tua, signum externum circumcisionis, qua præputiati qui tui erant tanquam non tui reputabantur. Signum autem tuum posuisti in circumcisione cordis, qua innotuit circumcisos non esse tuos. Venisti enim ad tuos et tui non receperunt te[1], et in hoc innotuit illos non esse tuos. Illi autem ad quos non venisti per misericordiam tuam post te clamant ut saties illos micis quæ cadunt de mensa filiorum[2].

8. Deus a Deo missus es ut veniens destrueres simulacra quæ Dii non erant[3]. Ablato igitur ab eis Dei nomine quo decorabantur tunc apparuerunt eorum defectus. Defectus porro eorum hi erant : « *Oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt*[4]. » Prædicatio tua persuasit adorato-

[1] *Joan*. I, 11.

[2] *Matth*. XV, 27.

[3] ܐܠܗܐ . . . . ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗ̈ܐ . Ista verba citantur a Philoxeno episcopo Mabugensi in sua *Epist. de fide ad monachos*, add. manusc. 12164, fol. 130, a.

[4] *Psalm*. 113, 5.

[illegible]

ribus eorum ut mutarent plures suos Deos contra unum. Quum enim abstulisti nomen Dei ab idolis, una cum nomine translata fuit adoratio nomini ipsi alligata; divini quippe nominis pedissequa est adoratio. Quia igitur omnes populi ei adorationis obsequium præstiterunt tandem nomen plene adoratum ipse apud Dominum suum consecutus est, et ei perfecta adoratio reddita fuit ut adimpleatur illud effatum : « *omnia ei subjiciuntur*[1]. » Vicissim autem ipse subjicitur Patri qui subjecit ei omnia, ut e gradu in gradum ascendens nomen suæ radici inseratur. Ubi enim omnes creaturæ amore devinctæ fuerint Filio per quem creatæ sunt, et Filius fuerit devinctus amore Patris de quo natus est, laudabunt tandem omnes creaturæ Filium a quo omne bonum accipiunt et per eum ac cum eo laudabunt etiam Patrem qui e thesauro suo nobis distribuit omnes divitias.

Crux Christi sacrificium propitiatorium.

9. Tibi gloria! qui induisti corpus hominis mortalis illudque fontem vitæ effecisti omnibus mortalibus. Tu plane vivis; nam occisores tui veluti agricolæ egerunt erga vitam tuam; scilicet eam tanquam triticum in profundo seminarunt ut inde resurgeret et secum suscitaret multos. Venite, offeramus amorem nostrum sacri-

[1] *Hebr.* II, 8.

ܠܐܠܗܘܬܐ . ܘܐܬܟܪܙ ܕܢܣܒܘ ܚܠܦ ܟܠܢ .
ܒܗ̇ ܐܬܪܝܡ ܠܗ ܠܐܠܗܐ . ܕܢܥܬܪ ܠܟܘܠܢ
ܡܥܬܪܢܘܬܗ . ܘܐܬܪܟܢ ܗܘ ܥܠܝܐ ܠܬܚܬܝܐ
ܦܪܣ ܗܘܐ . ܐܠܐ ܡܣܟܢܐ ܡܢ ܐܢܫܘܬܗ
ܠܗ ܢܩܪܒܝܢ ܗܘܘ . ܡܩܒܠ ܦܓܪܐ ܕܠܒܫ :
ܓܙܒܪܐ ܥܒܕܗ ܠܥܘܬܪܘܗܝ . ܕܢܦܩ ܡܪܝ
ܢܦܩܝܢ ܡܢ ܓܙܟ ܘܢܦܠܓ ܠܡܣܟܢܐ ܒܢܝ
ܓܢܣܗܘܢ ܀

ܫܘܒܚܐ ܠܗܘ ܕܢܣܒ ܡܢܢ ܕܢܬܠ
ܠܢ . ܕܒܝܕ ܗܘ ܕܝܠܢ ܢܣܓܐ ܢܣܒ ܡܢ
ܕܝܠܗ . ܐܦ ܒܝܕ ܡܨܥܝܐ ܗܘ ܡܫܟܚܐ ܗܘܐ
ܐܢܫܐ ܕܢܣܒ ܚܝܐ ܡܢ ܡܥܕܪܢܗ ܐܝܟ ܕܒܝܕ
ܡܨܥܝܐ ܢܣܒܬ ܒܪܫܝܬ ܡܘܬܐ ܡܢ ܡܩܛܠܢܗ .
ܐܢܬ ܐܢܬ ܕܥܒܕܬܝܗܝ ܠܟ ܠܦܓܪܐ ܥܒܕܐ .
ܕܒܗ ܠܡܚܒܝܟ ܟܠ ܕܪܚܡܘ . ܟܣܝܬܐ
ܕܝܢ ܐܦ ܡܩܛܠܢܐ ܒܪܘܢ ܘܩܒܘܪܐ ܦܓܪܐ
ܘܡܬܚܙܝܢܐ . ܐܬܓܠܝܘ ܒܟ ܕܠܒܫܬ ܦܓܪܐ .
ܩܛܘܠܐ ܓܝܪ ܒܥܠܬܐ ܦܓܪܟ ܗܘ ܩܛܠܘܟ
ܘܐܬܩܛܠܘ ܒܟ . ܘܩܒܘܪܐ ܒܥܠܬܐ ܦܓܪܟ
ܩܒܪܘܟ ܘܐܬܢܚܡܘ ܥܡܟ . ܚܘܒܗܘܢ ܓܝܪ
ܩܒܪܟ . ܘܐܬܢܚܡܬ ܥܡܟ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ .
ܚܝܠܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܓܫܫ ܢܚܬ ܐܬܥܛܦ ܗܕ̈ܡܐ
ܡܬܓܫܫܢܐ . ܕܢܩܪܒܘܢ ܡܣܟܢܐ ܠܡܓܫܘ
ܠܗ . ܕܒܡ ܕܓܫܝܢ ܐܢܫܘܬܗ ܢܪܓܫܘܢ
ܒܐܠܗܘܬܗ . ܗܘ ܓܝܪ ܚܪܫܐ ܒܪ̈ܩܒܬܐ ܕܥܣܪܐ
ܐܟܝܢ ܗܘܐ ܕܩܪܒ ܠܐܢܫܘܬܗ . ܓܫܗ ܠܡܐܣܝܗ .

[1] Marc. VII, 32-37.

ficium magnum et universale, ditissima effundamus cantica et orationes ei qui obtulit crucem suam sacrificium Deo ut ex illa nos omnes ditesceret. Supernus demisit se ad inferiores ut largiretur eis thesauros suos. Etsi enim inopes ad hominem accedebant, donum tamen a Deo accipiebant. Corpus nempe quod induit thesaurarium divitiarum suarum effecit ut eas, Domine, e thesauro tuo efferret et largiretur inopibus gentilibus suis.

10. Gloria illi qui accepit a nobis ut daret nobis, ut per illud quod habuit a nobis abundantius acciperemus de suo. Etiam per illum mediatorem potuit homo obtinere vitam a suo fautore, sicut per mediatorem incurrerat initio mortem a suo occisore. Tu, Domine, ex corpore effecisti tibi servum, quo diligentibus te dares omne quod diligebant. Occultæ autem occidentium et sepelientium voluntates eo ipso in te factæ sunt visibiles quod corpus visibile induisti. Occisores enim, occasione ex corpore tuo assumpta, occiderunt te et occisi sunt a te; et sepultores, occasione ex corpore tuo data, sepelierunt te et resuscitati sunt tecum. Eorum nempe amor sepelivit te et resuscitata est tecum fides eorum. Virtus quæ attrectari nequit e cœlo descendens induit se membris palpabilibus, quibus possent inopes accedere ad eam ut palpantes humanitatem ejus divinitatem sentirent. Surdus[1]

quippe ille (quem Christus sanavit) digitis carnalibus sensit tangi aures suas et linguam attrectari; sed, soluto linguæ vinculo apertisque pravis auribus, per digitos tangibiles tangebatur divinitas quæ tangi nequit. Itaque architectus corporis et artifex membrorum venit ad surdum et voce leni absque dolore duras perforavit aures; statimque os obstructum, quod nullam poterat emittere vocem, dedit laudem illi, qui sterilitatem ejus prolatione verborum fœcundavit. Ille igitur qui Adæ dedit ut loqueretur illico sine magistro, ipse dedit surdis ut loquerentur facile linguas quas discere difficile est.

Surdi sanatio divinitatis Christi argumentum.

11. Exinde rursus alia quæstio elucidatur. Quæstio hæc est : quasnam loqui linguas dederit Dominus noster surdis qui ex omnibus linguis veniebant ad eum? Hoc quidem scire facile est, at animus ad altiora consideranda nos impellit; sciamus ergo per Filium primum hominem formatum fuisse. Quum igitur per eum eloquium datum fuerit surdis, Adæ filiis, pronum est judicare per ipsum datum esse eloquium Adæ, primo eorum parenti. Nam hic etiam natura imperfecta completa fuit a Domino nostro. Manifestum est naturæ completionem ei deberi qui supplere valuit quod illi deerat. Imperfectio utique nulla major est illa, qua homo absque eloquio nascatur. Etenim, si eloquio ceteris creaturis præcellimus, illo destitui majus quid

ܕܒܐܝܕܗ ܐܫܬܡܠܝܬ ܟܠܗ̇ ܗܕܐ ܚܣܝܪܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ
ܕܒܐܝܕܗ ܗܘ ܫܡܠ ܟܠܗ̇ ܡܫܡܠܝܘܬܐ . ܡܛܠ
ܕܝܢ ܕܒܐܝܕܗ ܗܘ ܡܫܡܠܝܢ ܗܕܡܐ ܒܟܪܣܐ
ܥܠ ܡܕܡ ܒܟܣܝܐ . ܐܫܬܡܠܝܬ ܒܐܝܕܗ
ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܕܗܠܝܢ . ܕܢܐܠܦ ܕܒܐܝܕܗ̈
ܒܪܫܝܬ ܐܬܓܒܠ ܟܠܗ ܦܓܪܐ . ܪܩ ܠܡ
ܒܨܒܥܬܗ ܘܣܡ ܒܐܕܢܘܗܝ ܕܚܪܫܐ ܗܘ .
ܘܓܒܠ ܛܝܢܐ ܡܢ ܪܘܩܗ ܘܛܫ ܥܠ ܥܝܢܘܗܝ
ܕܣܡܝܐ ܗܘ . ܕܢܐܠܦ ܕܐܚܒܠ ܕܚܣܝܪܘܬܐ ܐܝܬ
ܗܘܬ ܒܒܒܬܗ ܕܣܡܝܐ ܗܘ ܕܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ :
ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܗܘܬ ܚܣܝܪܘܬܐ ܒܐܕܢܘܗܝ ܕܚܪܫܐ .
ܒܚܡܝܪܐ ܗܟܝܠ ܕܡܢ ܦܓܪܗ ܕܡܓܒܠܢܐ .
ܐܫܬܡܠܝܬ ܚܣܝܪܘܬܐ ܕܓܒܝܠܘܬܢ . ܠܐ ܓܝܪ ܘܠܐ
ܗܘܐ ܕܢܦܣܘܩ ܡܢ ܦܓܪܗ ܢܫܡܠܐ ܗܘܐ ܡܪܢ
ܘܢܡܠܐ ܚܣܝܪܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܐܚܪܢܐ . ܐܠܐ ܒܡܕܡ
ܕܡܨܐ ܗܘܐ ܕܢܫܬܩܠ ܡܢܗ . ܫܡܠܝ ܚܣܝܪܘܬܐ
ܕܚܣܝܪܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܒܡܕܡ ܕܡܨܐ ܕܢܬܐܟܠ ܠܟܠܢ
ܒܗ ܡܝܘܬܐ . ܫܡܠܝ ܗܟܝܠ ܚܣܝܪܘܬܐ ܘܐܚܝ
ܡܝܘܬܐ . ܕܢܕܥ ܕܡܢ ܦܓܪܐ ܕܥܡܪ ܒܗ
ܡܫܡܠܝܘܬܐ . ܐܫܬܡܠܝܬ ܚܣܝܪܘܬܐ ܕܚܣܝܪܐ . ܘܡܢܗ
ܕܦܓܪܐ ܗܘ ܕܥܡܪ ܒܗ ܚܝܐ . ܐܬܝܗܒܘ
ܚܝܐ ܠܡܝܘܬܐ ܀

ܢܒܝܐ ܕܝܢ ܥܠ ܐܬܘܬܐ ܥܒܕܘ ܗܘܘ . ܚܣܝܪܘܬܐ
ܕܝܢ ܕܗܕܡܐ ܒܝܘܡ ܠܐ ܡܠܘ . ܐܬܢܛܪܬ ܕܝܢ
ܚܣܝܪܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܘܒܝܕ ܡܪܢ ܐܬܡܠܝܬ . ܕܬܣܬܟܠ
ܢܦܫܬܐ ܕܒܐܝܕܗ ܗܘ ܡܫܬܡܠܝܐ ܟܠ ܚܣܝܪܝܢ .

est quam ceteris dotibus orbari. Illi igitur qui totam hanc penuriam supplevit, totam naturæ perfectionem referendam esse manifestum est. Qui membra occulte in utero plene format, palam adjecit quod illis deerat, ut discamus per eum ab initio plasmatum esse totum corpus. Spuit quidem in digitis suis et posuit eos in auribus surdi, fecit etiam lutum ex sputo et linivit oculos cæci[1] ut discamus defectu laborasse aures surdi sicut pupillarum vitio oculos cæci nati. Fermento igitur e corpore plasmatoris producto completum fuit quod deerat plasmationi nostræ; nec enim decebat ut aliquid e corpore suo abscinderet Dominus ad supplendum quod in aliis corporibus deficiebat. Re itaque quæ a corpore suo auferri poterat imperfectorum imperfectionem supplevit, sicut sub escæ specie quæ ab omnibus manducari potest, manducant eum homines mortales. Perfecit igitur imperfectos homines et vivificavit mortales ut agnoscamus e corpore, in quo habitavit plenitudo, imperfectorum imperfectionem suppletam fuisse, et e corpore, in quo habitavit vita, datam esse vitam mortalibus.

12. Prophetæ signa omnis generis fecerunt, nunquam tamen membrum quod deerat suppleverunt. Servata est corporum imperfectio et per Dominum nostrum suppleta, ut mentes intelligerent

[1] Joan. IX, 6.

ܙܕܩ ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܠܚܟܝܡܐ ܕܢܕܥܘܢ ܆ ܕܗܘ
ܡܢ ܕܦܘܠܚܢܐ ܫܥܒܘܕܘܬܗ ܕܒܪܝܬܐ . ܒܟܠ
ܐܫܠܡܗ ܗܘ ܕܒܪܝܬܐ ܟܕ ܒܐܪܥܐ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܡܪܢ ܥܒܕ ܠܚܪܫܐ ܕܢܫܡܥܘܢ ܘܢܡܠܠܘܢ ܠܫܢܐ
ܕܠܐ ܝܠܦܘ . ܕܡܐ ܕܐܣܬܠܩ ܆ ܢܕܥܘܢ ܕܗܘ ܥܒܕ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܢܡܠܠܘܢ ܒܟܠ ܠܫܢ ܀

ܣܒܪܘ ܕܝܢ ܨܠܘܒܐ ܕܡܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܡܪܢ
ܘܡܝܬ ܥܡܗ ܐܦ ܐܬܘܬܗ . ܐܬܚܙܝ ܕܝܢ ܐܬܘܬܗ
ܕܚܝܢ ܒܝܕ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܕܢܕܥܘܢ ܨܠܘܒܐ
ܕܚܝ ܗܘ ܡܪܗܘܢ ܕܐܬܘܬܐ . ܫܓܫ ܗܘܘ ܕܝܢ
ܠܥܡܐ ܒܪܡ ܩܠܐ ܕܩܛܘܠܘܗܝ ܕܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܓܢܒܘ ܫܠܕܗ . ܫܓܫ ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܒܬܪܟܢ
ܒܐܬܘܬܐ ܒܝܕ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܢ ܟܕ
ܕܐܬܚܫܒܘ ܕܓܢܒܘ ܫܠܕܐ ܡܝܬܐ . ܐܫܬܟܚܘ
ܦܓܪܐ ܢܘܟܪܝܐ ܡܚܝܝܢ . ܐܡܪܝܢ ܕܝܢ ܪܫܝܥܐ
ܘܐܡܪܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܓܢܒܘ ܫܠܕܗ . ܐܝܟ
ܕܢܫܬܟܚܘܢ ܠܗܘܢ ܟܐܬܐ ܕܢܚܬ ܗܘܐ ܕܢܬܒܗܬܘܢ .
ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܢ ܕܓܢܒܘ ܦܓܪܐ ܡܝܬܐ ܡܢ ܢܛܘܪܐ
ܚܝܐ ܆ ܐܬܕܚܩܘ ܒܫܡܗ ܕܓܢܝܒܐ ܡܝܬܐ ܠܗ
ܠܡܘܬܐ ܕܠܐ ܢܓܢܘܒ ܚܝܐ ܕܚܝܐ . ܝܗܒ
ܗܘܐ ܠܚܪܫܐ ܕܢܫܡܥܘܢ ܥܕܠܐ ܢܙܕܩܦ ܆ ܕܡܐ
ܕܐܙܕܩܦ ܢܫܡܥܘܢ ܘܢܗܝܡܢܘܢ ܟܠ ܐܕܢܝܢ
ܒܩܝܡܬܗ . ܩܕܡ ܓܝܪ ܡܫܪܐ ܠܡܫܡܥܢܐ
ܒܡܫܡܥܐ ܕܚܪܫܐ ܕܐܬܦܬܚ . ܕܠܐ ܢܬܟܦܪܘܢ ܥܠ

ab eo omnem suppleri imperfectionem. Oportet ergo ut sapientes intelligant opus creatoris sub illius esse potestate qui creaturarum defectus supplevit. Quum itaque in terris versaretur Dominus noster surdos fecit audire ac loqui linguas quas non didicerant, ut, postquam in cœlum ascendisset agnoscerent ipsum esse qui discipulis dedit ut loquerentur variis linguis.

Discipulorum miracula probant Christum adhuc vivere.

13. Putarunt crucifixores mortuum esse Dominum nostrum ejusque signa cum eo esse extincta. Ostensum est autem per discipulos signa ejus adhuc perseverare ut agnoscerent crucifixores Dominum horum signorum adhuc vivere. Turbas prius moverant ejus occisores clamando discipulos cadaver ejus esse furatos[1]; Dominus autem postea perturbavit eos signis per discipulos suos patratis. Unde, dum discipuli tetri cadaveris fures reputabantur, inventi sunt aliena corpora vivificasse. Impii confestim dixerant : « Discipuli furati sunt cadaver ejus » ut, detecto cadavere, ignominia afficerentur. Accidit autem ut discipuli, qui corpus mortuum a vivis custodibus furati essent, in nomine mortui furto ablati persequerentur mortem ut ipsa non furaretur vitam viventium. Dedit igitur Dominus surdis auditum antequam crucifigeretur, ut postquam crucifixus fuisset omnium aures audirent et crederent ejus resurrectio-

[1] Cfr. *Matth.* XXVII, 64.

ܒܬܘܪܨܐ ܕܡܫܡܥܬܐ . ܒܟܠ ܐܦܢܝܢ ܐܬܝܢ
ܦܪܘܩܢ܆ ܕܒܟܠ ܐܦܢܝܢ ܢܬܐܣܘܢ ܡܢ ܡܚܘܬ.
ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܦܓܪܐ ܒܠܚܘܕ ܠܒܫ ܡܪܢ܆
ܐܠܐ ܐܦ ܗܕܡܐ ܘܢܚܬܐ ܐܬܥܛܦ . ܕܒܗܘܢ
ܗܕܡܘܗܝ ܘܢܚܬܘܗܝ ܢܬܠܒܒܘܢ ܡܚܝܢܐ
ܠܣܝܡܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ . ܕܐܝܠܝܢ ܕܒܚܘܒܗ
ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܢܬܩܪܒܘܢ ܠܦܓܪܗ . ܘܐܝܠܝܢ
ܕܒܕܚܠܬܗ ܢܬܩܪܒܘܢ ܠܠܒܘܫܗ .
ܠܚܕܐ ܓܝܪ ܒܟܢܦܐ ܠܒܘܫܐ ܕܢܬܩܪܒܝܗ ܐܦܣܬ
ܚܠܬܗ ܕܚܠܬܗ ܠܦܓܪܗ . ܠܐܚܪܬܐ ܕܝܢ ܚܘܒܐ
ܠܡܩܪܒܘ ܐܦܣܬܗ ܘܢܫܩܬܗ ܠܪܓܠܘܗܝ܆ ܒܗܝ
ܕܝܢ ܕܒܢܩܝܫܘܬܐ ܐܣܝܬ ܡܢ ܢܚܬܘܗܝ . ܐܬܒܗܬܘ
ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܐܬܐܣܝܘ ܐܣܝܘܬܐ ܡܢ ܡܠܘܗܝ .
ܘܒܗܝ ܕܢܫܩܬ ܪܓܠܘܗܝ ܐܬܚܣܕ ܗܘ ܕܠܐ
ܝܗܒ ܗܘܐ ܕܢܫܩ ܦܘܡܗ ܀

nem. Prius enim confirmavit auditum nostrum, soluta surdorum lingua ut de prædicatione verbi evangelii non dubitares. Diversis modis ad Salvatorem nostrum accedunt homines ut diversis modis a noxis sanentur (?). Neque enim corpus tantum induit Dominus, sed membris et vestibus se contexit, ut ejus membra ac vestes animos excitarent hominum vulneratorum eosque ad thesaurum sanationis impellerent, et ita quidem ut qui amore ejus excitati essent ad corpus accederent, qui autem timore correpti ad vestes tantum. Unam quippe mulierem fimbriam pallii ejus tangere permisit timor, alteram usque ad corpus ejus accedere impulit amor[1]. Per eam autem quæ vestium tactu sanata est confusi sunt qui verbis ejus sanati non sunt; per eam vero quæ osculata est pedes ejus probro affectus est qui osculum Domino negaverat.

Peccatrix sanctificata.

ܡܪܢ ܕܝܢ ܗܘ ܒܡܨܥܝܬܐ ܒܨܝܪܬܐ ·
ܕܝܗܒ ܡܢ ܪܒܐ ܐܚܘܝ ܗܢܘܢ ܕܒܨܘ ܠܗ̈
ܪܘܪܒܬܐ . ܐܢ ܓܝܪ ܡܢ ܟܢܦܗ ܐܣܝܘܬܐ ܕܐܝܟ
ܗܕܐ ܒܓܢܒܐ ܐܬܓܢܒܬ . ܡܢ ܟܡܐ ܢܗܘܐ
ܗܘܐ ܠܐܣܝܘܬܐ ܕܡܠܬܗ ܒܚܐܪܘܬܐ ܡܩܒܠܐ
ܗܘܬ . ܘܐܢ ܒܢܘܫܩܐ ܕܪܓܠܘܗܝ ܣܦܘܬܐ
ܛܡܐܬܐ ܐܬܩܕܫ ܗܘܝ . ܟܡܐ ܒܢܘܫܩܐ ܕܦܘܡܐ
ܗܘܝ̈ ܒܢܘܫܩܐ ܦܘܡܗ ܣܦܘܬܐ ܕܟܝܬܐ .

14. Dominus autem noster parvis mediis magna contulit ut monstraret quantis privati sint qui magna despexerunt. Si enim ex fimbria sanitas talis occulte surrepta fuit, quamnam sanitatem præstare valuisset verbum ejus libere susceptum? Si pedum osculo labia impura sanctificata sunt, quanto magis osculo oris labia munda sanctificata fuissent! Pec-

[1] Alludit ad mulierem quæ attactu fimbriæ vestimenti Christi a sanguinis fluxu liberata est (*Matth.* IX, 22 22; *Marc.* V, 25-35) et ad mulierem peccatricem quæ osculata est pedes Domini (*Luc.* VII, 37-50). De hisce mulieribus simul etiam agit in *Evangelii concordantis expositione* cap. VII. Edidit Moesinger, Venetiis, 1876.

[illegible]

[illegible]

catrix[1] quippe osculis gratiam accepit a sanctis illis pedibus qui cum labore venerunt remissionem peccatorum ei allaturi; recreabat gratuito unguento pedes sui medici qui gratuitum sanationis thesaurum morbis ejus attulerat. Etenim non propter escam invitatus fuerat qui omnem famem satiare valet, sed propter pœnitentiam peccatricis invitari voluerat qui justificat peccatores.

15. Etenim Pharisæi esculenta non appetebat Dominus, sed lacrymas peccatricis; satiatus quippe et recreatus lacrymis quas appetebat, reprehendit Pharisæum, qui ipsum ad cibum temporaneum invitaverat, ut ostenderet se invitatum non propter corporis sustentationem sed propter mentis adjutorium. Nequaquam enim propter voluptatem immiscuit se Dominus edentibus et bibentibus, ut putavit pharisæus, sed ut cibo eorum mortali immisceret pharmacum vitæ, scilicet doctrinam suam. Quemadmodum autem occasione cibi Malus consilium mortiferum dederat protoparentibus, sic occasione cibi Bonus consilium vivificum dedit filiis Adæ. Factus quasi venator in terras descendit ut irretiret homines perditos. Vidit ergo publicanos et meretrices in luxuriam et ebrietatem ruentes et illico tetendit retia sua agminibus eorum ut cibo corpora saginante captos irretiret eos in retibus jejunii mentes pinguefacientis.

[1] De hac muliere peccatrice fusius agit S. Doctor in *Parænesi* IV, *Opp. Syriaca-lat.* III, 387, sqq.; et in *sermonibus de peccatrice*, infra.

Jesus et Simon Pharisæus.

16. Exquisita quidem paraverat pharisæus Domino in convivio suo, tenuia autem ei illuc attulit peccatrix. Cibis exquisitis parvum ille Domino monstravit amorem, hæc vero lacrymis ardentem Domino testificata est caritatem. Propter tenuiorem igitur suum amorem reprehensus est ille, qui Dominum ad magnas epulas invitaverat; operuit autem peccatrix paucis lacrymis multas amorum suorum stultitias. Simon pharisæus Dominum velut prophetam receperat propter signa non vero propter fidem; Israelita enim erat, qui, accedentibus signis, ad eorum auctorem accedebat. signis vero cessantibus, mox fide destituebatur. Quum igitur conspexisset Dominum signa patrantem, prophetam eum reputavit. Quiescente autem a signis Domino, lapsus est in dubitationem populariurn suorum : *Hic, si esset propheta, sciret utique peccatricem esse hanc mulierem* [1]. Dominus autem, cui omnia ubique nota sunt, a patrandis signis hic non destitit. Vidit namque, eo quod tantisper ab efficiendis miraculis destiterat, a se recessisse cœcam pharisæi mentem, quippe qui errore dixerat : « *Hic, si esset propheta, sciret.* » Eadem igitur cogitatione et dubitavit pharisæus de Domino : an esset propheta, et didicit eum Dominum esse prophetarum. Ex qua igitur causa in errorem incidit pharisæus, ex illa Dominus eum ab errore erexit.

[1] *Luc.* VII, 39.

ܐܦܩܠܐ ܠܗ ܕܝܢ ܡܪܢ ܡܬܠܐ ܕܬܪܝܢ ܚܝܒܐ
ܘܥܒܕܗ ܠܗ ܡܕܝܢܐ܂ ܕܡܢ ܠܫܢܗ ܢܨܘܕܝܘܗܝ
ܠܗܘ ܕܥܩܡܐ ܒܠܒܗ ܠܗ ܗܘܐ܂ ܚܕ ܠܗܢ
ܚܝܒ ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢܪܐ ܚܡܫܡܐܐ܂ ܗܦܟܐ ܕܝܢ
ܡܣܓܝܐܘܬܐ ܕܚܘܒܝܗ ܕܚܛܝܬܐ ܗܘ ܚܘܝܗ ܡܪܢ
ܠܦܪܝܫܐ܂ ܗܘ ܗܘܟܝܠ ܕܣܒܪ ܠܡܪܢ ܕܐܦ
ܠܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ ܠܗ ܝܕܥ܆ ܐܫܬܟܚ ܫܡܥ
ܡܢܗ ܕܟܡܐ ܗܝ ܣܘܓܐܐ ܕܚܛܗܝܗ܂ ܦܪܝܫܐ
ܗܘܟܝܠ ܕܣܒܪ ܕܠܐ ܝܕܥ ܡܪܢ ܕܡܢ ܗܝ ܘܟܡܐ
ܛܒܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ ܐܫܬܟܚ ܕܗܘܝܘ ܠܐ ܝܕܥ
ܗܘܐ ܡܢܘ ܘܟܡܐ ܛܒܐ ܡܪܢ܂ ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܣܝ
ܒܛܥܝܘܬܗ ܗܘ܆ ܕܠܐ ܪܓܫ ܒܛܥܝܘܬܗ ܠܛܥܝܐ
ܗܘܐ܂ ܛܥܝܘ ܓܝܪ ܗܘܐ ܠܝܕܥܬܐ܆ ܕܝܢ ܕܐܬܐ ܠܫܪܪܐ
ܛܒ ܗܘܐ܂ ܡܛܠ ܕܝܢ ܒܥܘܗܕܢܐ ܡܢ ܗܘ ܕܐܬܐ
ܘܢܥܗܕ ܠܛܥܝܐ܂ ܐܬܘܬܐ ܕܝܢ ܪܘܪܒܬܐ ܚܙܐ
ܦܪܝܫܐ ܗܘ ܡܢ ܡܪܢ܂ ܐܝܟ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ
ܡܘܫܐ܂ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܒܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܢܬܐܚܕܢ ܠܬܕܡܪܬܐ ܕܚܙܐ܆
ܒܥܠܬܐ ܒܨܝܪܬܐ ܐܬܡܣܟܢܬ ܥܠܝܗ ܐܡܪ܂ ܕܐܠܘ
ܗܢܐ ܐܠܘ ܢܒܝܐ ܗܘܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ
ܗܕܐ܂ ܛܥܐ ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܠܬܕܡܪܬܐ ܕܚܙܐ
ܘܥܘܪܢܘܬܐ ܡܢ ܠܒܪ ܡܛܠ ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܓܝܪ
ܐܝܣܪܝܠܝܐ ܗܘܐ ܓܝܪ܆ ܗܘ ܕܐܬܘܬܐ ܕܚܝܠܬܐ
ܠܘܬܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܝܡܐ ܕܢܕܚܠܘܢ܂ ܘܬܕܡܪܬܐ
ܒܪܝܟܬܐ ܒܡܕܒܪܐ ܚܪܒܐ ܒܟܠܚܕ ܗܘܝ ܠܗ
ܕܢܫܬܠܡܘܢ܂ ܡܢ ܒܬܪ ܕܡܚܣܪܘܬܐ ܕܝܢ ܒܥܠܬܐ
ܒܨܝܪܬܐ ܛܠܡܘ ܐܢܝܢ܂ ܕܗܢܐ ܠܗ ܡܘܫܐ ܕܐܣܩܢ

[1] Exod. XXXII, 1.

17. Proposuit itaque ei Dominus parabolam duorum debitorum et constituit eum arbitrum, ut e sermone ejus captaret virum qui non recte cogitabat : « *Unus quidem debebat denarios quingentos.* » Hisce verbis ostendit pharisæo multa esse mulieris delicta. Qui igitur putabat Dominum ignorare an mulier illa peccatrix esset, deprehensus est audiisse ab eo quantus esset mulieris reatus. Pharisæus ergo qui putabat Dominum ignorare qualis et quam bona esset peccatrix, inventus est nescire quis et quam bonus est Dominus. Tunc erroris argutus est qui errorem suum non percipiebat. Errantem quippe effugiebat cognitio erroris sui, sed qui venit ad veritatem in memoriam errantibus revocandam, memorem eum effecit. Pharisæus vidit magna signa a Domino patrata, sicut Israel a Moyse; sed quia carebat illa fide cui annecterentur miracula, quæ viderat, levissima exorta causa, miracula defecerunt : « *Hic si esset propheta sciret peccatricem esse hanc mulierem.* » Immemor mirabilium quæ viderat facile excæcatus est; erat quippe de his Israelitis, quos prodigia terribilia comitabantur usque ad mare ut Deum timerent, et miracula benedicta in arduo deserto undique cingebant ut cum Deo reconciliarentur; at qui ex fidei defectu, levi de causa, miracula spreverant dicentes : « *Hic Moyses qui eduxit nos, ignoramus quid ei acciderit*[1], »

Parabola duorum debitorum.

averterunt oculos a mirabilibus quibus undique cingebantur; adverterunt Moysen absentem esse, et, accedente hac causa, lapsi sunt in idololatriam Ægyptiorum. Moyses quippe paululum ab eis recessit ut appareret vitulus quem coram se habebant, illumque palam adorarent quem occulte in cordibus suis adorabant.

Vitulus aureus.

18. Quando vero eorum impietas intus latens exterius se prodidit, tunc Moyses ex abscondito montis recessu palam apparuit, ut publicam pœnam infligeret illis, quorum impietas tumultuabatur sub nube sancta eos obtegente. Abduxit autem Deus pastorem a grege quadraginta diebus ut grex ostenderet suam confidentiam in vitulo repositam esse. Dum Deus omnibus deliciis nutriebat gregem, grex pastorem præfecit sibi vitulum, qui nequidem nutriri poterat. Moyses, Israelitis tam terribilis, abductus est ut os eorum evomeret idololatriam quam ille per vim in cordibus eorum comprimebat. Clamarunt quippe : « *Fac nobis Deos qui nos præcedant*[1]. »

19. Quum autem descendisset de monte Moyses vidit vituli adoratores in vasto deserto, tympanis cymbalisque sonantibus, tumultuantes, et illico jussit ut levitæ eductis gladiis amentes illos confunderent. Pariter hic, quum ac-

[1] *Exod.* XXXII, 1.

ܚܛܝܬܐ ܗܝ . ܘܢܬܛܠܪ ܒܗ ܒܚܫܒܐ .
ܣܥܪܗ ܦܪܝܫܐ . ܐܝܟ ܥܓܠܐ ܡܪܝܪܐ ܕܙܪܘ
ܐܒܗܘܗܝ . ܟܕ ܕܝܢ ܫܠܡ ܒܗ ܒܚܫܒܐ
ܛܥܝܘܬܗ ؛ ܦܪܣܝ ܐܝܕܥܬܗ ܕܠܗ ܐܝܕܥܬܗ
ܕܡܪܢ ܘܟܪܙܗ̇ . ܥܠܠܬ ܠܒܝܬܟ . ܡܝܐ
ܠܪ̈ܓܠܝ ܠܐ ܝܗܒܬ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܒܕܡ̈ܥܝܗ̇ ܪ̈ܓܠܝ
ܐܪܘܝܬ . ܡܛܠܗܢܐ ܫܒܝܩܝܢ ܠܗ̇ ܚ̈ܛܗܝܗ̇
ܣܓܝ̈ܐܐ . ܦܪܝܫܐ ܕܝܢ ܗܘ ܟܕ ܫܡܥ ܕܩܪܐ
ܠܗ ܡܪܢ ܠܚ̈ܛܗܝܗ̇ ܕܗ̇ܝ ܚ̈ܛܗܐ ܣܓܝ̈ܐܐ .
ܐܣܟܠ ܛܒܐ ܕܐܣܟܠ ܛܒ . ܕܣܒܪ ܕܐܦ
ܠܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ ܝܕܥ ܗܘܐ ܡܪܢ . ܗܘ ܕܝܢ
ܡܪܢ ܢܦܫܗ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܟ ܠܐ ܝܕܥ ܠܗ̇
ܠܚܛܝܬܐ ܗܝ . ܐܦܠܐ ܠܗ ܫܒܩ ܠܗܘ ܕܣܓܝ
ܐܬ̈ܘܬܗ ܕܣܓܝ̈ܐܬܐ ܚܙܐ ܢܦܩܘ . ܐܝܟ ܕܢܬܝܕܥ
ܕܒܥܘܠܐ ܕܐܒ̈ܗܘܗܝ ܐܝܟܢ ܢܦܝܠ . ܐܣܝܐ
ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܒܣܡ̈ܐ ܕܝܠܗ ܟܐܒܐ ܓܘܝܐ
ܡܦܩ ܠܗ . ܠܐ ܗܘܐ ܡܪܒܐ ܠܗ ܕܐܠܐ
ܐܠܐ ܡܥܩܪ ܠܗ . ܟܠ ܐܡܬܝ ܓܝܪ ܕܟܐܒܐ ܡܛܫܐ
ܗܘ ܒܓܘܐ . ܐܚܝܕ ܕܝܢ ܒܗܕ̈ܡܐ ܟܕ ܒܣܡ̈ܐ
ܡܬܥܩܪ . ܪ̈ܘܪܒܬܐ ܗܟܝܠ ܚܙܐ ܦܪܝܫܐ ܗܘ .
ܘܥܠ ܙܥܘܪ̈ܬܐ ܐܬܦܠܓ ܗܘܐ . ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ
ܡܪܢ ܕܙܥܘܪܐ ܗܘ ܐܬܒܣܪ ܐܝܟ ܠܪ̈ܘܪܒܬܐ
ܒܪܥܝܢܗ . ܡܚܕܐ ܐܘܕܥܗ ܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ
ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ . ܐܠܐ ܐܦ ܕܚܝܒܬܐ ܚ̈ܛܗܐ
ܗܝ . ܐܝܟ ܕܒܙܥܘܪ̈ܬܐ ܢܒܗܬ . ܗܘ ܕܠܐ ܗܝܡܢ
ܒܬܕܡܪ̈ܬܐ .

1 *Luc*. VII, 44-47.

cessit peccatrix, occultavit paulisper Dominus scientiam suam ut pharisæo daretur tempus effingendi distincte suam sententiam velut amarum illum vitulum quem finxerunt patres ejus. Plene igitur efformato in mente pharisæi errore, manifestavit Dominus scientiam quam de peccatrice habebat eamque communicavit adstantibus : « *Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigavit eos, propterea remittuntur ei peccata multa*[1]. » Quum autem audisset pharisæus Dominum peccata mulieris appellare peccata multa, valde erubuit se multum desipuisse dum putaret Dominum nequidem scire eam esse peccatricem. Dominus autem prius exhibuit se, quasi qui peccatricem ignoraret, et permisit illi qui multa ipsius signa viderat manifestare mentis dubium, ut notum esset eum patrum suorum impietate irretiri. Medicus qui medicamentis suis latentem intus dolorem exterius effert, non eam fovet sed dissipat. Quamdiu enim dolor intus latet, in membris dominatur, quum autem medicamentis exterius profertur, eradicatur. Pharisæus itaque magna viderat et de parvis dubitabat. Animadvertens autem Dominus parvum illum mente parvipendisse magna, confestim denunciavit mulierem non solum peccatricem sed multorum peccatorum esse ream ut erubesceret propter parva qui non crediderat propter miranda.

20. Occurrit autem Deus Israeli idololatriam suam in vasto deserto expandenti eumque gladio acuto cohibuit ne impietatem suam disseminaret inter gentes. Permiserat autem Dominus pharisæum perverse sentire ut rursus superbum merito reprehenderet; de iis quippe quæ peccatrix recte fecerat pharisæus perverse cogitabat. Rursus igitur Dominus reprehendit eum quod perverteret quæ recta sunt. « *Intravi,* inquit, *in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti*[1]*;* ecce rei præstandæ denegatio, — *hæc autem lacrymis rigavit pedes meos* — ecce rei præstandæ collatio; — *Oleo me non unxisti* — ecce signum negligentiæ; — *illa vero unguento suavi unxit pedes meos* — ecce signum diligentiæ, — *osculum mihi non dedisti* — ecce testimonium odii; — *hæc autem non cessavit osculari pedes meos* — ecce signum amoris. » Hac enumeratione ostendit Dominus pharisæum horum omnium debitorem erga se fuisse et injuste negasse. Intravit autem peccatrix compensavit omnia quæ ille negaverat. Quia igitur ipsa iniqui viri debita compensavit, remisit Justus mulieri peccatorum debitum.

21. Pharisæus autem de Domino dubitans et reputans eum non esse prophetam, verbum suum pignus dedit veritati. « *Hic si esset propheta sciret peccatricem esse hanc mulierem*[2]. » Igitur si constiterit

[1] *Luc.* VII, 44.

[2] *Luc.* VII, 39.

ܡܪܢ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ. ܢܒܝܐ ܗܘ
ܐܝܟ ܡܠܬܟ ܐܘ ܦܪܝܫܐ. ܡܚܘܐ ܗܟܝܠ
ܡܪܢ ܠܗ̇. ܐܦ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ ܐܦ ܕܣܓܝܐܬܐ
ܚܛܗ̈ܐ ܗܝ. ܕܡܪܘܕܘܬܐ ܕܦܘܡܗ ܠܟܕܒܘܬܗ
ܠܕܓܠܐ. ܡܚܝܪܘܗܝ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܐܡܪܝܢ ܕܐܡܢܘ
ܗܘܘ ܕܡܢܘ ܡܫܟܚ ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ܀
ܐܠܐ ܐܢ ܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕ. ܩܒܠ ܕܝܢ ܡܪܢ ܡܢܗܘܢ
ܣܗܕܘܬܐ. ܕܡܬܩܒܠ ܡܢ ܕܡܨܐ ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ
ܐܠܗܐ ܗܘ. ܡܢ ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܐܓܘܢܐ ܗܢܐ ܗܘܐ.
ܕܢܚܘܐ ܐܢܘܢ ܡܪܢ ܐܢ ܡܨܐ ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ
ܐܘ ܠܐ. ܡܚܘܐ ܕܝܢ ܐܣܝ ܗܕܡ̈ܐ ܕܡܬܚܙܝܢ.
ܕܢܗܝܡܢܘܢ ܕܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ. ܐܦܩ
ܓܝܪ ܡܪܢ ܩܕܡܝܗܘܢ ܡܠܬܐ ܐܝܟܐ ܕܡܫܬܟܚܐ
ܕܠܡܬܬܚܕܘ ܒܗ̇. ܕܟܕ ܢܪܗܛܘܢ ܠܡܐܚܕܗ
ܐܝܟ ܨܒܝܢܗܘܢ܀ ܢܬܐܚܕܘܢ ܒܗ̇ ܗܢܘܢ ܐܝܟ
ܨܒܝܢܗ. ܠܐ ܬܕܚܠ ܒܪܝ ܫܒܝܩܝܢ ܠܟ
ܚܛܗ̈ܝܟ. ܟܕ ܪܗܛܘ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܠܡܐܚܕܗ
ܠܫܡ ܓܘܕܦܐ܀ ܡܫܠܡܘ ܢܦܫܗܘܢ ܠܫܪܪܐ
ܟܕ ܠܐ ܡܪܓܫܝܢ. ܡܢܘ ܓܝܪ ܡܫܟܚ
ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ ܐܠܐ ܐܢ ܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕ.
ܟܕ ܐܢܘܢ ܡܟܝܠ ܡܪܢ ܕܐܢ ܚܘܝܬ ܕܡܨܐ ܐܢܐ
ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ܀ ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗܐ ܐܢܐ. ܒܗ̇ ܒܡܠܬܟܘܢ ܐܚܕܬܘܢ.
ܗܘ ܕܐܡܪܬܘܢ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ ܕܢܚܘܐ
ܐܢܘܢ ܡܟܝܠ ܡܪܢ ܕܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ ܗܘ.
ܫܒܩ ܠܗ ܠܗܘ ܚܛܗܗ ܕܟܣܝܐ܀

Dominum scire eam esse peccatricem, Dominus propheta est juxta verbum tuum, o pharisæe. Quare illico ostendit Dominus mulierem esse peccatricem et quidem multorum peccatorum ream, ita ut mendax ille proprio oris sui testimonio inopinato redargueretur. Socius quippe fuit dicentium : *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus*[1]*?* Ab eis itaque Dominus testimonium accepit eum esse Deum qui potest peccata dimittere. Exinde totum certamen fuit ut demonstraret eis Dominus an potuisset vel non peccata dimittere. Illico autem sanavit membra visibilia ut crederent ipsum peccata invisibilia dimittere. Protulit autem Dominus ante eos verbum quo putarent ipsum capi posse, ut quum accurrerent ad eum pro libitu suo capiendum, ad libitum ejus caperentur : « *Ne timeas, fili mi, remittuntur tibi peccata tua*[2]. » Cum igitur concurrerent ad concludendum eum sub blasphemia, ipse addixit eos veritati, quamvis id non intelligerent : « *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* » Redarguit ergo eos Dominus hoc modo : si demonstravi me potuisse peccata dimittere et si non creditis quod Deus sum, statuite de verbo vestro quo dixistis Deum esse qui peccata dimittit. Quapropter, ut probaret eis Dominus, quod ipse peccata dimitteret, dimisit paralytico peccatum occultum; et jussit eum tollere lectum

[1] *Marc.* II, 7.

[2] *Matth.* IX, 2.

ܘܐܬܚܙܝܘ ܒܪܗܛܗ ܕܥܪܣܐ . ܕܒܚܛܗܐ ܡܘܬܢܐ
ܕܐܫܬܠܡ ܀ ܢܦܫܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܘܕܥܐ ܐܠܗܘܬܗ .
ܗܘܐ ܕܬܡܗܐ ܕܟܕ ܗܘ ܡܪܢ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܩܪܐ
ܗܘܐ ܠܢܦܫܗ ܬܡܢ . ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܟܕ ܠܐ
ܝܕܥܝܢ ܐܠܗܐ ܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ ܥܒܕܘܗܝ
ܗܘܘ . ܟܕ ܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܢܟܠܐ ܥܠܘܗܝ ܕܢܬܠܘܢ
ܒܢܟܠܝܗܘܢ ܀ ܨܕ ܐܢܘܢ ܗܘ ܒܢܟܠܝܗܘܢ .
ܟܪܟ ܘܠܐ ܢܟܠܝܗܘܢ ܠܣܗ̈ܕܐ ܕܫܪܪܐ ܐܝܟ
ܡܚܫܒܬܐ ܕܒܝܫܬܐ . ܣܘܥܪܢܝܗܘܢ ܗܘܝ ܚܒܠܐ
ܚܒܠܐ ܕܐܣܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܫܪܝܗܘܢ ܡܪܢܐ .
ܘܐܦ ܟܕ ܟܢܫ ܠܗܕ̈ܡܘܗܝ ܕܡ ܡܫܪ̈ܝܘܗܝ ܟܕ
ܐܡܪ ܩܘܡ ܥܪܣܟ ܘܫܩܘܠ ܠܒܝܬܟ ܕܝܢ ܣܗܕܘܬܐ
ܕܢܫܪܐ ܘܐܠܐ ܠܡܐܡܪ . ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܐ ܗܘܐ
ܠܡܐܡܪ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ . ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܗܘ
ܡܛܠ ܕܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ . ܠܐ ܐܦ ܡܬܟܕܒܐ ܗܘܬ
ܘܠܐ ܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ . ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܐܚܠܡ ܗܕ̈ܡܐ
ܐܣܪ ܓܝܪ ܡܪܢ ܠܣܗܕܘܬܐ ܕܠܓܘ ܒܕܠܒܪ̈ܐ
ܕܟܦܪܝܢ . ܐܝܟ ܕܢܬܚܝܒܘܢ ܒܣܗܕܘܬܗܘܢ
ܣܗܕܘܬܐ ܕܢܦܫܗܘܢ . ܠܡܚܪܝܢܘܗܝ ܘܗܟܢܐ
ܥܒܕ ܡܪܢ ܕܢܬܟܪܝܘܢ ܠܡܟܪܝܢܘܗܝ . ܠܛܒܐ
ܘܐܬܟܪܐ ܥܡ ܟܠ ܗܘ ܕܐܬܟܪܝ ܒܚܘܠܡܢܘܗܝ
ܠܟܘܪ̈ܗܢܝܗܘܢ . ܗܘ ܓܝܪ ܕܚܫܒ ܕܐܬܚܫܒ
ܫܡܥܘܢ ܦܪܝܫܐ . ܘܗܘ ܕܚܫܒܘ ܕܐܬܚܫܒܘ
ܣܦܪ̈ܐ ܒܠܒܘܬܗܘܢ ܀ ܟܣܝܐܝܬ ܗܘ ܐܬܚܫܒܘܗܝ
ܡܦܩܐ . ܦܪܣܗ ܕܝܢ ܡܪܢ ܠܒܪܝܐܝܬ .
ܠܣܗ̈ܕܝܗܘܢ ܗܦܩ ܟ̈ܣܝܐ . ܕ ܐܝܟ ܗܢܐ
ܢܕܥܘܢ . ܕܐܠܦܘ ܕܐܬܓܠܝܘ ܡܢܗ ܘܗܘ

[1] *Matth.* IX, 6.

suum publice ut videntes lectum portatum crederent lethale peccatum letho traditum esse. Mirum sane est quod cum Dominus in isto loco filium hominis se appellaret, ejus inimici, rem non intelligentes, eum peccata dimittentem Deum fecerunt. Dum scilicet putabant se nectere ei dolos, ipse propriis eorum dolis eos irretivit. Detectos quippe eorum dolos testes effecit veritati. Cogitationes enim eorum malæ veluti vincula acerba factæ sunt, quibus Dominus eos constrixit cum constringeret soluta paralytici membra dicens : « *Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam* [1]. Neque enim dissolvi poterat testimonium et dici ipsum non esse Deum, siquidem peccata dimiserat, neque falso effutiri peccata non dimisisse utpote qui membra sanaverat. Connexuit enim Dominus testimonia interna externis, ut qui ea negabant proprio suo testimonio conficerentur. Effecit ergo Dominus ut propriis suis sententiis impugnarentur impugnatores Boni, qui suis sanationibus impugnaverat morbos eorum. Quod enim cogitaverat Simon pharisæus, quod cogitaverant scribæ, occulte in cordibus suis illud cogitaverant, Dominus autem publice manifestavit. Dominus itaque exterius, ipsis testibus, protulit absconditas eorum cogitationes ut discerent ejus scientiæ occulta patere et ab ea manifestari, ideoque qui eum non agnoverant in signis externis,

ܡܚܘܐ ܒܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ. ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܚܙܐܘܗܝ
ܒܐܠܗܘܬܗ ܒܥܝܢܐ. ܢܪܓܫܘܢܝܗܝ ܡܢ ܒܨܝܐ
ܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ ܒܒܨܝܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܗܘ̇ ܕܒܪܐ ܗܘܐ
ܠܒ̈ܘܬܗܘܢ. ܢܪܓܫܘܢ ܠܒ̈ܘܬܗܘܢ ܕܐܠܗܐ ܗܘ.
ܘܐܦ ܡܠ ܕܚܙܘ ܕܠܐ ܡܨܝܢ ܡܛܫܝܢ ܡܢܗ
ܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ. ܢܫܠܘܢ ܡܢ ܕܠܡܚܫܒܘ
ܥܠܘܗܝ ܒܝܫܬܐ. ܐܬܚܫܒܘ ܓܝܪ ܗܢܘܢ
ܒܝܫܬܐ ܒܠܒܗܘܢ. ܦܪܣܗ̇ ܕܝܢ ܗܘ ܠܒܪ.
ܟܕ ܐܡܪ ܕܡܢܐ ܠܟܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܝܫܬܐ
ܒܠܒܟܘܢ. ܘܥܒܕ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܡܪܢ
ܠܡܚܫܒܬܗܘܢ ܟܣܝܬܐ. ܢܕܥܘܢ ܗܢܘܢ
ܠܐܠܗܘܬܗ ܟܣܝܬܐ. ܗܕܐ ܗܝ ܓܝܪ ܐܠܗܘܬܐ
ܕܒܗܘ ܡܘܡܐ ܕܡܥܛܦܝܢ ܠܗ̇ ܛܥ̈ܝܐ. ܒܗ ܒܗܘ
ܡܘܡܐ ܐܬܓܠܝܬ ܠܗܘܢ. ܒܦܓܪܐ ܓܝܪ
ܚܣܕܘܗܝ ܠܡܪܢ ܘܣܒܪܘ ܕܠܐ ܐܠܗܐ ܗܘ.
ܘܫܕܐܘܗܝ ܡܢ ܠܥܠ ܠܬܚܬ. ܒܗ ܕܝܢ ܒܦܓܪܐ
ܐܬܝܕܥ ܠܗܘܢ ܕܐܠܗܐ ܗܘ. ܒܗܘ ܕܗܘ
ܒܝܢܬܗܘܢ ܡܬܗܠܟ ܗܘܐ. ܗܢܘܢ ܓܝܪ
ܗܘܘ ܡܡܟܟܝܢ ܠܥܘܡܩܗ ܕܬܚܬܝܬܐ. ܕܐܠܗܐ
ܕܠܥܠ ܠܘ ܦܓܪܢܐܝܬ ܠܬܚܬ ܡܬܝܠܕ. ܗܘ
ܕܝܢ ܒܣܘܠܩܗ ܕܠܪܘܡܐ ܗܘܐ ܐܠܦ ܐܢܘܢ ܕܐܦ
ܦܓܪܐ ܕܡܬܡܟܟ ܠܬܚܬ. ܠܐ ܗܘܐ ܟܝܢܗ
ܕܦܓܪܐ ܫܒܩ ܡܢ ܕܬܚܬܝܬܐ ܗܘܐ ܐܪܝܡ.
ܘܒܦܓܪܐ ܕܡܢ ܬܚܬ ܠܥܠ ܒܐܐܪ ܐܪܝܡ ܗܘܐ.
ܢܐܠܦܘܢ ܠܐܠܗܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܠܬܚܬ ܒܛܝܒܘܬܗ
ܢܚܬ ܗܘܐ.

ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܚܠܦ ܡܟܣܢܘܬܐ ܩܫܝܬܐ.
ܡܬܠܐ ܕܦܝܣܐ ܐܦܠܛ ܡܪܢ ܠܦܪܝܫܐ ܗܘ.

[1] *Matth*. IX, 4.

agnoscerent quando internas eorum cogitationes exprimebat, ut saltem ex ejus scrutatione cordium corda eorum sentirent ipsum esse Deum, et ipsi certiores effecti suas cogitationes ipsi latere non posse cessarent mala contra eum cogitare. Cogitaverant quippe isti malum in cordibus suis, manifestavit autem exterius ipse malas eorum cogitationes dicens : *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris*[1]*?* Hoc autem fecit, ut, ex agnita a Domino occulta eorum cogitatione, agnoscerent illi occultam ejus divinitatem. Etenim quibus opprobriis divinitas ejus ab errantibus illis operta fuit, iisdem opprobriis eis innotuit. Mediante quippe corpore Dominum probris affecerunt, ipsum non esse Deum putaverunt, et ex supernis in infima projecerunt. Per idem autem istud corpus, quo inter eos transibat, innotuit illis ipsum esse Deum. Illi quippe, eum ad ima deprimentes, demonstrare volebant Deum altissimum non nasci in terra corporeum; ipse vero per suam ad superna ascensionem docuit eos corpus ad infima demissum ad essentiam non pertinere illius qui, relictis infimis, ad superna ferebatur, ut per corpus ab infimis ad supera in aere raptum discerent Deum ex supernis ad infima gratia sua descendisse.

22. Cur autem pro dura increpatione suasoriam parabolam pha-

ܐܡܬܠ ܠܗ ܡܬܠܐ ܒܒܣܝܡܘܬܗ ܕܢܬܬܪܨ ܢܟܠܐ
ܥܩܡܐ ܠܥܩܡܬܗ ܘܥܩܠܩܠܘܬܗ ܟܕ ܠܐ ܪܓܫ.
ܡܝܐ ܓܝܪ ܕܡܬܩܪܫܝܢ ܡܢ ܩܪܝܪܘܬܗ ܕܪܘܚܐ
ܡܫܪܝܢ܆ ܚܘܡܗ ܕܫܡܫܐ ܒܫܠܝܘܬ ܫܪܐ ܠܗܘܢ.
ܠܐ ܗܘܟܝܠ ܐܬܚܪܗ ܡܪܢ ܡܚܝܪܐ ܠܚܪܝܢܐ ܡܣܪܗܒܐ.
ܕܠܐ ܢܬܠ ܐܬܪܐ ܠܚܪܝܢܐ ܕܢܬܡܪܕ. ܫܒܠܐ
ܕܝܢ ܐܬܠܗ ܠܢܝܪܐ. ܕܟܕ ܐܬܐܠܦ ܢܦܠܘܚ ܒܗ
ܒܚܪܝܢܐ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ. ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܫܡܥܘܢ
ܒܪܘܪܒܐܝܬ ܐܬܚܫܒ ܗܘܐ. ܪܗܛ ܠܗ ܡܢ
ܡܟܝܟܘܬܗ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܡܠܦܢܐ ܐܝܟ
ܡܣܬܟܠܢܐ. ܥܕ ܓܝܪ ܗܘ ܦܪܝܫܐ ܪܡܘܬܐ
ܕܦܪܝܫܐ ܚܒܝܫ ܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܡܨܐ ܗܘܐ ܡܪܢ
ܕܢܬܠ ܠܗ ܡܟܝܟܘܬܐ ܟܕ ܣܢܐ ܠܡܟܝܟܘܬܐ
ܠܗ ܗܘܐ ܠܣܝܡܬܐ ܐܝܟܘ. ܐܠܐ ܟܕ ܡܟܝܟܘܬܐ
ܠܟܠ ܐܢܫ ܡܠܦ ܗܘܐ ܡܪܢ. ܚܘܝ ܒܗ
ܓܠܝܐ ܕܡܣܬܟܠ ܗܘ ܡܢ ܐܝܩܪܐ ܕܪܡܘܬܐ.
ܡܛܠܢ ܕܝܢ ܗܘܬ ܗܕܐ ܕܢܠܦ ܕܡܫܬܥܢܝܐ ܕܥܐܠ
ܠܓܘܗܘܢ ܪܡܘܬܐ ܠܣܝܡܬܗܘܢ ܒܫܘܒܗܪܐ ܥܐܠ
ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܬܕܥ ܣܡܠܟ ܡܢܐ ܥܒܕܐ
ܝܡܝܢܟ. ܠܐ ܗܘܟܝܠ ܐܬܚܫܚ ܡܪܢ ܒܟܐܣܘܬܐ
ܩܫܝܐ. ܡܛܠ ܕܡܐܬܝܬܗ ܕܛܝܒܘܬܐ ܗܘܬ.
ܠܐ ܟܠܝܗ ܠܟܐܣܘܬܐ ܡܛܠ ܕܡܐܬܝܬܗ
ܐܚܪܬܐ ܕܦܘܪܥܢܘܬܐ ܗܝ. ܕܚܠ ܐܢܘܢ ܓܝܪ
ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܡܟܝܟܐ. ܡܛܠ ܕܕܚܝܠܐ ܗܝ
ܠܡܦܠ ܒܐܝܕܘܗܝ ܡܐ ܕܐܬܐ ܒܢܘܪܐ ܕܝܩܕܐ.
ܡܥܕܪܢܘܬܗ ܕܝܢ ܕܣܓܝܐܢ ܡܪܢ ܒܦܝܣܐ

risæo proposuit Dominus? Suavem ei proposuit parabolam ut illectus perversus ille vir corrigeret, nihil advertens, suas perversitates. Aquæ flante vento gelido congelatæ sub influxu solis sensim sine sensu solvuntur. Non illico igitur Dominus ei contradixit, ne pervicaci locum daret rebellandi, sed alliciendo eum jugo subdidit, ut, cum eum jugo submisisset, invita ejus pervicacitate, cum illo pro libitu arva excoleret. Quia vero Simon mente superbiebat, adortus est eum humiliter ne fieret ei magister nocivus. Quousque enim pharisæus ille pharisæorum superbiam retinebat, quomodo potuisset Dominus largiri ei humilitatis thesaurum quam ille repellebat? Ut autem omnes humilitatem doceret, ostendit Dominus in thesauro suo deesse fructum superbiæ, ostendit thesaurum suum superbiæ fructu vacuum. Hoc autem propter nos factum est, ut discamus quos invadit superbia thesauros in eos jactatione se insinuare. « *Nesciat igitur sinistra tua quid faciat dextera tua*[1]. » Itaque non usus est Dominus increpatione dura quia adventus ejus gratiæ erat; non abstinuit ab increpatione quia secundus ejus adventus retributionis erit. Terruit humili adventu, quia terribile est incidere in manus ejus quando veniet in igne ardente. Multiplicia autem sua auxilia largitur Dominus persuasione potius quam re-

[1] *Matth.* VI, 3.

prehensione. Tenuis quippe pluvia terram madefacit eamque totam tota pervadit; magnæ autem imbres terræ superficiem constringunt eamque indurant adeo ut aquæ intus non penetrent. Verbum durum excitat iram et connexas habet blasphemias. Quam aperuit portam verbum durum, eam ingreditur ira, et iræ vestigia premunt blasphemiæ.

Humilitas prædicatur in Christi agendi ratione erga pharisæum et erga Paulum in via Damasci.

23. Quia autem verbo humili adhærent omnia auxilia, eo usus est qui ad præstanda auxilia venerat. Vide autem quanta sit virtus verbi humilis : ecce eo compescitur ira vehemens et comprimuntur fluctus tumidæ mentis. Audi autem unde : cogitavit pharisæus ille : *hic, si esset propheta, sciret*. Contemptus hic et blasphemia discernuntur. Audi quid ad hoc reponit Dominus : « *Simon, habeo tibi aliquid dicere*. » Amorosa reprehensio hic percipitur. Hæc enim amoris verba sunt, quibus amici cum amicis utuntur. Inimicus enim, quando inimicum reprehendit, non sic eum alloquitur, nec iræ insania sinit ut rationabiliter se invicem alloquantur inimici. Qui autem orabat pro crucifigentibus se ut ostenderet se furori iræ non subjici, crucifixores cruciaturus erat ut ostenderet se sapientia non ira uti.

24. Itaque Dominus posuit initio parabolæ verbum concordiæ ut

[illegible]

hac concordia pacis studiosum redderet Pharisæum qui discordiam et scissionem mente meditabatur. Medicus ea quæ nociva sunt auxiliis suis destruens Dominus projecit verbum tanquam telum, et velut sagittam infixit capiti concordiam ac membra linivit amore pacificante, quo perfusus ille vir discordia plenus confestim e discorde concors factus est. Audita enim illa voce humili, qua Dominus dixerat : *Simon habeo tibi aliquid dicere,* respondit occultus ille contemptor : *Dic, Domine*. Penetraverat enim vox dulcis mentem acerbam et suavem fructum in ea produxerat; nempe, qui ante hanc vocem occultus erat contemptor, factus est publicus honorator. Humilitas quippe dulci eloquio etiam adversarios suos cogit ut ipsi honorem exhibeant. Humilitas non ab amicis virtutem suam depromit, sed in adversariis suos exhibet triumphos.

25. Armaturam humilitatis induit rex cœlestis qua vicit acerbum pharisæum, atque ab eo verbum bonum tanquam verum victoriæ pignus retulit. Hæc est armatura, de qua dixit Paulus : « *Per eam humiliamus omnem altitudinem se extollentem adversus scientiam Dei*[1]. » Exemplum in seipso habuit Paulus : Quemadmodum scilicet superbe pugnabat Paulus et humiliter devictus fuit, sic devincitur omnis altitudo se extollens adversus humilitatem. Etenim

[1] II. Cor. X, 5.

ܒܩܠܐ ܡܟܝܟܐ ܫܥܒܕܗ ܪܕܘܦܐ ܕܬܠܡܝ̈ܕܐ .
ܟܕ ܓܝܪ ܐܬܓܠܝ ܠܗ ܗܘ ܕܟܠܗܝܢ
ܡܫܟܚܢ ܠܗ . ܫܒܩܗ ܗܘܐ ܠܟܠܗܝܢ
ܕܡܟܝܟܘܬܐ ܒܠܚܘܕ ܡܡܠܠ ܥܡܗ . ܕܢܐܠܦ
ܕܗܢܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܥܕܪ ܗܘ ܩܠܐ ܢܝܚܐ
ܠܗܘܢܐ ܡܪܝܪܐ . ܠܐ ܓܝܪ ܠܡܘܬܒܐ ܡܫܬܡܥܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܠܦܘܠܘܣ ܐܦ ܠܐ ܕܘܟܝܐ . ܐܠܐ
ܩ̈ܠܐ ܡܚ̈ܝܠܐ ܠܡܫܬܥܒܕܘ ܢܫܡܥܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ
ܫܐܘܠ ܠܡܢ ܓܝܪ ܫܐܘܠ ܡܢܐ ܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ .
ܩ̈ܠܐ ܕܝܢ ܕܐܬܡܟܟܘ ܕܐܦܠܐ ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܬܟܒܫ . ܐܬܟܒܫܘ ܐܚܕܘ ܥܒܕܘ ܠܗ
ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܠܡܐܢܐ ܓܒܝܐ ܆ ܗܘ ܕܪܥܝܢܗܘܢ
ܡܪܝܪܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܡܠܐ ܗܘܐ . ܐܬܚܠܝ ܗܘܐ
ܠܗ ܒܟܪܘܙܘܬܐ ܚܠܝܬܐ ܕܨܠܝܒܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܡܪܪܬܐ
ܕܪ̈ܕܘܦܐ ܡܠܐ ܗܘܐ ܠܥܕ̈ܬܐ ܡܕܠܚ ܕܟܕ
ܗܘܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܚܠܝܘܬܗ ܕܨܠܝܒܐ ܐܬܡܠܝ .
ܠܟܢ̈ܘܫܬܗܘܢ ܕܨ̈ܠܝܒܐ ܡܫܓܫ ܗܘܐ . ܒܩ̈ܠܐ
ܘܩܠܐ ܡܟܝܟܐ ܐܬܟܬܫ ܗܘܐ ܡܪܢ ܥܡ ܗܘ
ܕܒܐܣܘܪ̈ܐ ܩܫ̈ܝܐ ܥܡ ܥܕ̈ܬܐ ܡܬܟܬܫ ܗܘܐ .
ܫܐܘܠ ܓܝܪ ܗܘ ܕܒܩܛܪ̈ܐ ܡܪ̈ܝܪܐ ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ
ܐܣܪ ܗܘܐ . ܒܡܦܝ̈ܣܐ ܒܣܝ̈ܡܐ ܐܬܐܣܪ ܕܬܘܒ
ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ ܠܐ ܢܐܣܘܪ . ܐܬܐܣܪ ܕܝܢ ܒܨܠܝܒܐ
ܡܣܬܪܗ ܕܒ̈ܝܫܬܐ . ܗܘ ܕܟܠ ܐܢܫ ܕܒܗ
ܡܩܒܠ ܆ ܠܡܥܨܪ ܐܘ ܠܡܚܒܠ . ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ .
ܟܕ ܕܝܢ ܫܠܐ ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܐܣܘܪܐ ܕܬܠܡܝ̈ܕܐ ܆
ܐܬܐܣܪ ܠܗ ܗܘ ܒܫܫܠܬܐ ܡܢ ܚܢܦ̈ܐ . ܟܕ
ܕܝܢ ܐܣܝܪ ܗܘܐ ܒܫܫܠܬܐ . ܗܘ ܦܣܩ̈ܐ
ܕܦܬܟܪ̈ܐ ܒܐܣܘܪ̈ܘܗܝ ܫܪܐ ܗܘܐ ❖

Saulum qui pergebat vocibus durioribus discipulos subjecturus, subjecit humili voce magister discipulorum. Quum itaque ei se revelasset ille, cui omnia possibilia sunt, abjectis ceteris, sola humilitate locutus est ei, ut discamus vocem lenem præ ceteris prodesse mentibus protervis. Neque enim comminationes neque voces terribiles auditæ sunt Paulo, sed voces debiles coactione destitutæ : « *Saule, Saule, quid me persequeris*[1]. » Evenit autem ut voces, quæ omni coactione destitutæ videbantur, cogerent eum, a Judæis eriperent atque in vas electum immutarent. Vir igitur amara Judæorum voluntate prorsus imbutus dulci prædicatione crucifixi repletus fuit. Felle quidem persecutorum plenus ecclesias perturbabat, crucis autem dulcedine repletus synagogas crucifixorum vexabat. Dominus mitibus vocibus decertabat cum eo qui duris vinculis ecclesias impugnabat. Ille itaque Saulus qui acerbis vinculis discipulos alligabat, suavi persuasione constrictus fuit ne amplius discipulos alligaret. Constrictus autem fuit a Crucifixo, malorum destructore, quem omnes ipsi adhærentes opprimere aut lædere non possunt. Postquam autem ab alligandis fidelibus destitisset Paulus, catenis vinctus fuit ab infidelibus; catenis autem vinctus idololatriæ vincula vinculis suis solvit.

[1] *Act.* IX, 4.

ܫܐܘܠ ܫܐܘܠ ܡܢܐ ܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ. ܗܘ
ܕܙܟܐ ܠܪ̈ܕܘܦܐ ܒܬܚܬܝܐ. ܘܐܡܠܟ ܥܠ ܥܝܪ̈ܐ
ܒܪ̈ܘܡܐ. ܡܢ ܪܘܡܐ ܒܩܠܐ ܡܟܝܟܐ ܡܠܠ ܗܘܐ.
ܘܗܘ ܕܟܕ ܒܐܪܥܐ ܗܘܐ ܒܥܣܪ ܘܝ̈ ܝܗܒ
ܠܙܩܘ̈ܦܘܗܝ. ܟܕ ܒܪ̈ܘܡܐ ܗܘܐ. ܐܦܠܐ ܚܕ
ܘܝ ܝܗܒ ܠܫܐܘܠ ܪܕܘܦܗ. ܝܗܒ ܕܝܢ
ܡܪܢ ܘܝ̈ ܠܙܩܘ̈ܦܘܗܝ ܕܢܐܠܦ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ
ܕܠܩܛܘ̈ܠܝܗܘܢ ܠܐ ܢܬܥܝܩܘܢ. ܡܠܠ ܕܝܢ ܡܪܢ ܡܢ
ܪܘܡܐ ܡܟܝܟܐܝܬ. ܕܡܟܝܟܐܝܬ ܢܡܠܠܘܢ ܪ̈ܫܢܐ
ܕܥܕܬܐ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܕܐܝܟܐ ܗܘ ܡܟܝܟܐܝܬ
ܡܠܠ ܡܪܢ ܥܡ ܦܘܠܘܣ ܕܗܐ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܕܝܠܗ
ܕܦܘܠܘܣ ܡܚܝܬ ܛܒ ܗܘܝ̈. ܢܕܥ ܕܗܕܐ
ܡܚܝܘܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܢ ܗܘܬ ܪܚܡܢܐ. ܗܘ
ܕܡܟܝܟܐܝܬ ܡܠܠ ܗܘܐ ܬܡܢ. ܐܠܐ ܕܢܘܗܪܐ ܒܥܙܐ
ܗܘ ܕܒܥܙܐ ܬܡܢ ܐܙܠܓ ܗܘܐ. ܗܢܘ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ
ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܦܘܪ̈ܥܢܐ ܕܚܝ̈ܒܐ ܠܥܒ̈ܕܘܗܝ
ܕܦܘܠܘܣ ܐܚܪܗ ܗܘܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܚܝܠܐ
ܕܙܠܝ̈ܩܘܗܝ ܐܚܪܗ ܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܗܘ
ܐܡܪ. ܕܟܕ ܩܡܬ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܝ
ܡܕܡ ܡܛܠ ܬܫܒܘܚܬܗ ܕܢܘܗܪܐ. ܐܢ ܕܝܢ
ܢܘܗܪܐ ܗܘ ܢܨܝܚܐ ܐܘ ܦܘܠܘܣ܆ ܐܝܟܢܐ
ܢܘܗܪܐ ܢܨܝܚܐ ܠܟ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܠܗ ܢܘܗܪܐ
ܡܣܡܝܢܐ. ܢܘܗܪܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܐܝܟ ܕܒܟܝܢܗ
ܠܥܠ ܡܢܗܪ ܗܘܐ. ܘܠܐ ܒܟܝܢܗ ܕܝܢ ܠܬܚܬ
ܐܙܠܓ ܗܘܐ. ܟܕ ܠܥܠ ܡܢܗܪ ܗܘܐ. ܡܒܣܡܐ
ܗܘܐ. ܠܬܚܬ ܕܝܢ ܟܕ ܐܙܠܓ ܡܣܡܐ ܗܘܐ.
ܢܘܗܪܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܣܝܡܐ ܘܠܐ ܒܣܝܡܐ ܗܘܐ
ܘܡܚܒܠܐ ܠܥܝ̈ܢܐ ܕܦܓܪܐ. ܘܒܣܝܡ ܗܘܐ ܘܡܒܣܡ
ܠܗܢܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܀

[1] *Act.* IX, 8; XXII, 11.

26. *Saule, Saule, quid me persequeris?* Qui in infimis persecutores devicit et in altissimis super angelos regnavit, ex alto humili voce locutus est. Qui in terra degens decem væ crucifixoribus dederat, in cœlis sedens nequidem unum væ Saulo persecutori dedit. Dedit autem Dominus væ crucifixoribus ad docendos discipulos ne ab occisoribus suis se turbari sinerent. Locutus est Dominus ex alto humiliter ut et humiliter loquerentur principes Ecclesiæ. Quod, si quis dicat : ubinam locutus est humiliter cum Paulo Dominus, cum Pauli oculi fuerint graviter læsi? sciat ille læsionem hanc non a misericorde Domino nostro qui humiliter ibi loquebatur effectam esse, sed a luce vehementi quæ vehementer ibi effulgebat. Ista lux Paulum lædit non ut pœnas daret operibus suis debitas, sed ei nociva fuit propter vim suorum radiorum, ut ipse dixit : « *Cum surrexissem nihil videbam propter claritatem lucis*[1]. » Si autem lux ista clara erat, o Paule, quomodo lux clara tibi facta est lux excæcans? Lux enim fuit quæ quasi natura sua superius illuminabat et præter naturam inferius irradiabat; superiora illuminans suavis erat, ad inferiora irradians excæcabat. Erat itaque lux jucunda et injucunda; injucunda et nociva oculis corporis, jucunda et suavis iis qui sunt ignis et spiritus.

ܚܙܝܬ ܠܗ ܓܝܪ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܘܗܪܐ ܕܝܬܝܪ
ܡܢ ܕܫܡܫܐ . ܘܐܬܠܒܟ ܠܗ ܢܘܗܪܗ ܥܠܝ
ܙܠܝܩܐ ܗܟܝܠ ܚܝܠܬܢܐ ܕܠܐ ܟܝܠܐ ܐܬܦܫܛܘ ܘܐܬܐܫܕ
ܥܠ ܥܝܢܐ ܡܚܝܠܬܐ . ܗܢܝܢ ܕܙܗܘܪܐ ܕܡܟܝܠܐ
ܡܢܝܚ ܠܗܝܢ . ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܦ ܫܡܫܐ
ܒܡܫܘܚܬܐ ܡܥܕܪܐ ܗܘ ܕܥܝܢܐ . ܠܒܪ ܡܢ
ܡܫܘܚܬܐ ܕܝܢ ܘܟܝܠ ܡܫܘܚܬܐ ܡܚܒܠ ܗܘ ܕܥܝܢܐ .
ܘܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܠܡܚܒܠ ܒܙܘܥܐ ܒܥܐ ܠܗܝܢ .
ܗܐ ܓܝܪ ܪܚܡܐ ܗܘ ܕܥܝܢܐ . ܘܚܒܝܒܐ
ܕܒܒܬܐ . ܬܗܪܐ ܕܡܢ ܒܒܣܝܡܘܬܗ
ܪܚܡܐ ܗܘ ܘܡܥܕܪܢܐ ܕܥܝܢܐ . ܒܚܝܠܬܢܘܬܗ
ܕܝܢ ܒܙܠܝܩܐ ܣܢܝܐ ܗܘ ܘܡܡܚܝܠ ܠܒܒܬܐ .
ܐܢ ܕܝܢ ܫܡܫܐ ܗܢܐ ܕܬܚܬ ܒܪ ܟܝܢܗܘܢ
ܕܥܝܢܐ ܕܒܣܪ . ܡܚܒܠ ܠܗܝܢ ܒܚܡܝܡܘܬܗ ܘܠܐ
ܒܙܘܥܐ . ܘܒܫܠܗܒܝܬܗ ܘܠܐ ܒܫܚܝܢܐ .
ܟܡܐ ܢܘܗܪܐ ܥܠܝܐ ܒܪ ܟܝܢܐ ܕܥܠܝܐ .
ܒܚܝܠܬܢܘܬܗ ܢܚܒܠ ܗܘܐ ܠܬܚܬܝܐ . ܗܘ ܕܡܢ
ܥܠ ܚܪ ܒܗ ܕܠܐ ܒܟܝܢܗ . ܐܢ ܓܝܪ ܦܘܠܘܣ
ܗܢܐ ܒܪ ܚܙܘܗ ܕܫܡܫܐ ܗܢܐ ܕܡܥܝܕ ܗܘܐ
ܒܗ ܕܠܐ ܒܥܝܕܗ ܡܬܚܒܠ ܗܘܐ ܡܢ ܚܝܠܬܢܘܬܗ .
ܟܡܐ ܡܬܚܒܠ ܗܘܐ ܡܢ ܠܡܫܘܚܬܗ ܕܢܘܗܪܐ .
ܗܘ ܕܥܝܢܘܗܝ ܡܢ ܡܬܘܡ ܒܗ ܠܐ ܐܥܝܕܝ
ܗܘܝ . ܗܐ ܓܝܪ ܐܦ ܕܢܝܐܝܠ ܠܡܠܐܟܐ
ܐܫܬܦܥ ܘܐܬܬܝܟ ܡܢ ܩܕܡ ܠܡܕܢܚܘܬܗ
ܕܡܠܐܟܐ . ܗܘ ܕܡܢ ܫܠܝ ܙܠܩܗ ܒܢܒܝܐ ܠܥܠܘܗܝ
ܐܬܠܒܟ ܗܘܐ . ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܚܡܝܡܘܬܗ
ܕܡܠܐܟܐ ܐܫܬܦܥ ܡܚܝܠܐ ܕܐܬܬܝܟ . ܐܝܟ
ܕܐܦ ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܚܡܝܡܘܬܗ ܘܡܩܒܠܘܬܗ ܕܢܘܪܐ

27. *Vidi enim de cœlo lucem illa solis copiosiorem : et lux ejus circumfulsit me*[1]. Radii igitur fortes ultra modum sparsi et effusi sunt super oculos debiles, quos splendor temperatus recreat. Hic et sol debite temperatus oculos juvat, absque moderamine vero et temperatione eos lædit; neque enim eos ardore lædere quærit; siquidem e contra oculorum amicus est et pupillis charus. Mirum sane est quod dulci splendore oculorum amicus et adjutor est, fortibus autem radiis inimicus fit pupillarum easque debilitat. Si autem sol iste infimus, qui ejusdem est infimæ naturæ ac oculi carnales, lædit eos non ardore sed ardoris vehementia, non calore sed æstu, quanto magis lux superna ejusdem cum supernis naturæ vehementia sua lædere debebat infimum illum hominem, qui illico præter naturam aspexit eam. Si enim Paulus modo insueto aspiciens solem istum, cui assuetus erat, ab ejus lucis vehementia lædebatur, quanto magis lædendus erat a claritate lucis cui ejus oculi nunquam assueti fuerant. Pariter Daniel effudit se et veluti liquefactus est coram angelo[2] coruscante, cujus splendor illico vehementer in prophetam irradiavit. Porro non propter ardorem angeli effudit se et veluti liquefactus est homo infirmus; quemadmodum cera, ante ignem posita, liquescit non propter ardorem et oppositio-

[1] *Act.* XXVI, 13.

[2] *Dan.* X, 5-6.

[illegible]

nem ignis, sed propter debilitatem suam, qua igni resistere et coram eo consistere non valet. Quando scilicet ad invicem accedunt ignis et cera, vis ignis natura sua superior efficitur, cera vero prima mollitie mollior redditur.

28. Angeli majestas per seipsam apparuit; caro infirma per seipsam non restitit : « *Vis mea interna mutata est in corruptionem*[1]. » Sed etiam homines vident alios homines et deficiunt ante eos; attamen non commoventur ex gloriosa eorum majestate sed ex dura eorum voluntate. Trepidant enim servi a furore dominorum suorum et qui in judicium acti sunt tremunt præ timore judicum suorum. Danieli autem hæc acciderunt, non propter comminationem vel iram angeli, sed propter vehementem majestatis ejus tremendæ splendorem. Etenim non cum comminatione venit ad eum angelus. Si enim cum comminatione venisset, quomodo os comminatione repleta, pace plena fuisset illudque significasset dicens : « *Pax tibi, vir desiderii*[2]? » Idem itaque istud os, tonitruum fons — *vox quippe sermonum ejus ut vox exercituum plurium*[3], — factum est ei fons generans et retinens pacem. Quum igitur vox angeli pervenit ad aures commotas pacisque confortantis avidas, aperuit Danieli effuditque potum pacis,

[1] *Dan.* X, 8.
[2] *Dan.* X, 19.
[3] *Dan.* X, 6.

ܠܗ ܢܡܠܠ ܡܪܝ ܡܛܠ ܕܐܬܚܝܠܬ. ܠܐ ܓܝܪ
ܗܘ ܡܠܐܟܐ ܕܢܘܪܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܡܟܟ ܗܘܐ
ܠܗ ܠܠܒܗ ܒܪܘܚܐ ܕܢܒܝܐ ܠܟܠ. ܡܛܠ
ܗܘܐ ܗܝ ܐܝܩܪܐ ܡܠܐܟܝܬܐ ܩܕܡ ܫܐܠܬ ܒܫܠܡܐ
ܕܢܒܝܘܬܐ. ܘܒܫܠܡܐ ܡܚܕܝܢܐ ܕܝܗܒܬ ܐܝܩܪܐ
ܗܝ ܕܐܝܡܬܢܝܬܐ. ܥܒܪ ܒܢܦܫܐ ܡܚܝܠܐ ܕܢܒܝܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܕܚܠܬܢܝܬܐ ܗܝ ܕܐܝܡܬܢܝܬܐ ܀

ܡܢܐ ܕܝܢ ܢܐܡܪ ܥܠ ܡܪܢ ܕܡܠܐܟܐ ܀ ܕܐܡܪ
ܗܘܐ ܠܡܘܫܐ ܕܠܐ ܢܚܙܝܢܝ ܒܪܢܫܐ ܘܢܚܐ.
ܡܛܠ ܪܘܓܙܐ ܗܘ ܚܡܬܗ ܕܢܡܘܬ ܗܘܐ
ܗܘ ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ܆ ܐܘ ܡܛܠ ܙܠܝܩܐ ܕܐܝܬܘܬܗ.
ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܝ ܕܠܐ ܥܝܢܐ ܥܒܝܕܐ ܘܒܪܝܐ.
ܕܢܚܙܝܢ ܠܐܝܬܘܬܐ ܠܐ ܥܒܝܕܬܐ ܘܠܐ ܒܪܝܬܐ.
ܐܢ ܕܝܢ ܡܛܠ ܪܘܓܙܐ ܗܘ ܠܐ ܫܟܚ ܕܢܚܐ
ܠܗ ܗܘ ܕܚܙܐ ܠܗ܆ ܗܐ ܠܡܘܫܐ ܡܛܠ ܚܘܒܗ ܗܘ
ܪܒܐ ܝܗܝܒ ܠܗ ܕܢܚܙܝܘܗܝ. ܡܛܠ
ܕܚܙܘܐ ܕܐܝܬܘܬܐ ܡܡܝܬ ܗܘ ܠܚܙܝܘܗܝ.
ܡܡܝܬ ܕܝܢ ܠܐ ܡܛܠ ܐܟܝܪܘܬ ܪܘܓܙܗ ܕܐܝܬܘܬܐ

quo tandem confortatæ sunt aures ejus, quæ primo angeli vocem cum tremore perceperant. *Loquatur Dominus meus, quia confortatus sum*[1]. Quia autem in illa visione cor movente ignitus ille angelus nihil nuntiaret de Domino, idcirco angelica majestas prius salutavit humilem prophetam ut, data a terribili majestate pace lætificante, auferretur pavidæ mentis defectus a trepidante propheta.

Essentia Dei oculis corporeis impervia.

29. Quid autem dicemus de Domino angeli qui dicebat ad Moysen : « *Non videbit me homo et vivet*[2]. » An propter furorem iræ ejus morietur qui viderit illum, an propter essentiæ splendorem? Impossibile utique est ut oculi facti et creati essentiam nec factam nec creatam videant. Quod si dicas propter Dei iram non posse vivere qui vidit eum, ecce obstat Moysi propter magnum ejus amorem datum fuisse ut videret Deum. Entis nempe visio occidit intuentes; occidit autem non propter acerbam Entis iram, sed propter vehementem ejus splendorem. Idcirco Ens magno suo in Moysen amore dedit ei ut videret gloriam suam, et e contra eodem magno suo amore impedivit ne eandem gloriam suam videret, non quod de gloria majestatis aliquid diminuerit, sed quod densorum ejus gloriæ fluctuum debiles oculi incapaces essent. Quapropter, Deus, qui in suo amore voluit ut Moysi visus in jucundum gloriæ radium

[1] *Dan*. X, 19.

[2] *Exod*. XXXIII, 20.

ܚܙܝܬܗ ܕܡܘܫܐ ܒܙܠܝܩܐ ܗܢܐ ܕܫܘܒܚܐ. ܠܐ
ܨܒܐ ܒܚܘܒܗ ܕܬܬܚܒܠ ܗܘܬ ܚܙܝܬܗ ܕܡܘܫܐ
ܒܗ ܐܟܫܐ ܒܙܠܝ̈ܩܐ ܕܢܬܚܫܟܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ
ܚܙܐ ܡܘܫܐ ܘܠܐ ܚܙܐ. ܚܙܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܢܬܪܒܐ.
ܠܐ ܕܝܢ ܚܙܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܬܢܟܐ. ܒܗܘ ܓܝܪ ܕܚܙܐ
ܕܚܙܐ ܐܬܪܡܡ ܡܘܟܟܗ. ܘܒܗܘ ܕܝܢ ܕܠܐ
ܚܙܐ ܠܐ ܐܬܚܫܟ ܡܚܝܠܘܬܗ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ
ܥܝܢܝܢ ܕܝܠܢ ܚܙܝܢ ܠܫܡܫܐ ܘܠܐ ܚܙܝܢ ܠܗ.
ܘܒܗܘ ܕܚܙܝܢ ܡܬܥܕܪܝܢ. ܘܒܗܘ ܕܝܢ ܕܠܐ
ܚܙܝܢ ܠܐ ܡܬܚܫܟܢ. ܚܐܪܐ ܕܝܢ ܥܝܢܐ ܡܛܠ
ܕܬܬܥܕܪ. ܠܐ ܕܝܢ ܡܬܟܣܝܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܬܬܢܟܐ.
ܒܚܘܒܐ ܗܘ ܟܠܐ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܡܘܫܐ
ܕܠܐ ܢܚܙܐ ܗܘܐ ܫܘܒܚܐ ܕܝܬܝܪ ܗܘܐ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ.
ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܡܘܫܐ ܒܚܘܒܗ ܗܘ ܟܠܐ ܗܘܐ
ܠܒ̈ܢܝ ܥܡܗ ܕܠܐ ܢܚܙܘܢ ܙܝܘܐ ܕܝܬܝܪ ܡܢ
ܥܝܢܝܗܘܢ. ܝܠܦ ܓܝܪ ܡܢ ܗܘ ܕܐܦ ܦܪܣ
ܐܝܕܗ ܘܟܣܝ ܥܠܘܗܝ ܙܝܘܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܠܐ
ܢܚܒܠܝܘܗܝ. ܐܦ ܗܘ ܦܪܣ ܫܘܫܦܐ
ܘܟܣܐ ܡܢ ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܙܝܘܐ ܝܬܝܪܐ ܕܠܐ ܢܚܒܠ ܐܢܝܢ.
ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܡܘܫܐ ܕܒܢ̈ܝ ܒܣܪܐ ܕܡܬܒܠܝܢ ܠܐ
ܡܨܝܢ ܕܢܚܙܘܢ ܒܫܘܒܚܐ ܫܐܝܠܐ ܕܒܠܐ
ܦܪܨܘܦܗ. ܢܦܠ ܠܒܗ ܥܠܘܗܝ. ܕܐܡܪܚ
ܒܥܐ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܠܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܘܬܐ.
ܗܝ ܕܒܡܘܓ̈ܝܗ ܛܒܥܝܢ ܘܡܬܥܛܦܝܢ ܥܠܝ̈ܐ
ܘܬܚ̈ܬܝܐ. ܘܥܘܡܩܗ ܠܐ ܡܬܒܨܐ. ܘܣܦ̈ܘܬܗ
ܠܐ ܡܬܡܛܝܢ. ܘܣܘܦܐ ܘܣܟܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܀

dirigeretur, in suo amore noluit ut Moysi oculi impingendo in coruscantes gloriæ radios excæcarentur. Idcirco Moyses vidit et non vidit; vidit ut exaltaretur; non vidit ut non læderetur; quatenus vidit exaltata est ejus humilitas; quatenus non vidit extincti non sunt debiles ejus oculi. Quo modo oculi nostri vident solem et non vident. Quatenus vident adjuvantur, quatenus non vident non excæcantur. Aspicit oculus ut lumine adjuvetur; aspicere refugit ut lumine non offendatur. Præ amore igitur Deus Moysen impedivit ne intueretur gloriam suam pro oculis nimium lucidam. Pariter Moyses præ amore populares suos impedivit ne intuerentur suum splendorem oculis nimium effulgentem. Edoctus ab eo qui obtegentem extendit manum et occultavit ei splendorem gloriæ suæ ne eum læderet, extendit ipse velamen et infirmis oculis abscondit nimium splendorem ne eis noceret[1]. Cum autem vidisset Moyses filios carnis consumptibilis non posse intueri gloriam personæ suæ commodatam, defecit cor ejus quod ausus fuisset postulare ut intueretur gloriam divinæ essentiæ, cujus undis merguntur et involvuntur superni et infimi, cujus profunditas est inscrutabilis, cujus littora attingi, terminus et finis inveniri non possunt.

[1] Quum descendit Moyses de monte Sinaï cornuta erat facies ejus ex consortio sermonis Domini; quod videntes filii Israel timebant accedere ad eum. Quare Moyses posuit velamen super faciem suam. *Exod.* XXXIV, 29, sqq.

30. Si autem quis dicat Deum efficere non potuisse ut aspiceret Moyses gloriam illam et nihil nocumenti pateretur, videretque Paulus lumen et non læderetur, sciat qui hoc dicit, sicut divinæ virtuti vis inest transmutandi oculos, sic divinæ naturæ et sapientiæ repugnare ut elementa confundat. Quemadmodum brachio artificis facile est evertere ædificia, sed ejus rationi repugnat pulcra destruere ornamenta. Si quis porro de quacumque re quæ opportuna visa sibi sit vult dicere : hoc quidem Deo faciendum erat, sciat imprimis tale quid de Deo asserendum non fuisse. Illud enim ante omnia requiritur, ut nemo Deum doceat quid faciendum sit, quum nefas sit hominem Dei magistrum fieri. Summæ quippe impietatis est velle nos magistri fieri illius, quem in creatione sui operis convenientibus verbis extollere non potuissemus. Scelus enim est nulla venia dignum os tantæ esse impudentiæ, ut audeat docere quid fas sit Deo qui sua bonitate rationem ipsam formavit. Sed dicat quis : oportebat Deum hoc facere. Reponere possem ego, qui ore et lingua sicut ille instructus sum, hoc potius oportuisse, ut scilicet Deus homini non largiretur istam libertatem, qua ita reprehendit irreprehensibilem Deum. At non audeo dicere non oportuisse largiri, ne et ipse magister fiam illius qui nihil ediscere potest. Quia vero justus ille se reprehendisset si libertatem hominibus non dedisset *quasi*

ܕܐܝܐ ܡܢ ܢܚܣܘ ܡܟܐܒܐ ܗܘܐ ܠܗ ܚܐܪܘܬܐ
ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܠܐ ܚܣܟ ܗܘܐ : ܒܡܘܗܒܬܗ ܗܘ
ܓܝܪ ܥܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܪܗܛ ܡܘܗܒܬܐ ܡܫܘܚܠܦܬܐ.
ܡܛܠ ܗܠ ܡܓܕܦܢ ܚܘܒܪܗ ܒܛܝܒܘܬܗ .
ܘܠܐ ܢܟܐܒܐ ܠܗ ܡܢ ܡܘܗܒܬܗ ܒܐܝܠܬܗ . ܐܝܟ
ܡܓܕܦܢܐ ܒܚܐܪܘܬܐ ܡܘܗܒܬܗ : ܗܘܐ ܦܩܥ
ܠܗ ܒܥܘܠܬܗ ܀

ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܥܝܢܐ ܕܡܘܫܐ ܐܬܢܗܪܝ ܗܘܝ ܡܢ
ܫܘܒܚܐ ܗܘ ܕܚܙܐ . ܕܦܘܠܘܣ ܕܝܢ ܚܠܦ
ܘܥܘܪܘ ܠܐ ܐܬܢܗܪܝ ܗܘܝ ܡܢ ܢܘܗܪܐ ܗܘ .
ܐܠܐ ܐܦ ܡܬܥܘܪܘ ܐܬܥܘܪܝ . ܐܠܐ ܢܕܥ ܕܠܐ
ܗܘܐ ܚܝܠܬܢܝܢ ܕܥܝܢܐ ܕܡܘܫܐ ܗܘܝ ܡܢ
ܕܦܘܠܘܣ . ܒܚܕ ܚܕܐ ܗܘܝ ܓܝܪ ܐܣܝܘܬܐ
ܘܕܡܐ ܘܒܚܕܐ . ܠܥܝܢܐ ܕܡܘܫܐ ܕܝܢ ܚܝܠܐ ܗܘ
ܢܘܟܪܝܐ ܐܣܒܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܟܬܠܦܘ
ܕܝܢ ܠܐ ܚܝܠܐ ܒܪܚܡܐ ܐܬܬܘܣܦ ܠܗܘܢ ܠܟܢ
ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܟܝܢܗܘܢ . ܒܢܘܗܪܐ ܗܘ ܐܬܢܨܚ
ܗܘܐ ܡܢܗܘܢ . ܐܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢܢ ܕܡܫܬܟܚܢܘܬܐ
ܗܘ ܕܟܝܢܗܘܢ ܐܬܢܣܒܬ ܡܢܗܘܢ : ܡܫܬܟܚܢ
ܦܘ ܗܘ ܚܕ ܘܐܬܪܒܝ ܡܢ ܢܘܗܪܐ ܒܪܝܐ .
ܡܢܝ ܠܗ ܗܘܝ ܗܘܐ ܚܝܠܐ ܕܟܝܢܗܘܢ ܡܣܝܒ
ܗܘܝ ܕܢܣܝܒ ܒܢܘܗܪܐ ܗܘ ܕܠܐ ܗܘܐ ܕܟܝܢܗܘܢ
ܗܘܐ . ܐܠܐ ܗܘܐ ܝܕܥ . ܕܟܠ ܐܡܬܝ ܕܡܬܓܠܐ
ܠܟܠ ܡܕܡ ܕܪܒ ܘܥܠܝ ܡܢ ܟܝܢܢ . ܚܝܠܐ
ܕܟܝܢܢ ܕܢܣܝܒ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܡܫܐ . ܐܠܐ ܐܢ
ܐܬܬܘܣܦ ܠܢ ܡܕܡ ܚܝܠܐ ܢܘܟܪܝܐ ܠܟܝܢ ܗܘ
ܕܟܝܢ : ܕܟܝܢܢ ܕܡܬܠ ܠܟܝܢ ܡܢ ܚܝܠܐ .
ܢܡܨܐ ܠܡܣܝܒ ܚܝܠܐ ܢܘܟܪܝܐ ܕܥܠ ܟܝܢ
ܘܠܐ ܒܟܝܢܐ ܀

ܗܐ ܓܝܪ ܟܕ ܚܝܠܐ ܕܐܕܢܝܢ ܦܪܫܝܢ ܟܝܢܐܝܬ

parcitate retractus a dando dono, parvo quidem sed hominem magnificante, idcirco properavit libertatem dare per gratiam suam, ne juste se reprehenderet, quamvis blasphematores libertate abutentes quam ex dono ejus habent inique reprehendant eum.

31. Quare autem oculi Moysi illustrati sunt a gloria quam vidit, Pauli e contra non tantum haud illustrati fuere a luce sed insuper excæcati? Sciamus Moysi oculos illis Pauli validiores non fuisse, utpote qui ex eadem carne et ex eodem sanguine constituti erant, sed per gratiam oculos Moysi vis extranea sustinuit; ex misericordia vero nulla vis extranea superaddita fuit viribus oculis Pauli naturaliter insitis, quas splendor abstulerat. Si autem dicamus ideo Paulum succubuisse et lucis vehementia superatum fuisse, quia naturales oculorum vires abreptæ fuerint, adeoque naturales has vires, si remansissent, satis valuisse ut sustinerent lucem supernaturalem; sciendum est quod, quotiescumque excelsum quid et naturam nostram excedens revelatur, naturæ nostræ vires illud sustinere nequeunt; si vero superaddatur vis aliqua, naturæ nostræ extranea, quam non exigit natura nostra, superabundanti illa vi possumus sustinere vires alienas quæ, præter naturam, nos premunt.

32. Etenim, naturalibus aurium

ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢ . ܘܒܚܝܠܗ ܥܫܝܢ ܗܘ ܒܢ
ܚܙܝܐ ܐܦ ܡܫܡܥܢܘܬܐ ܕܡܢ ܟܝܢܐ ܪ̈ܥܡܐ ܘܒܪ̈ܩܐ
ܥܙܝܙܐ ܠܡܣܒܪ ܠܐ ܡܨܝܢܢ . ܚܕܐ ܕܡܫܠܛܢܐܝܬ
ܐܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܡܢ ܫܠܝ ܗܘ ܙܘܥܐ ܘܡܟܬܫܢܘܬܗ
ܒܚܝܠܬܗܘܢ ܠܡܚܝܠܘܬܢ . ܘܗܢܘ ܗܘ ܕܓܕܫ
ܠܦܘܠܘܣ . ܒܚܝܠܬܗ ܓܝܪ ܕܢܘܗܪܐ ܗܘ
ܕܡܢ ܫܠܝ ܙܠܓ ܥܠ ܥܝ̈ܢܐ ܟ̈ܪܝܗܬܐ ܘܐܟܪܗ
ܐܢܝܢ . ܩܠܐ ܕܝܢ ܕܗܘܐ ܐܟܪܗ ܒܐܕ̈ܢܘܗܝ ܘܦܬܚܢ
ܠܐܕ̈ܢܘܗܝ ܘܦܬܚ ܐܢܝܢ . ܒܚܪܝܢܐ ܗܘ ܓܝܪ
ܕܝܗܘܕܝܘܬܐ ܐܝܟ ܕܒܫܥܘܬܐ ܡܣܟ̈ܪܢ ܗܘ̈ܝ ܠܐ
ܓܝܪ ܐܟܪ ܗܘܐ ܩܠܐ ܠܐܕ̈ܢܘܗܝ . ܐܝܟ ܕܐܟܪ
ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ ܠܒ̈ܒܬܗ . ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܠܐ ܡܛܠ
ܕܢܫܡܥ ܙܕܩ ܗܘܐ . ܘܠܐ ܕܢܚܙܐ ܡܛܠ ܗܢܐ
ܬܪ̈ܥܐ ܕܡܫܡܥܬܐ ܒܩܠܐ ܐܬܦܬܚܘ ܐܬܦܬܚܘ
ܗܘܘ . ܬܪ̈ܥܐ ܕܝܢ ܕܚܙܝܐ ܠܢܘܗܪܐ ܡܦܬܚܢܐ
ܐܬܬܚܕܘ ܗܘܘ . ܡܛܠ ܡܢܐ ܕܝܢ ܕܢܫܡܥ ܙܕܩ
ܗܘܐ . ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܒܟܠ ܗܘ ܡܪܝܐ ܗܘܐ ܡܨܐ
ܕܢܚܘܐ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܒܩܠܐ ܟܕ ܡܬܪܕܦ ܗܘܐ ܡܢ
ܫܐܘܠ . ܒܚܙܘܐ ܓܝܪ ܕܢܚܘܐ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܒܗ
ܡܬܪܕܦ ܗܘܐ ܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ . ܠܝܬ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܗ
ܓܝܪ ܦܘܪܩܢܐ ܠܕܘܝܕ . ܕܢܥܪܘܩ ܗܘܐ ܒܪ ܕܘܝܕ
ܚܙܘܐ . ܘܢܗܘܐ ܗܘܐ ܫܐܘܠ ܪܕܦ ܒܬܪܗ .
ܗܕܐ ܓܝܪ ܒܥܒܕܐ ܫܐܘܠ ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܘܒܗܘ
ܕܘܝܕ ܩܕܡܝܐ ܓܡܝܪܐ ܒܥܒܕܐ . ܐܦ ܗܘ ܪܕܘܦ
ܗܘܐ ܐܦ ܗܘ ܕܡܬܪܕܦ ܗܘܐ . ܠܚܕ̈ܕܐ ܚܙ
ܚܙܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܚܙܝܢ ܗܘܘ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܕܢܐ
ܕܝܢ ܐܬܐ ܗܘ ܠܡܫܡܥ ܡܨܝܐ ܗܘܐ ܕܢܫܡܥ
ܪܕܘܦܝܐ ܕܒܪ ܕܘܝܕ . ܥܝܢܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܢܚܙܝܘܗܝ
ܠܐ ܡܨܝܐ ܗܘܐ . ܟܕ ܣܠܩ ܗܘ ܓܝܪ ܠܫܡܝܐ
ܗܘܐ ܒܗ ܒܗܠܝܢ ܗܘܐ . ܗܘ ܐܝܟܐ ܕܡܢ ܩܕܡ

et pupillarum viribus in nobis exstantibus permanentibusque visu et auditu quos a natura habemus, vehementia tonitrua et fulgura sustinere non possumus, primo quia nimis impetuose veniunt, secundo qui nimis subito et vehementius debiles nostras vires percellunt. Et hoc est quod Paulo accidit. Vehementior quippe lux repentinis coruscationibus debiles oculos perstrinxit eosque læsit; magna autem vox nocivo impetu suo aures Pauli perculit easque aperuit. Judaica enim contentione tanquam cera obstructæ erant. Etenim vox non offendit aures, sicut pupillas læsit lux. Quare? nisi quia oportebat eum audire, non autem videre. Idcirco auditus fores clavi vocis apertæ sunt, visus autem januæ aperienti luci occlusæ sunt. Cur autem oportebat ut audiret? nisi quia Dominus dum persecutionem a Saulo patiebatur voce se manifestare poterat, visu vero non poterat, nullum siquidem dabatur medium ut fugeret filius David et eum Saulus persequeretur. Hoc quidem in priore Davide et in priore Saule reapse gestum est. Persecutor et persecutus se invicem videbant et ab invicem videbantur. Hic vero auris tantum audire potuit filii Davidis persecutionem, oculus autem eam videre nequivit. Quum enim in cœlum ascendisset in aliis persecutionem patiebatur, dum antea in terris existens persecutionem in propria persona sustinebat. Idcirco

ܗܘ ܒܡܫܡܥܗ ܡܬܪܕܦ ܗܘܐ ܟܕ ܠܡܫܝܚܐ
ܗܘܐ. ܡܛܠ ܗܘܐ ܐܬܦܬܚ ܐܕܢܐ ܘܐܬܐܚܕ
ܥܝܢܐ. ܘܗܘ ܕܒܚܙܬܐ ܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ ܕܢܚܘܐ
ܢܦܫܗ ܪܕܝܦܐ ܩܕܡ ܫܐܘܠ. ܒܡܠܬܐ ܪܕܝܦܐ
ܢܦܫܗ ܡܘܕܥ ܗܘܐ. ܟܕ ܩܥܐ
ܗܘܐ ܘܐܡܪ. ܫܐܘܠ ܫܐܘܠ ܡܢܐ ܪܕܦ ܐܢܬ
ܠܝ. ܐܬܐܚܕ ܗܘܝ ܗܟܝܠ ܥܝܢܐ ܡܛܠ
ܕܠܐ ܡܨܝܢ ܗܘܝ ܕܢܚܙܘܢ ܪܕܘܦܗ. ܐܬܦܬܚ
ܕܝܢ ܐܕܢܐ ܡܛܠ ܕܡܨܝܢ ܗܘܝ ܕܢܫܡܥܢ ܪܕܘܦܗ.
ܐܦ ܗܟܝܠ ܒܥܝܢܘܗܝ ܕܡܘܫܐ ܦܓܪܢܝܬܐ
ܗܘܝ ܐܝܟ ܕܦܘܠܘܣ. ܐܠܐ ܥܝܢܘܗܝ ܓܘܝܬܐ
ܡܫܝܚܝܬܐ ܗܘܝ. ܡܘܫܐ ܠܡ ܓܝܪ ܥܠܝ
ܟܬܒ. ܕܦܘܠܘܣ ܕܝܢ ܥܝܢܘܗܝ ܕܠܒܪ
ܦܬܝܚܢ ܗܘܝ. ܟܕ ܕܓܘܝ ܕܝܠܗ ܐܚܝܕܢ
ܗܘܝ. ܕܡܘܫܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܓܘܝ ܕܝܠܗ ܢܗܝܪܝܢ
ܗܘܝ. ܐܦ ܓܘܝ ܕܠܒܪ ܙܗܝܪܢ ܗܘܝ.
ܕܦܘܠܘܣ ܕܝܢ ܐܬܐܚܕܝ ܓܘܝ ܕܠܒܪ ܘܒܐܚܝܕܘܬܗܝܢ
ܕܓܘܝ ܕܠܒܪ. ܢܗܘܐ ܦܬܝܚܘܬܗܝܢ ܕܓܘܝ ܕܝܠܗ.
ܗܘ ܓܝܪ ܕܒܥܝܢܐ ܒܪܝܬܐ ܠܐ ܐܫܟܚ ܗܘܐ
ܕܢܚܙܝܘܗܝ ܠܡܪܢ ܒܐܬܘܬܗ. ܟܕ ܐܬܐܚܕ ܗܘܝ
ܕܦܓܪܐ. ܒܓܘܝ ܕܝܠܗ ܚܙܝܘܗܝ ܗܘܐ.
ܡܛܠ ܕܥܒܕ ܢܣܝܢܐ ܡܢ ܢܦܫܗ. ܟܬܒ
ܠܗܘܢ ܕܥܝܢܐ ܢܗܝܪܬܐ ܕܦܓܪܐ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ. ܕܗܘ ܠܟܘܢ ܢܢܗܪ ܥܝܢܐ ܕܠܒܘܬܟܘܢ.
ܡܛܠ ܐܬܘܬܐ ܓܠܝܬܐ ܠܥܝܢܐ ܒܪܝܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ
ܡܕܡ ܠܐ ܐܘܬܪ. ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܢ ܕܠܒܐ ܠܥܡܡܐ
ܠܥܝܢܐ ܕܠܒܐ ܦܬܚܬ. ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܐܠܘ
ܢܚܬ ܗܘܐ ܦܫܝܛܐܝܬ ܡܘܫܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܠܐ
ܙܠܓܐ ܗܘ ܕܐܦܐ: ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ

apertæ sunt aures et clausi oculi, et qui Sauli oculis non poterat exhibere se persecutionem patientem, verbo significavit, clamans et dicens : *Saule, Saule, quid me persequeris?* Tenebantur igitur oculi quia videre non poterant Christum persecutionem patientem; aures vero apertæ sunt quia ejus persecutionem audire poterant. Itaque, quamvis oculi Moysi sicut et Pauli corporei essent, oculi tamen Moysi interiores Christiani erant : « *De me enim Moyses scripsit*[1]; » Pauli autem oculi externi aperti erant, dum interni erant clausi. Quia Moysi oculi interiores resplendebant etiam exteriores nitidi erant; Pauli vero oculi exteriores tenebantur et hoc ipso impedimento aperti sunt interni ejus oculi. Qui enim oculis externis Dominum in signis suis agnoscere nequiverat, oculis internis, agnovit eum, dum oculi corporis detinebantur. Quia vero rem in propria persona expertus erat, scripsit ad eos qui oculos corporis lucidos habebant : « *Ipse illuminet oculos cordium vestrorum*[2]. » Igitur signa manifesta oculis externis Judæorum nihil profuerunt, fides autem cordis gentibus oculos cordis aperuit. Si descendisset simpliciter Moyses de monte, facie non splendente, et dixisset se ibi splendoris Dei spectatorem fuisse, non credidissent ei patres increduli; similiter et Paulus, si, oculos nihil passus,

[1] *Joan.* V, 46.

[2] *Ephes.* I, 17.

ܢܣܒ ܐܡܪ ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܟ̈ܙܘܢܐ
ܒܥܘܬܐ . ܡܛܠ ܕܐܦ ܦܘܠܘܣ ܐܠܘ ܐܠܐ ܣܡܐ
ܗܘܐ ܕܒܢܝܐ ܐܟܙܢ ܗܘܐ ܕܡܠܟܗ ܕܡܫܝܚܐ ܫܘܒܚܗ :
ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܢ̈ܝܐ ܙܩܘܦܐ . ܡܛܠ
ܗܘܐ ܣܡ ܒܗ ܒܡܘܫܐ ܐܝܟ ܕܒܪܚܡܬܐ ܐܬܐ
ܡܫܡܗܬܐ ܕܙܗܘܐ . ܕܢܗܝܡܢܘܢ ܕܢܟ̈ܠܐ ܕܙܗܘܐ
ܠܫܘܒܚܐ ܚܙܐ . ܒܫܐܘܠ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܒܪܕܘܦܐ
ܣܡ ܒܗ ܐܬܐ ܕܣܡܝܘܬܐ ܕܒܘܪܐ . ܕܢܗܝܡܢܘܢ
ܕܢܟ̈ܠܐ ܕܩܠܐ ܡܫܝܚܝܐ ܫܡܥ . ܘܠܐ ܢܘܣܦܘܢ ܢܐܡܪܘܢ
ܠܘܩܒܠ ܡܘܫܐ . ܘܠܐ ܢܘܣܦܘܢ ܢܬܦܠܓܘܢ
ܥܠ ܦܘܠܘܣ . ܣܡ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܐܬܘ̈ܬܐ
ܒܦܓܪ̈ܝܗܘܢ ܕܣܡ̈ܝܐ . ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܘܬ
ܢܟ̈ܠܐ . ܗܢܘܢ ܕܐܬܘ̈ܬܐ ܒܟܢܦ̈ܐ ܕܡܪ̈ܛܘܛܝܗܘܢ
ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ . ܒܐܬܘ̈ܬܐ ܕܝܢ ܕܡܪ̈ܛܘܛܐ ܠܐ
ܕܟܪܘ . ܘܒܐܬܘ̈ܬܐ ܕܦܓܪܐ ܣܟܠܘ ܠܗ . ܠܐ
ܐܒ̈ܗܬܐ ܕܚܙܘ ܐܦܘܗܝ ܕܡܘܫܐ ܐܫܬܡܥܘ ܠܡܘܫܐ .
ܘܠܐ ܒܢ̈ܝܐ ܕܚܙܘ ܣܡܝܘܬܗ ܕܦܘܠܘܣ ܐܬܗܝܡܢܘ
ܠܦܘܠܘܣ . ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܕܝܢ ܥܠ ܒܢ̈ܝ
ܒܝܬܗ ܕܡܘܫܐ ܐܝܟ ܕܥܠ ܟܠܒܐ ܒܟܐܦ̈ܐ
ܗܘܘ ܒܡܕܒܪܐ . ܐܡܪܘ ܟܠܗ ܟܢܫܐ ܕܢܪܓܡ
ܒܡܫܒܛܐ ܠܟܠܒܐ ܐܝܟ ܒܚܘܛ̈ܪܐ . ܠܦܘܠܘܣ
ܕܝܢ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܒܚܘܛ̈ܪܐ ܐܝܟ ܕܠܟܠܒܐ ܡܚܘܗܝ
ܗܘܘ ܒܚܨܗ . ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܒܫܒ̈ܛܐ
ܐܬܢܓܕܬ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܕܒܚܘܒܗܘܢ
ܥܠ ܡܪܗܘܢ ܐܝܟ ܟܠܒܐ ܡܬܡܚܝܢ ܗܘܘ .
ܘܡܢ ܓܙܪ̈ܐ ܕܝܢ ܕܥܢܐ ܡܬܒܙܙܝܢ ܗܘܘ .
ܗܢܘܢ ܓܙܪ̈ܐ ܕܠܪ̈ܥܘܬܗܘܢ ܡܪܓܡܝܢ ܐܝܟ ܕܐܒ̈ܐ
ܗܘܘ . ܕܐܪ̈ܝܐ ܚܛܘܦܐ ܒܗܘܢ ܢܫܠܛܘܢ ܗܘܘ ܀
ܙܩܘ̈ܦܐ ܕܝܢ ܡܩܒ̈ܠܝ ܠܡܘܗܒܬܐ

dixisset vocem Christi se audisse non credidissent ei eorum filii crucifixores; idcirco Deus posuit in Moyse veluti ex amicitia signum illustre splendoris ut fallaciæ assueti crederent ipsum gloriam Dei vidisse; in Saulo vero tanquam in persecutore odiosum cæcitatis signum posuit ut crederent impostores Judæi, vocem Christi ipsi auditam fuisse, et non amplius illi contra Moysen loquerentur et hi de Paulo dubitarent. Posuit quippe Deus signa in corporibus cæcorum et misit eos ad veteratores illos qui palliorum fimbriis signa faciebant; signorum autem palliorum recordati non sunt, et signa corporis non intellexerunt. Patres qui Moysi faciem splendentem aspexerant Moysi non obedierunt; eorum vero filii qui Pauli cæcitatem viderant Paulo non crediderunt. Tribus vicibus in Moysi domesticos velut in canes lapidibus irruere minati sunt in deserto et clamavit universus cœtus : « *eos esse lapidandos*[1]. » Tribus vicibus Paulum virgis velut canem ceciderunt in dorso (?) « *Ter virgis flagellatus sum*[2]. » Hi sunt leones qui in amore suo pro Domino suo tanquam canes cæsi fuerunt, et a gregibus ovium dilacerati ab illis, inquam, gregibus qui pastores custodes suos lapidabant ut lupi rapaces in eis dominarentur.

33. Crucifixores qui muneribus

[1] *Num.* XIV, 10.

[2] *II. Cor.* XI, 25.

milites corruperunt forsan de Paulo dixerunt ipsum muneribus a discipulis fuisse seductum ut eis sociaretur. Qui enim ad munerum largitionem recurrebant ne prædicaretur resurrectio Domini, prætextu muneris calumniabantur ut non crederetur revelatio Pauli. Idcirco vox turbavit eum et lux excæcavit ut perturbatio ferocitatem ejus sedaret et excæcatio confunderet ejus calumniatores. Turbavit enim vox auditum ejus eo quod humiliter diceret : « *Saule, cur me persequeris?* » Excæcavit autem lux visum, ut, quando dicerent calumniatores ejus munere eum subornatum fuisse ut mentiretur, admoneret eos ejus excæcatio effecta per lucem qua captus fuerat, ideo ipsum obtemperavisse verumque dixisse ut, qui putabant manus illius munera accepisse et idcirco labia mentita esse, scirent oculos amisisse lucem suam adeoque labiis Sauli veritatem prædicari. Propter aliam rationem luci vehementi conjuncta fuit vox humilis, ut nempe Dominus noster persecutori auxilium afferret quasi ex humilitate in exaltationem, quemadmodum omnia ejus auxilia ex rebus exiguis oriebantur et magna efficiebant. Humilitas Domini ab utero ad sepulchrum obtinuit. Vide'n quomodo velut pedissequa adhæret parvitati magnitudo, humilitati exaltatio. Quibus enim in rebus magnitudo Domini se manifestabat, divinitas ejus signis præclaris revelabatur ut notum fieret illum unum qui ibi aderat, non

ܗܘܐ ܗܘ ܗܘ ܚܕ ܕܒܟܝܢܘܗܝ ܦܠܝܓ ܗܘܐ .
ܘܠܐ ܗܘܐ ܚܕ ܗܘܐ ܐܠܐ ܬܪܝܢ ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܠܚܘܕ
ܗܘܐ ܡܟܝܟܐ ܒܟܝܢܘܗܝ . ܐܦܠܐ ܪܡܐ ܒܠܚܘܕ
ܡܪܘܡܡܐ ܒܟܝܢܘܗܝ . ܐܠܐ ܬܪܝܢ ܗܘܝ ܟܝܢܝܢ .
ܕܚܕ ܒܚܕ ܡܚܠܛܝܢ ܗܘܘ . ܪܡܐ ܘܡܟܝܟܐ .
ܡܛܠ ܗܕܐ ܬܪܝܗܘܢ ܟܝܢܐ ܗܢܘܢ ܠܚܫܝܗܘܢ
ܡܦܩܝܢ ܗܘܘ . ܐܝܟ ܕܒܚܫܐ ܕܬܪܝܗܘܢ .
ܬܪܝܢ ܗܘܘ ܢܦܪܫܘܢ ܒܢܝܢܫܐ . ܘܠܐ ܢܬܚܫܒ
ܕܚܕ ܗܘ ܦܫܝܛܐ . ܗܘ ܕܬܪܝܢ ܗܘܐ ܒܡܘܙܓܐ .
ܐܠܐ ܕܢܬܝܕܥ ܕܬܪܝܢ ܗܘܐ ܒܡܘܙܓܐ ܚܠܝܛܐ . ܗܘ
ܕܚܕ ܗܘܐ ܡܛܠ ܐܝܬܘܬܐ . ܗܢܝܢ ܗܠܝܢ ܡܢ
ܒܡܟܝܟܘܬܗ ܘܒܪܘܡܪܡܗ ܐܦ ܠܦܘܠܘܣ
ܒܐܘܪܚܐ ܕܕܪܡܣܘܩ ܐܠܦܗ ܗܘܐ ❖

unum sed duos esse. Neque enim sola exstabat natura inferior neque sola natura superna, sed duæ sunt naturæ, quarum una alteri immixta erat, una sublimis, altera humilis; propterea duæ illæ naturæ exprimebant affectus suos, ut per affectus duarum, homines duas eas esse discernerent, et non reputaretur unus ac simplex qui duo erat propter commixtionem, sed agnosceretur duo esse in commixtione qui unus erat propter essentiam. Hæc sua humiliatione suaque exaltatione Dominus Paulum docuit in via Damasci[1].

ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܡܪܢ ܠܫܐܘܠ

34. Itaque Dominus noster Saulo

[1] Præclara sunt verba quibus S. Doctor duas in Christo naturas hic propugnat. Similia habet in hymno 6° de Nativitate (*Opp. Syr.* III, 419). Utitur quidem vocibus minus perspicuis ܡܘܙܓܐ et ܚܠܛܘܬܐ, quæ latine *mixtio* et *mixtura* reddi possunt; nullam autem istis vocabulis induci naturarum confusionem tum textus ipse, tum S. Ephræmus qui alibi utitur verbo ܚܰܝܶܕ *univit*, tum usus et significatio harum vocum apud Syros abunde probant. Norunt theologi voces græcas μίξιν et κρᾶσιν et latinas *mixtionem et commixtionem* ab antiquis patribus interdum de unione hypostatica usurpatas fuisse, antequam Eutyches et Monophysitæ hisce vocibus ad inducendam naturarum confusionem abuterentur. Ipse S. Leo *Serm. III. de Nativ.* dixit : « Nec sic natura in societatem sui creatoris est assumpta, ut ille habitator, et illa habitaculum esset : sed ita, ut *naturæ alteri altera misceretur*. (Cfr. Petavius *de Theol. dogm.* l. III, c. 2. § 8-15). » Pariter Syri verba ܡܙܓ et ܚܠܛ de conjunctione naturarum in Christo usurparunt, ut probat Payne Smith in *Thesauro Syriaco* ad vocem ܚܠܛ. Philoxenus, Mabugi episcopus monophysita, omnem litem, si quæ remaneret, diremit hisce verbis sententiam S. Ephræmi explicans : ܠܘܬ ܕܐܡܪ ܕܡܙܓ ܟܝܢܐ ܐܝܟ ܡܫܬܩܝܢܐ ܚܠܦ ܕܠܐ ܢܐܡܪ ܐܬܚܝܕ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܟ ܡܝܐ ܘܚܡܪܐ ܐܘ ܗܠܝܢ ܐܚܪܢܐ ܟܝܢܐ ܪܛܝܒܐ ܘܡܫܬܦܝܢܐ ܕܐܦ ܡܝܬܝܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘ ܟܠܗ ܡܘܙܓܐ ܒܟܠ ܕܚܠܛܘܬܐ ܘܕܐܡܪܐ ܟܝܢܝܗܘܢ ܕܒܗܘܢ ܡܘܙܓܐ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܐܦ ܛܥܡܐ ܡܘܒܕܝܢ ܫܪܪܐ ܕܟܝܢܝܗܘܢ ܘܡܫܚܠܦܐ ܠܛܥܡܗܘܢ. ܚܣ ܠܗ ܓܝܪ ܕܢܐܡܪ ܗܟܢܐ ܥܠ ܡܠܬܐ ܘܦܓܪܐ ܕܝܠܗ ܐܘ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܐܘ ܐܚܪܢܐ ܕܟܘܬܗ ܐܘ ܚܢܢ ܬܠܡܝܕܝܗܘܢ ܠܡܚܫܒ ܘܢܐܡܪ: ܕܐܝܟ ܡܝܐ ܘܚܡܪܐ ܐܬܚܠܛ ܗܘܘ ܗܢܘܢ ܒܡܘܙܓܐ. Item quum ait : « *miscuit naturas tanquam pharmacum*, id pro *univit* intellexit. Non enim existimavit sanctus eo modo naturas divinitatis et humanitatis ad *commixtionem* venisse, quo aqua et vinum, aut ceteræ humidæ liquidæque naturæ, quæ naturarum suarum veritatem per commixtionem amittere solent, diversumque saporem acquirere. Absit ut ita de Verbo ejusque corpore aut sanctus ille, aut alii ejusdem æquales, aut nos ipsorum discipuli sentiamus, et dicamus eas instar aquæ et vini permixtas fuisse. » Ita Philoxenus ap. J. S. Assemanum, *Bibl. or.* I, 81. Idem auctor alibi ait : « Dicitur autem quod *commixtus est* ܐܬܚܠܛ ܘܐܬܡܙܓ, prout loquuntur Syri doctores, non quidem commixtione vulgari, quæ confusionem infert, neque conjunctione, quæ corruptionem inducit, sed commixtus est admirabili et nova quadam ratione. »

[illegible]

Cur humiliter cum Paulo locutus Jesus.

apparuit atque locutus est cum humilitate, cum tali tamen humilitate cui conjuncta esset majestas, ut ex majestate dignosceretur quis esset. Porro, sicut discipuli Dominum prædicabant in terra versatum in humiliatione et exaltatione, in humiliatione quidem persecutionis, in exaltatione autem signorum, sic etiam Dominus noster in humiliatione et exaltatione prædicabat se coram Paulo, in exaltatione quidem lucis vehementer irradiantis, in humiliatione vero vocis demissæ quæ dicebat : *Saule, quid me persequeris?* ut similis esset prædicatio discipulorum, qua Dominum annuntiabant coram multis, prædicationi qua ipse seipsum manifestabat. Quemadmodum igitur, nisi humiliter ibi locutus fuisset, ejus humilitas non fuisset agnita, sic nisi apparuisset ibi in luce vehementi, ejus majestas ignota mansisset.

35. Dices : Quid necesse erat ut humiliter loqueretur, poterat enim lucis copia certiorem eum reddere? Scias, tu qui interrogas tibi retorqueri ideo Dominum humiliter locutum, quia hoc necessarium erat; a sapientissimo enim illo nihil inutile ibi fieri potuit. Qui enim dedit artifici scientiam ut quidquid operi congruit illud efficere valeret, an ipse carere possit cognitione quam aliis largitur? Itaque, quidquid Deus effecit aut efficit, hoc rei in isto momento peragendæ proderat; quantumvis cæcis præposteræ videantur Dei dispositiones. Ne autem verbis

durioribus constringamus prudentem interrogatorem, qui veluti semen stillicidiis veritatis fœcundari cupit; scias, o interrogator, quod quia Saulus persecutor erat, Dominus autem persecutorem in virum persecutionem patientem mutare studeret, sapienter clamavit : *Saule, quid me persequeris?* ut, quum audisset discipulus magistrum dicentem : *quid me persequeris*, intelligeret Saulus magistrum quo edocebatur magistrum esse persecutionem patientem, et celeriter abjiceret animum persequendi quem indiderant ei magistri priores, et magistri patientiam in ferendis persecutionibus indueret. Magister qui aliquem quidpiam edocere vult factis aut verbis eum edocet; si autem neque verbis neque factis uti vult ad docendum, homo artem ediscere nequit. Ita Dominus quamvis opere Paulum humilitatem non docuit, voce tamen eum edocuit se pati persecutionem, quod opere docere amplius non poterat. Antequam enim crucifigeretur Dominus non tantum voce sed exemplo suo apostolos docebat persecutionem humiliter patiendam esse; consummata autem per crucem persecutione quemadmodum dixit : *Ecce consummata sunt omnia* [1] non poterat insipienter inchoare denuo quod sapienter semel consummatum fuerat. Cur iterum postularetis probrosam Filii Dei crucifixionem?

[1] *Joan.* XIX, 30.

ܐܦܢ ܓܝܪ ܡܢ ܩܕܝܡ ܒܛܝܒܘܬܗ ܐܚܬ
ܗܘܐ ܡܪܢ ܠܪܒܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܠܡܘܟܟܐ .
ܐܠܐ ܒܬܪܟܢ ܒܟܐܢܘܬܗ : ܠܡܟܝܟܘܬܐ ܕܐܢܫܘܬܗ
ܕܐܪܝܡ ܠܐ ܨܒܐ ܕܬܘܒ ܢܗܦܘܟ ܢܚܬܝܗ
ܠܡܘܟܟܐ . ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܬܠܡܝܕܐ ܪܕܘܦܐ
ܕܪܕܘܦܝܐ ܕܢܣܒܠ ܝܠܦ ܗܘܐ . ܪܒܐ ܕܝܢ ܕܬܘܒ
ܗܘܐ ܬܘܒ ܢܬܡܟܟ ܗܘܐ ܡܬܪܕܦ ܠܐ ܡܨܐ
ܗܘܐ . ܐܠܦܗ ܒܩܠܐ ܗܘ ܡܕܡ ܕܒܥܒܕܐ
ܠܡܫܠܡܘܬܗ ܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ : ܫܐܘܠ ܠܡܢܐ
ܡܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ . ܕܐܝܟܢܐ ܦܘܫܩܗ
ܗܘܐ . ܕܫܐܘܠ ܠܡܢܐ ܠܐ ܡܬܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ .
ܘܠܐ ܕܝܢ ܢܣܒܪ ܫܐܘܠ ܕܡܢ ܡܚܝܠܘܬܗ ܗܘ
ܡܬܪܕܦ ܗܘܐ ܡܪܢ : ܚܝܠܬܢܘܬܗ ܕܢܘܗܪܐ
ܚܝܠܐ ܕܐܬܠܝ ܠܘܬܗ ܐܦܝܣܗ . ܐܢ ܓܝܪ
ܥܝܢܘܗܝ ܕܫܐܘܠ ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܣܝܒܪܢ ܡܚܝܠ
ܙܠܓܐ ܕܢܘܗܪܐ ܗܘ . ܐܝܟܢܐ ܐܝܕܘܗܝ ܕܫܐܘܠ
ܐܣܪܝ ܗܘܘ ܘܫܒܩܘ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ
ܗܘ . ܟܦܬܝ ܕܝܢ ܐܝܕܘܗܝ ܠܬܠܡܝܕܐ .
ܕܢܐܠܦ ܚܝܠܬܢܘܬܗܘܢ ܒܟܒܠܘܗܝ . ܠܐ ܐܫܟܚ
ܕܝܢ ܕܢܣܝܒܪ ܥܝܢܘܗܝ ܙܠܓܐ ܕܢܘܗܪܐ . ܕܢܐܠܦ
ܟܚܝܠܬܢܘܬܗܘܢ ܕܙܠܓܐ ܡܚܝܠܘܬܗ . ܐܠܘ ܕܝܢ ܠܐ ܕܢܚ
ܕܢܘܗܪܐ ܗܘ ܥܠܘܗܝ ܠܐ ܐܝܠܨܗ . ܘܐܡܪ
ܗܘܐ ܠܗ ܡܪܢ ܠܫܐܘܠ : ܕܫܐܘܠ ܠܡܢܐ ܪܕܦ
ܐܢܬ ܠܝ : ܘܐܦ ܠܚܡܝܡܘܬܗ ܕܡܫܬܒܗܪܢܘܬܗ ܗܘ
ܕܛܦܐ ܗܘܐ ܒܗ ܦܘܠܘܣ ܗܘ ܟܕܘ : ܒܪܡ
ܗܘܐ ܗܘ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ . ܕܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ
ܪܕܦ ܐܢܐ ܠܟ : ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ ܕܠܡܢܐ ܪܕܦ
ܐܢܬ ܠܝ . ܡܢܘ ܓܝܪ ܗܘܐ ܠܐ ܢܪܕܘܦ ܐܢܬ
ܕܠܐ ܙܝܢܐ ܒܩܠܐ ܩ̈ܠܐ ܡܚܝܠܐ ܠܪܕܘܦ
ܡܩܦܣ ܐܢܬ . ܐܠܐ ܡܟܝܟܘܬܗ ܕܡܪܢ ܒܩܠܐ
ܐܫܬܡܥܬ . ܘܚܝܠܬܢܘܬܗ ܕܢܘܗܪܐ ܒܙܠܓܐ

36. Etenim, etsi prius ex mera bonitate Dominus noster divinam suam majestatem humiliari voluit, postea, postquam humilem suam humanitatem exaltasset, ex justitia noluit hanc humanitatem ad priorem statum deprimere. Quum ergo discipulus persecutor persecutionem pati edocendus esset, magister vero denuo se humiliare et persecutionem pati non amplius posset, voce docuit quod opere non poterat : *Saule, quid me persequeris?* in hunc sensum *Saule, quid non subis persecutionem propter me?* Sibi autem non esse sentiendum quod Dominus ex impotentia persecutionem pateretur, Paulus plene persuasum habuit ex virtute et vehementia lucis in eum irradiantis. Porro si Sauli oculi fulgorem lucis istius sustinere nequiverunt, quomodo manus ejus alligare potuerint et vinculis constringere discipulos Domini lucis istius? Alligabant manus ejus discipulos ut disceret quam fortes essent in vinculis; non poterant autem ejus oculi radios lucis sustinere ut ex radiorum potentia imbecillitatem suam disceret. Si autem lux vehemens in eum non irradiasset et dixisset Saulo Dominus : *Saule, quid me persequeris?* præ fervore superbiæ, qua tumebat tunc Paulus, forsan respondisset idcirco te persequor quia dixisti : *Quid me persequeris?* Quis enim te non persequeretur ubi inermis vocibus hisce imbellibus tuum persecutorem interpellas? At humilitas Domini in voce personuit et potentia

ܐܬܓܠܝ. ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܦܘܠܘܣ ܕܢܒܣܪ ܠܡܟܝܟܘܬܗ ܕܩܠܐ ܡܛܠ ܠܡܒܗܩܗ ܕܢܘܗܪܐ ܀

ܐܬܠܡܕ ܕܝܢ ܐܕܢܘܗܝ ܒܩܠܐ ܕܫܡܥ ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܟܚܝ ܗܘܝ ܥܝܢܐ ܕܢܣܝܒܪܢ ܙܠܝܩܐ ܕܚܙܝܢ ܗܘܝ. ܬܡܝܗ ܗܘ ܕܝܢ ܗܘܐ ܙܠܝܩܗ ܕܢܘܗܪܐ ܗܘ ܕܐܬܦܫܛ ܗܘܐ ܒܓܘ ܒܒܬܐ ܘܐܚܒ ܐܢܝܢ. ܘܩܠܐ ܕܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ ܥܒܪ ܒܐܕܢܐ. ܘܠܐ ܐܚܫ ܐܢܝܢ. ܒܝܬ ܢܘܗܪܐ ܕܝܢ ܠܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ. ܡܢܘ ܙܕܩ ܕܢܗܘܐ ܚܝܠܬܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܢܘܗܪܐ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܒܪܝ: ܐܝܟ ܗܟܢܐ ܚܝܠܬܢ ܗܘܐ. ܟܡܐ ܟܝ ܚܝܠܬܢ ܗܘ ܕܒܗ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܒܪܝ. ܐܢ ܕܝܢ ܚܝܠܬܢ ܗܘܐ ܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܚܝܠܬܢ ܗܘ: ܐܝܟܢܐ ܥܒܪ ܩܠܗ ܒܡܫܡܥܬܐ ܘܠܐ ܐܚܫܢ: ܟܕ ܢܘܗܪܐ ܗܘ ܐܚܒ ܚܙܘܐ. ܫܡܥ ܬܗܪܐ ܕܡܕܡܪܐ ܘܬܡܝܗܐ ܕܥܒܕ ܒܡܟܝܟܘܬܗ ܡܪܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܨܒܐ ܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ ܕܢܒܨܪ ܢܘܗܪܐ ܕܒܪܐ ܗܘ ܗܘܐ ܕܢܒܨܪ ܘܢܬܡܟܟ. ܐܠܐ ܗܘ ܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ ܡܟܟ ܢܦܫܗ. ܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܪܒ ܗܘ ܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ ܡܢ ܢܘܗܪܐ. ܗܟܢܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܠܡܟܟܘܬܐ ܕܗܘ ܡܪܗ ܕܢܘܗܪܐ ܢܬܡܟܟ ܐܠܐ ܐܢ ܡܢ ܢܘܗܪܗ ܠܢܘܗܪܐ ܢܡܟܟ ܀

ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܒܠܠܝܐ ܗܘ ܐܚܪܝܐ ܕܗܘܐ ܟܕ ܡܨܠܐ ܗܘܐ. ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܡܚܝܠ ܠܗ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܥܠ ܦܘܡܝܢ ܕܫܡܝܢܐ ܘܐܪܥܢܝܐ. ܠܐ ܣܦܩܝܢ ܠܡܘܕܝܘ ܛܝܒܘܬܗ ܕܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܒܪܝܘ ܡܠܐܟܐ. ܕܗܘ ܡܛܠ ܚܛܝܐ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܒܪܝ ܡܚܝܠ ܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܡܠܐܟܐ ܒܥܒܕܐ ܘܡܚܝܠܐ ܥܕܪܐ ܗܘܐ:

[1] Luc. XXII, 43.

lucis in fulgore claruit, ut nequiret Paulus spernere humilitatem vocis propter fulgorem lucis.

37. Edoctæ sunt aures ejus per auditam vocem, quia oculi sustinere non poterant radios quos videbant. Mirabilis splendor lucis istius in pupillas diffudit se easque læsit; vox autem Domini lucis transiit per aures et nullo eas dolore affecit. Inter lucem autem et Dominum lucis quis fortior esse debuit? Porro si lux per ipsum creata adeo vehemens fuit, quanto vehementior esse debuit ille per quem lux creata est. Si autem vehemens fuit Dominus lucis, ut revera vehemens est, quomodo transiit vox ejus per aures et nihil eis nocuit, dum lux visum læsit? Audi quam mirabile et stupendum præstiterit auxilium in benignitate sua Dominus noster. Noluit lucis Dominus lucem creaturam suam minuere, sed seipsum minuit : sicut autem major est lucis Dominus luce ipsa, ita magna Domini lucis gloria minui potest quin ipse lucem minuat.

38. Quemadmodum etiam in nocte suprema dum oraret : « *apparuit illi*, inquit Scriptura[1], *angelus confortans eum* » — hic autem omnium cœlestium terrestriumque ora non sufficiunt ad agendas gratias illi, per quem creati sunt angeli, quod propter peccatores ab angelo a se creato

ܡܪܗ ܕܝܢ ܕܡܠܐܟܐ ܡܬܡܟܟ ܕܢܬܪܝܡ ܠܐܢܫ
ܘܡܬܡܟܟ ܒܢܦܠܐ ܘܡܡܟܟܐ ܠܬܚܬ ܩܐܡ ܗܘܐ .
ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܪܟܐ ܢܘܗܪܐ ܗܘ ܕܒܚܝܠ ܒܪܝܪܐ
ܐܒܠܩ ܗܘܐ . ܡܪܗ ܕܝܢ ܕܢܘܗܪܐ ܡܛܠ ܥܕܪܢܐ
ܕܚܕ ܪܕܘܦܐ . ܒܩܠܐ ܡܟܝܟܐ ܘܡܫܦܠܐ ܡܡܠܠ
ܗܘܐ ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܟܝܠ ܢܘܗܪܐ ܗܘ ܕܟܒܝܪ ܗܘܐ
ܟܕ ܠܐ ܐܬܒܨܪ . ܒܙܠܩ ܕܚܝܠܗ ܒܪܝܪܐ ܠܘܬ ܒܒܬܐ
ܘܐܒܠܩ ܐܢܝܢ . ܡܪܗ ܕܝܢ ܕܢܘܗܪܐ ܡܛܠ ܕܐܬܡܟܟ
ܠܥܘܕܪܢܐ . ܒܩܠܗ ܡܟܝܟܐ ܠܐܕܢܐ ܡܣܟܢܬܐ
ܘܥܕܪ ܐܢܝܢ . ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܬܒܨܪ ܗܘܐ
ܠܗ ܥܘܕܪܢܗ ܕܩܠܐ ܗܘ ܕܐܬܡܟܟ . ܡܛܠ
ܗܢܐ ܠܐ ܐܬܡܟܟ ܒܨܝܪ ܕܢܘܗܪܐ ܗܘ . ܕܒܢܘܗܪܐ
ܗܘ ܕܠܐ ܐܬܡܟܟ . ܢܬܒܚܢ ܥܘܕܪܢܗ ܕܩܠܐ
ܗܘ ܕܐܬܡܟܟ ܗܘܐ . ܕܬܡܗܐ ܗܝ ܕܝܢ ܗܝܐ
ܕܥܕܡܐ ܕܐܬܡܟܟ ܡܪܢ ܒܩܠܐ : ܠܐ ܐܬܡܟܟ
ܦܘܠܘܣ ܒܥܒܕܐ ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܥܕ ܡܪܢ ܕܢܚܘܬ
ܢܠܒܫ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܒܪܘܡܪܡܐ ܠܘܬ
ܐܒܘܗܝ ܝܬܒ ܗܘܐ . ܐܠܐ ܒܪܘܡܪܡܗ
ܒܢܝܢܫܐ ܡܟܝܟܘܬܐ ܠܐ ܐܠܦܘ . ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܡܟܟ
ܗܘܐ ܘܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܪܡܗ . ܗܝܕܝܢ ܒܡܟܝܟܘܬܗ
ܡܟܝܟܘܬܐ ܒܗ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܙܪܥܗ . ܗܟܢܐ
ܬܘܒ ܒܬܪ ܕܐܬܢܚܡ ܘܣܠܩ ܠܫܡܝܐ
ܠܥܠ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܐܒܘܗܝ ܗܘܐ . ܐܠܐ ܒܪܘܡܐ
ܪܘܡܪܡܗ ܗܢܐ ܡܟܝܟܘܬܐ ܠܐ ܐܠܦ ܗܘܐ .
ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܕܐܬܪܘܡܡ ܗܘܐ ܘܝܬܒ ܠܥܠ
ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܐܒܘܗܝ . ܫܒܩ ܠܗ ܠܩܠܐ ܡܫܒܚܐ
ܘܡܬܪܘܪܒܐ . ܘܒܡܠܐ ܡܚܝܠܬܐ ܘܒܨܝܪܬܐ ܐܝܟ

confortari voluit, — Quemadmodum, inquam, angelus in gloria et splendore superius stabat, Dominus autem angeli, ut prostratum hominem erigeret prostratus humiliatusque infra jacebat, sic etiam hic lux vehementi fulgore fulgebat, Dominus autem lucis ut unum persecutorem adjuvaret voce humili et demissa loquebatur.

39. Quapropter lux illa, quæ, quum non fuisset imminuta, vehemens erat, fulgore vehementi perculit pupillas easque læsit, Dominus autem lucis, qui auxilii ferendi causa se humiliaverat, voce humili aures egentes perculit easque juvavit. Ut igitur Paulus non frustraretur auxilio vocis imminutæ, imminuta non fuit vehementia lucis, qua luce non imminuta comprobandum erat auxilium vocis imminutæ. Mirum est quod usque dum humiliaret se Dominus voce, non humiliavit se Paulus effectu. Etenim, sicut Dominus, antequam e cœlo descenderet corpusque indueret, apud Patrem exaltatus sedebat, exaltatione tamen illa homines humilitatem non didicerunt; sic postquam humiliavit semetipsum et a sublimi throno descendit, tunc per humiliationem suam humilitatem inter homines seminavit; sic rursus postquam resurrexit et in cœlum ascendit gloriosusque ad dexteram Patris sui sedit, hac sua exaltatione Paulum humilitatem non docuit; idcirco qui exaltatus ad dexteram Patris sui sedebat, omissis vocibus gloriosis et superbis, verbis debi-

ܒܠܒܐ ܘܡܬܥܠܒܐ ܩܥܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪ. ܫܐܘܠ
ܠܗ ܫܐܘܠ ܡܢܐ ܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ. ܗܝܕܝܢ ܙܟܘ
ܩ̈ܠܐ ܡ̈ܟܝܟܐ ܠܦ̈ܓܘܕܐ ܩ̈ܫܝܐ. ܒܩ̈ܠܐ
ܓܝܪ ܡ̈ܟܝܟܐ ܐܝܟ ܕܒܦ̈ܓܘܕܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ
ܦܬܝܐ ܕܪ̈ܕܘܦܐ ܠܐܘܪܚܐ ܐܠܝܨܬܐ ܕܡܣܝܒܪ̈ܢܐ ܆
ܪܕܘܦܐ ܠܪܕܘܦܗ ܐܝܬܝܗ. ܟܕ ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܟܚܘ
ܠܡܦܝܣܘ ܒܟܠܗܝܢ ܐܬ̈ܘܬܐ ܕܗܘܝ̈ ܒܫܡܗ
ܕܡܪܢ. ܐܬܦܓܥ ܡܪܢ ܐܪܥܗ ܡܟܝܟܐܝܬ܆
ܠܗܘ ܕܒܐܘܪܚܐ ܕܕܪܡܣܘܩ ܡܬܪܘܪܒ
ܪܘܪܒܐ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܒܩ̈ܠܘ ܕܡܟܝܟܘܬܐ.
ܐܬܟܒܫ ܚܝܠܗ ܩܫܝܐ ܕܪܡܘܬܐ ܀

ܗܘ ܕܝܢ ܕܐܬܚܫܚ ܒܩ̈ܠܐ ܡ̈ܟܝܟܐ ܥܡ
ܦܘܠܘܣ ܪܕܘܦܐ. ܗܘ ܐܬܚܫܚ ܥܡ ܦܪܝܫܐ
ܒܩ̈ܠܐ ܡ̈ܟܝܟܐ. ܘܚܝܠܐ ܕܝܢ ܣܓܝ
ܚܝܠܗ ܕܡܟܝܟܘܬܐ. ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܙܟܐ ܟܠ
ܕܠܒܪܗ ܠܐ ܙܟܐ. ܣܝܒܪܗ ܛܥܢ ܕܥܡܐ ܩܫܐ
ܩܕܠܐ. ܡܟܝܟܘܬܐ ܗܝ ܐܣܝܒܪܬ ܠܡܫܩܠܗ
ܒܡܕܒܪܐ. ܠܘܩܒܠ ܥܡܐ ܓܝܪ ܕܩܫܐ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ ܒܩܫܝܘܬܐ. ܐܬܬܣܝܡ ܡܘܫܐ ܗܘ
ܕܡܟܝܟ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ. ܠܐܠܗܐ
ܓܝܪ ܗܘ ܕܠܐ ܣܢܝܩ ܠܐ ܐܣܬܢܩ ܒܦܘܪܩܢ
ܠܗ ܠܥܡܐ. ܐܣܬܢܩ ܠܗ ܡܢ ܒܡܟܝܟܘܬܗ ܟܠܐ
ܡܟܝܟܘܬܗ ܕܣܝܒܪ. ܘܡܟܝܟܘܬܗ ܬܣܝܒܪ
ܪܘܓܙܐ ܘܪܛܢܐ ܕܡܬܚܡܬܐ. ܒܠܚܘܕ ܓܝܪ ܗܘ
ܐܬܡܨܝܬ ܘܡܪ̈ܝܒܘܬܐ ܕܥܡܐ ܠܐ ܐܫܟܚ
ܣܒܪܐ. ܡܟܝܟܘܬܐ ܗܝ ܒܨܠܘܬܗ ܐܫܟܚܬ
ܠܡܫܠܝܘ ܣܕܩܝܗܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܕܡܟܝܟܘܬܐ
ܠܥܩܠܐ ܒܡܠܐ ܚܒܪܐ ܗܘܬ. ܡܟܝܟܘܬܐ
ܒܪܒܘܬܐ ܠܥܩܠܐ ܡܢ ܣܝܒܪܬ ܗܘܬ. ܐ
ܘܟܠ ܡܟܝܟܘܬܗ ܕܝܗܒ ܠܡܠܬܐ ܠܥܘܠܐ

libus et humilibus tanquam oppressus et injuriam passus clamabat dicens : *Saule*, *Saule, quid me persequeris?* Tunc vicerunt voces humiles frena dura. Vocibus enim humilibus tanquam frenis ille qui persecutionem patiebatur persecutorem suum adduxit e via lata persecutorum in viam arctam patientium persecutionem. Quum autem omnia signa in nomine Domini patrata Paulum persuasum reddere nequivissent, Dominus humiliter ei in via Damascena superbienti occurrit, humilibusque vocibus repressus fuit sævus superbiæ impetus.

40. Qui autem vocibus humilibus usus est cum Paulo persecutore, ipse vocibus humilibus usus est cum pharisæo. Tanta autem vis est humilitatis ut ipse qui omnia vincit Deus absque ea non vicerit. Humilitas sustinuit onus populi duræ cervicis in deserto. Contra populum omnium durissimum positus est Moyses omnium hominum humillimus. Nullius quippe rei indigens Deus in liberando populo indiguit humilitate Moysi ut mansuetudo ejus sustineret iram et murmurationem populi exacerbati. Sola humilitas ferre potuit contentiones populi cujus pervicaciam signa Ægypti et portenta deserti frangere non potuerant. Quando superbia scissiones in populo efficiebat, humilitas oratione sua seditiones compescebat. Si igitur humilitas balbutientis sexcenta millia sustinuit, quanto plures humilitas illius qui loquelam dat

[illegible]

Rursus de pharisæo et peccatrice.

balbutientibus sustinuerit. Moysi enim humilitas umbra tantum fuit humilitatis Domini.

41. Vidit[1] igitur Dominus Simonem pharisæum fidem signis mirandis quæ viderat denegantem, venit ad eum ut miti voce eum persuasum redderet. Quem autem signa miranda non subegerant humilia verba subjugarunt. Quænam porro signa viderat pharisæus? Viderat mortuos redivivos, leprosos mundatos, cæcos videntes. Hæc signa pharisæum coegerunt ut tanquam prophetam invitaret Dominum; quem autem invitaverat ut prophetam, hunc velut inscium contempsit : « *Hic si esset propheta sciret peccatricem illam esse quæ ad eum accedit.* » Nos potius despiciamus pharisæum et dicamus : Si revera pharisæus *(discretor)*[2] fuisset, didicisset ab hac peccatrice, quæ ad eum accessit, Dominum nostrum non prophetam sed prophetarum Dominum esse. Lacrymæ enim peccatricis testabantur ipsis non placari prophetam sed eum, quem, utpote Deum, ejus peccata exacerbaverant. Etenim quia non potuerant prophetæ vivificare peccatores, descendit prophetarum Dominus ut sanaret eos qui male

[1] Conferenda sunt quæ de peccatrice S. Doctor habet in *Parænesi* IVª *Opp. Syr.* III, 387-412; in *Sermone in Mulierem peccatricem Opp. græc.* II, 297-306; in sermone infra edendo pro feria tertia passionis; et in *Homilia in Meretricem*, *Opp. Græc.* III, 385-395.

[2] Ludit in verbis ܦܪܝܫܐ et ܦܪܘܫܐ quæ ab eadem radice ܦܪܫ *separavit*, *discrevit*, proveniunt. ܦܪܝܫܐ *separatus*, *discretus*, *excellens*, *Pharisæus*; ܦܪܘܫܐ *discretor*, *prudens*, *sagax*.

ܐܝܢܘ ܕܝܢ ܐܣܝܐ ܕܟܠܐ ܠܡܟܐܒܐ ܕܠܐ ܢܬܩܪܒܘܢ ܠܘܬܗ
ܐܘ ܦܪܝܫܐ ܣܡܝܐ. ܓܕܫܬ ܠܗ ܠܐܣܝܢ ܕܠܡܟܐܒܐ
ܬܬܩܪܒ ܠܗ ܡܚܝܒܬܐ. ܘܗܝ ܕܒܕܡܥܝܗ ܐܬܐܣܝ
ܡܚܘܬܗ̈. ܗܘ ܕܝܢ ܕܢܚܬ ܕܢܗܘܐ ܡܒܘܥܐ
ܚܘܠܡܢܐ ܠܟܪ̈ܝܗܐ. ܗܘ ܡܟܪܙ ܗܘܐ.
ܕܟܠ ܕܨܗܐ ܢܐܬܐ ܘܢܫܬܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܪ̈ܛܢܘ ܗܘܘ
ܦܪ̈ܝܫܐ ܐܚ̈ܘܗܝ ܕܗܘܐ. ܥܠ ܚܘܠܡܢܗܘܢ
ܕܚܛܝ̈ܐ. ܐܫܪܪ ܐܣܝܐ ܥܠ ܐܘܡܢܘܬܗ ܕܬܪܥܐ
ܠܡܟܪ̈ܗܐ ܗܘ ܦܬܝܚ ܘܠܐ ܠܚܠܝܡ̈ܐ. ܠܐ ܓܝܪ
ܣܢܝܩܝܢ ܚܠܝܡ̈ܐ ܠܐܣܝܐ. ܐܠܐ ܐܝܠܝܢ
ܕܒܝܫ ܒܝܫ ܥܒܝܕܝܢ. ܡܟܝܠ ܐܣܝܐ ܬܫܒܘܚܬܗ
ܚܘܠܡܢܐ ܗܘ ܕܡܟܪ̈ܗܐ. ܐܝܟ ܕܢܒܗܬ ܠܗܘ
ܦܪܝܫܐ: ܕܒܫܘܒܚܗ ܕܐܣܝܢ ܚܣܪܗ. ܡܪܢ
ܕܝܢ ܗܘ ܕܐܬܘ̈ܬܐ ܒܫܘ̈ܩܐ ܡܚܘܐ ܗܘܐ. ܐܦ
ܟܕ ܥܠ ܠܒܝܬܗ ܕܦܪܝܫܐ ܗܘ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܪ̈ܘܪܒܢ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܠܒܪ ܡܚܘܐ ܗܘܐ. ܒܫܘ̈ܩܐ ܓܝܪ
ܐܣܐ ܦܓܪ̈ܐ ܟܪ̈ܝܗܐ. ܠܓܘ ܕܝܢ ܐܣܝ ܪ̈ܥܝܢܐ
ܡܚܝ̈ܒܐ. ܠܒܪ ܐܚܝ ܡܝܬܘܬܗ ܕܠܥܙܪ ܠܓܘ
ܕܝܢ ܐܚܝ ܡܝܬܘܬܗ ܕܚܛܝܬܐ. ܦܢܝ ܠܦܓܪܐ
ܢܦܫܐ ܚܝܐ ܕܢܦܩܬ ܡܢܗ. ܘܛܪܕ ܡܢ
ܚܛܝܬܐ. ܚܛܝܬܐ ܡܝܘܬܬܐ ܕܥܡܪܐ ܗܘܬ ܒܓܘܗ.
ܣܡܝܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܪ̈ܘܪܒܬܐ ܠܐ ܦܐܣ ܗܘܐ.
ܒܥܠܬ ܪ̈ܘܪܒܬܐ ܕܠܐ ܚܙܐ ܟܦܪ ܐܦ ܒܙܥܘܪ̈ܬܐ
ܕܚܙܐ ܗܘܐ. ܟܕ ܐܝܣܪܝܠܝܐ ܗܘܐ ܓܝܪ. ܗܘ
ܘܡܣܟܢܘܬܐ ܕܝܠܗ ܥܠ ܐܠܗܐ ܬܠܐ ܗܘܐ. ܘܠܐ
ܥܠ ܢܦܫܗ. ܗܐ ܡܚܐ ܓܝܪ ܫܘܥܐ ܘܪܕܘ
ܡܝ̈ܐ. ܕܠܡܐ ܐܦ ܠܚܡܐ ܡܫܟܚ ܠܡܬܠ
ܠܢ. ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܡܪܢ ܠܡܣܟܢܘܬܗ. ܕܦܪܝܫܐ

[1] *Joan.* VII, 37.

se habebant. Quis est medicus, o pharisæe cæce, qui vulneratos arcet a se? Accidit medico nostro ut accederet ad eum vulnerata illa femina, et illico ejus vulnera lacrymis sanata sunt. Porro qui de cœlo descendit ut ægris fons fieret sanationis clamabat: « *Omnis qui sitit veniat et bibat*[1]. » Quum autem murmurarent pharisæi Simoni similes de sanatione peccatorum, asseveravit medicus artem suam portam esse ægrotis non autem valentibus apertam: « *Non enim opus est valentibus medicus sed male habentibus*[2]. » Laus ergo medici sanatio est ægroti. Hoc dictum sit ad augendam confusionem pharisæi qui nostri medici laudi detraxit. At Dominus, qui signa in plateis ostendebat, ingressus domum pharisæi signa miraculis externis majora ostendit. In plateis enim sanabat corpora ægrotantia, intus autem sanavit mentes vulneratas; exterius sanavit Lazarum mortuum, intus autem sanavit lethale vulnus peccatricis; reduxit in corpus animam ex ipso egressam, expulit a peccatrice peccatum lethale quo erat obsessa. Cæcus autem pharisæus, magnorum incapax, propter magna quæ non viderat parva quæ viderat abnegavit. Israelita enim erat, et qua talis suam infirmitatem Deo, non sibi, tribuebat: « *Si percussit petram et fluxerunt aquæ, numquid etiam panem poterit nobis dare*[3]? » Videns igitur Dominus

[2] *Matth.* IX, 12.
[3] *Psalm.* LXXVII, 20.

ܠܗ̇ ܡܢ ܙ̈ܥܘܪܬܐ ܘܒܠܠܗܘܢ ܐܦ ܡܢ ܪ̈ܘܪܒܬܐ.
ܐܥܠܬܗ̇ ܡܚܕܐ ܡܠܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܐܝܟ ܕܠܫܒܪܐ
ܕܒܠܥܐ ܚܠܒܐ. ܗ̇ܘ ܕܠܡܐܟܘܠܬܐ ܥܫܝܢܬܐ ܠܐ
ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܀

ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܗ̇ܘ ܕܝܕܥܬ ܐܘ ܦܪܝܫܐ ܕܠܗ
ܢܒܝܐ ܗܘ ܡܪܢ: ܡܕܡ ܐܬܝܕܥܬ ܐܢܬ ܕܠܐ ܝܕܥ
ܐܢܬ ܠܢܒ̈ܝܐ. ܒܗܘ ܓܝܪ ܕܐܡܪܬ ܕܗܢܐ ܠܘ
ܢܒܝܐ ܗܘܐ ܝܕܥ ܗܘܐ. ܚܘܝܬ ܗܘܝܬ ܕܐܦ
ܕܢܒܝܐ ܗܘ ܒܠܥܕܝܟ ܗܘ ܝܕܥ ܗܘܐ. ܗܐ
ܗܟܝܠ ܐܬܟܣܝ ܪ̈ܙܐ ܡܢ ܢܒ̈ܝܐ. ܐܝܟܢܐ
ܐܢܬ ܓܠܝܢܐ ܕܟܠ ܟ̈ܣܝܬܐ ܠܢܒ̈ܝܐ ܝܗܒ ܐܢܬ.
ܗܘ ܕܝܢ ܡܠܦܢܐ ܣܟܠܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܕܢܒ̈ܝܐ ܡܥܩܡ
ܗܘܐ: ܐܦ ܠܐ ܦܪܫܘܗܝ ܕܟܬ̈ܒܐ ܣܟܠ ܗܘܐ.
ܠܐ ܗܘܐ ܗܟܝܠ ܒܠܚܘܕ ܪܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܠܐ
ܐܬܒܝܢ ܒܗ̇ ܒܦܪܝܫܐ ܗܘ: ܐܠܐ ܐܦܠܐ
ܒܣܢܝܩܘܬܗܘܢ ܕܢܒ̈ܝܐ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܡܪܢ ܓܝܪ ܐܝܟ
ܝܕܥ ܟܠ ܫܒܩܗ̇ ܠܚܛܝܬܐ ܗܝ ܕܬܬܩܪܒ
ܠܘܬܗ ܘܫܠܡܗ. ܐܠܝܫܥ ܕܝܢ ܐܝܟ ܠܐ ܝܕܘܥܐ
ܐܡܪ ܠܫܘܠܡܝܬܐ. ܕܫܠܡ ܠܟܝ ܘܫܠܡ
ܠܛܠܝܐ. ܗ̇ܘ ܗܟܝܠ ܕܣܒܪ ܕܡܬܝܕܥ ܠܡܪܢ
ܕܠܐ ܢܒܝܐ ܗ̇ܘ: ܐܬܝܕܥ ܕܠܐ ܢܒܝܐ ܗܘ: ܐܬܝܕܥ
ܕܗܘܝܘ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܢܒ̈ܝܐ. ܪܥܝܢܐ
ܕܝܢ ܐܝܟܐ ܕܒܝܫܘܬܐ ܒܗ ܘܕܡܣܝܒܪܢܘܬܗ ܠܐ ܡܨܝܐ
ܗܝ ܒܝܫܘܬܐ ܕܒܗ ܝܕܥܐ ܗܝ ܕܬܒܥܐ ܠܗ̇
ܥܠܬܐ ܠܡܦܩ ܠܒܪ. ܐܠܐ ܟܕ ܗ̇ܝ ܕܝܢ ܕܡܬܥܒܪܐ
ܠܗ̇ ܗܝ ܗ̇ܝ ܥܠܬܐ ܕܐܬܓܘܣ ܒܗ̇ ܢܟܝܠܐ.
ܚܙܐ ܕܒܥܠܬܐ ܗܘܐ ܗܘ ܐܚܪܬܐ ܗܘ ܡܬܟܣܝܐ
ܠܡܣܥܪ. ܚܙܝ ܕܝܢ ܠܗ ܠܗܢܐ ܒܪ ܐܝܣܪܝܠ.
ܕܥܘܠܐ ܒܥܘܠܗ ܠܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܦܬܟܪܘܬܐ ܓܝܪ
ܟܣܝܐ ܗܘܬ ܒܪܥܝܢܗ ܕܥܡܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ
ܐܬܢܣܒ ܡܢ ܥܡܐ ܡܕܡ ܀ ܘܐܬܬܠܝ ܒܥܡܐ

pharisæum tali laborare infirmitate ut a magnis earumque causa a parvis deficeret, illico induxit verbum simplex veluti ad puerulum lactentem cibi solidioris incapacem.

42. Ex eo quod nosti, o pharisæe, Dominum non esse prophetam, convinceris non nosse prophetas. Dicendo « *hic si esset propheta sciret* » ostendisti prophetam, juxta te, omnia cognoscere. At ecce res prophetis absconditas, quomodo tu revelationem omnium rerum absconditarum prophetis tribuis? Insipiens iste doctor, qui Scripturas propheticas pervertebat earum lectionem non intelligens, non tantum majestatem Domini non perspiciebat sed nec prophetarum defectum. Dominus, utpote omniscius, permisit peccatricem ad se accedere suamque pacem obtinere; Elisæus, utpote inscius, dixit Sulamitæ : *Pax tibi et pax puero*[1]. Qui igitur putavit sciri a se Dominum non esse prophetam convictus est se nec esse prophetam nec nosse prophetas. Ubi mens malitia inficitur quam ferre non valet, ista malitia novit inquirere prætextum foris se prodendi; sed ubi removetur iste prætextus ad quem confugit impostor, alium sub isto occultatum discernit quo agere possit. Vide hunc Israelitam; ejus perversitas perversitati Israelitarum similis est. Idololatria enim occlusa erat in mente populi. Idcirco sublatus

[1] *IV. Reg.* IV, 26. Juxta versionem simplicem.

ܕܬܒܥܘܗܝ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܒܗܬܘܢ ܠܗܘܢ
ܘܢܬܝܕܥ ܕܠܦܬܟܪ̈ܐ ܗܘܘ ܥܐܠܝܢ ܀ ܩܕܡܝܬ
ܠܡܘܫܐ ܒܥܘ. ܘܗܝܕܝܢ ܠܦܬܟܪ̈ܐ. ܗܢܐ ܠܡ
ܡܘܫܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܐܢ ܐܠܗܐ
ܕܠܐ ܡܝܐܬ ܐܦܩܟ ܡܢ ܡܨܪܝܢ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܐܢܫܐ
ܡܢܐ ܡܫܐܠ ܐܢܬ. ܕܗܘܐ ܐܝܬ ܕܗܘ ܠܡܡܬ
ܗܘ ܠܗ. ܐܘ ܠܡܢܐ ܠܡܡܠܠܘܗܝ ܐܫܬܘܕܝ
ܠܟ ܡܘܫܐ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܟ. ܘܡܛܠ ܕܐܒܕ
ܠܗ ܐܠܗܟ. ܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ ܒܥܐ ܐܢܬ. ܐܠܐ ܐܦܠܐ
ܠܡܘܫܐ ܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ.
ܡܛܠ ܕܡܘܫܐ ܫܡܥ ܗܘܐ ܘܚܙܐ ܘܩܛܠ.
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܫܡܥ ܘܠܐ ܚܙܐ ܘܠܐ ܩܛܠ
ܒܥܝܢ ܗܘܘ. ܢܗܘܐ ܕܝܢ ܕܡܝܬ ܠܗ ܡܘܫܐ
ܡܢ ܕܗܘ ܡܢܐ ܢܗܘܐ ܡܢܗ. ܕܗܐ ܐܠܗܟ ܚܝ
ܗܘ. ܘܒܣܗܕܘ̈ܬܐ ܕܚܝܝܢ ܗܐ ܡܬܚܙܐ ܠܟ.
ܥܢܢܐ ܓܝܪ ܢܗܝܪܐ ܒܗܘ ܒܪܝ ܠܠܐ ܥܠܝܗܘܢ
ܫܪܝܐ ܗܘܬ. ܥܡܘܕܐ ܢܗܝܪܐ ܒܠܠܝܐ ܠܗܘܢ
[ܡܢܗܪܐ ܗܘܬ.] ܡܝܐ [ܡܢ ܫܘܥܐ ܪܕܝܢ ܗܘܘ
ܠܗܘܢ ܘܫܬܝܢ] ܢܘܗܪܬܐ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ. ܡܢܐ
ܗܘ ܕܐܢܫܝܢ ܒܫܡܥܗ ܗܘ ܫܡܥܝܢ. ܗܢܘܢ
ܒܛܒܘܬܗ ܒܟܠ ܝܘܡ ܡܬܒܣܡܝܢ ܗܘܘ.
ܐܝܟܐ ܪܚܝܩ ܡܢܟ ܡܘܫܐ. ܕܗܐ ܐܬܘܬܗ
ܕܡܘܫܐ ܚܕܪܢ ܠܟ. ܐܘ ܡܘܬܪܗ ܕܡܘܫܐ
ܠܡܢܐ ܐܗܢܐ ܠܟ. ܐܝܟܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ ܐܝܟ ܗܢܐ
ܐܝܬ ܠܟ. ܠܒܘܫܟ ܠܐ ܒܠܐ. ܐܐܪ ܡܡܙܓܐ
ܡܢܝܚ ܠܟ. ܚܘܡܐ ܘܩܪܝܪܐ ܠܐ ܡܥܝܩܝܢ ܠܟ.
ܡܢ ܩܪ̈ܒܐ ܫܠܝܬ. ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ ܪܚܝܩ
ܐܢܬ. ܐܝܢܐ ܗܝ ܚܣܝܪܘܬܐ ܗܘܬ ܠܗܘ
ܠܐܝܣܪܝܠ ܕܠܡܘܫܐ ܢܒܥܐ ܗܘܐ. ܚܣܝܪܐ ܗܘܬ
ܠܗܘ ܕܝܢ ܚܣܝܪܘܬܐ ܕܢܓܠܘܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܠܡܘܫܐ ܒܥܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ ܒܥܠܬܗ ܕܡܘܫܐ ܠܥܓܠܐ

est ab eis Moyses ut malitia eorum interna manifestaretur; at ne erubescerent et notum fieret eos ad idola recurrisse, prius Moysen quæsierunt, deinde idola : « *Hic Moyses nescimus quid ei acciderit*[1]. » Si Deus immortalis eduxit te ex Ægypto, cur de homine inquiris cui moriendum est? Ad quid igitur tibi promisit Moyses : *Ego sum Deus tuus*[2]? An quia periit Deus tuus alium Deum quæris? Sed neque Moysen sibi fieri Deum volebant, quia Moyses audiebat, videbat, occidebat; illi autem Deum quærebant qui nec audiret, nec videret, nec occideret. Ubivis mortuus sit Moyses, quid fiet ex eo? Ecce Deus tuus vivit et vivis testimoniis conspicitur tibi. Nubes quippe lucida eo momento requiescebat supra eos : columna lucida in nocte [eos illuminabat]; aquas in rivos [e petra eductas] bibebant; quam nos fama tantum audivimus mannam illi quotidie cum delectatione gustabant. Quomodo procul a te Moyses? Ecce prodigia ejus te circumdant. Quid prodesset tibi persona Moysi quum tali rectore guberneris? Vestes tuæ usu non teruntur, aer temperatus te recreat, æstus et frigus non vexant te, a bellis desiisti, terror Ægyptiorum procul est a te. Quid Israelitis deerat, ut Moysen requirerent? Deerat illis ut suam idolatriam exterius manifestarent. Etenim non Moysen postulabant, sed prætextu Moysi vitulum inqui-

[1] *Exod.* XXXII, 1.

[2] *Exod.* XX, 5.

[illegible]

rebant. Facile ostendimus quod mens re aliqua plena, si in rationem oppositam incidat, hanc rationem ita vitiat et inflectit ut ei aperiat portam ad quod intendit.

43. O pharisæe sitiens blasphemiam, cur arbitraris Dominum non esse prophetam? Ecce res Domini prophetarum cernuntur in eo. Lacrymæ reconciliatrices annuntiant se fusas esse veluti coram Deo; oscula et suspiria testantur se Deo offenso blandiri ad condonationem stultiarum; unguentum optimum peccatricis se munus esse pœnitentiæ asseverat. Ista pharmaca obtulit peccatrix medico suo ut lacrymis ablueret maculas suas et osculis sua sanaret vulnera, atque unguento suavi malum nomen suave redderet sicut odorem unguenti. Hic est medicus qui pharmacis quæ quis affert ei iisdem eum sanat. Miranda hæc pharisæo tunc visa fuissent, nisi blasphema ea reputasset. Quid enim decernendum erat e fletu peccatricis, nisi Dominum justificare peccatores? Sin minus, statue in mente tua, o doctor stulte, cur amare fleret mulier illa in recubitu festivo et, dum illi in convivio lætabantur, ipsa lacrymis suis animi mœrorem exprimeret. Quia igitur peccatrix erat peragere ipsa debebat opera pœnitentiæ. Quod si hominum peccatorum lascivia imbuta fuit[1] . . . .

[1] Deest in codice unum folium. Forte ad illud folium pertinent ista verba quæ a Philoxeno, Mabugi episcopo, citantur ex hoc sermone in fine *Epistolæ de fide* (add. manusc. 12164, fol. 138, a): [illegible]

ܪܚܡܘܬܐ ܕܢ̈ܫܐ ܐܬܚܫܒܬ ܗܘ ܟܕ ܕܒܗܘܢ
ܠܗܘ ܕܐܡܪ ܕܠܗ ܢܒܥ . . . .
[a] . . . .
ܡܢܐ ܕܝܢ ܣܢܝܩ ܗܘܐ ܡܪܢ ܕܦܪܝܫܐ ܢܓܠܐ
ܠܗ ܕܝܢܐ ܕܥܠ ܬܪܝܢ ܚܝ̈ܒܝܢ . ܐܠܐ ܕܒܐܝܩܪܐ
ܗܢܘ ܙܥܘܪܐ ܟܕ ܐܬܐ ܒܬܪ ܪܒܘܬܐ : ܢܚܘܐ
ܕܪܒܘܬܐ ܒܬܪ ܙܥܘܪܐ ܠܐ ܐܬܐܠܨܬ . ܡܪܢ ܕܝܢ
ܟܕ ܝܕܥ ܟܣܝ̈ܬܐ ܗܘܐ . ܐܓܪ ܪܘܚܗ ܘܫܐܠܗ
ܠܫܡܥܘܢ . ܕܢܬܒܗܬܘܢ ܗܢܘܢ ܕܟܕ ܠܐ ܝܕܥܝܢ
ܠܥܓܠ ܗܘܘ ܡܣܬܪܗܒܝܢ ܘܠܐ ܠܫܐܠܬܗ .
ܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܢ ܥܕܡܐ ܕܫܡܥܬ ܬܪܥܝܬܟ
ܠܐ ܕܢܬ . ܐܝܟܢܐ ܐܢܬ ܟܕ ܠܐ ܫܡܥܬ ܡܢܝ
ܥܠܬܗ ܕܚܛܝܬܐ . ܐܬܚܪܝܬ ܒܥܓܠ . ܗܘܬ
ܕܝܢ ܗܕܐ ܠܡܠܦܢܘܬܢ . ܕܢܗܘܐ ܩܠܝܠܝܢ ܥܠ
ܠܡܒܥܝܘ . ܕܢܗܘܐ ܕܝܢ ܝܩܝܪܝܢ ܥܠ ܕܢܬܕܝܢ
ܠܡܕܢ . ܐܠܘ ܓܝܪ ܐܓܪ ܪܘܚܗ ܦܪܝܫܐ
ܗܘ . ܗܘܐ ܗܘ ܗܘ ܫܘܒܩܢܐ ܕܒܚܪܬܐ ܢܣܒܬ
ܡܢ ܡܪܢ ܚܛܝܬܐ . ܗܘ ܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗ ܟܠ
ܡܕܡ . ܡܓܪܬ ܪܘܚܐ ܡܘܗܒܐ ܗܝ ܕܝܗܒܐ
ܟܠܡܕܡ ܠܩܢܝܗ ܀

ܠܘܬ ܕܝܢ ܡܢ ܫܘܒܩܢܐ ܕܬܪܝܢ ܚܝ̈ܒܝܢ .
ܐܬܢܝܗ ܡܪܢ ܠܫܘܒܩܢܐ : ܠܗܘ ܕܟܠ
ܫܘܒܩܢܐ ܣܢܝܩ ܗܘܐ . ܫܘܒܩܢ ܚܘ̈ܒܐ
ܒܥܝܢܘܗܝ ܣܢܝܐ ܗܘܐ . ܟܕ ܓܝܪ ܚܘ̈ܒܘܗܝ
ܕܝܠܗ ܕܦܪܝܫܐ ܗܘ ܟܠ ܫܘܒܩܢܐ ܣܢܝܩܝܢ
ܗܘܘ : ܫܘܒܩܢ ܚܘ̈ܒܝܗ ܕܚܛܝܬܐ ܗܘ

. . . .
Quid autem Domino opus erat ut pharisæus ei declararet suam sententiam de duobus debitoribus? nisi ut ejus majestate illius parvitati succedente ostenderet parvitatem in majestatis sententiam non fuisse compulsam. Dominus porro occultorum cognitor longanimitate usus est et interrogavit Simonem ut confunderentur illi qui, quamvis ignari, illico reprehendunt quin prius interrogaverint. Si enim antequam audiverim tuam sententiam quemquam non judicavi, quomodo tu, cum non audisti a me causam peccatricis, illico reprehendis? Factum est autem hoc ad instructionem nostram ut veloces simus ad inquirendum, tardi autem ad judicandum[1]. Si enim patienter expectasset pharisæus, condonatio, quam tandem peccatrix a Domino obtinuit, ipsum omnia edocuisset. Patientia largiri solet omnia illis qui eam possident.

44. Per remissionem duorum debitorum ad remissionem induxit Dominus remissione indigentem pharisæum, cujus oculis remissio debitorum odibilis erat. Quamvis enim ejus debita remissione indigerent, odiosam tamen habebat remissionem debitorum peccatri-

ܡܛܠ ܕܡܣܒܪܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܠܗܢܐ ܟܝܢܐ ܕܙܩܝܦܐ .
ܕܢܦܫܗ ܠܐܠܗܘܬܐ ܕܠܐ ܟܝܢܐ ܟܕ ܬܠܐ ܗܘܬ .

Debuerunt enim agnoscere illum qui cruci se subjecerat eo usque ut vitam suam naturalem non solum læderet sed exueret et a se projiceret, multo magis se subjecisse ligno arido crucis ut dimitteret divinitatem quæ contra naturam in illo suspendebatur.

[a] Deest ut videtur unum folium.

[1] Alludit ad *Jacob.* I, 19.

cis. Quod si menti pharisæi inhæsisset remissio peccatorum, ipsi non displicuisset propter remissionem peccatorum accessisse peccatricem ad Deum, non vero ad sacerdotes qui hujusmodi peccata remittere non poterant. Illa autem peccatrix e miris Domini gestis credidit ipsum posse etiam peccata dimittere. Quippe quæ sciret eum posse maculas mentis abluere qui potest membra corporis compingere. Pharisæum autem, etsi doctorem, hæc fugiebant. Non raro enim insipientes Israelis doctores a vilibus et abjectis pudore affecti fuere, ut factum est in illo cæco cui dixerunt : « *Nos scimus quia hic homo peccator est. Ille autem dixit eis : Quomodo aperuit meos oculos? Ecce Deus peccatores non audit*[1]. » Hi sunt doctores cæci qui aliis duces facti sunt; perversum autem eorum iter a cæco correctum fuit.

45. Audite quid mirum fecit Dominus, quum putaret pharisæus ille a Domino ignorari mulierem ad ipsum accedentem peccatricem esse. Effecit Dominus labia pharisæi velut chordas citharæ labiisque illius cecinit peccata quæ ipsa, illo inscio, conterebat, et ille qui velut cognitor reprehendebat cithara fuit, in qua alter canere poterat quod noverat. Figuravit itaque Dominus debita peccatricis denariis quingentis ea-

[1] *Joan.* X, 24-31.

ܒܡܫܡܥܬܗ ܕܦܪܝܫܐ ܗܘ ܒܡܬܠܐ ܕܡܥܒܪ .
ܘܐܦܩ ܐܦܣ ܐܢܘܢ ܡܢ ܦܘܡܗ ܦܣܩ ܕܝܢܐ
ܕܢܕܥ . ܘܠܐ ܝܕܥ ܫܡܥܘܢ ܟܕ ܦܣܩ . ܕܗܠܝܢ
ܚܡܫܡܐܐ ܕܝܢ̈ܪܝܢ ܗܘܘ ܚܘ̈ܒܐ ܐܢܘܢ ܕܚܛܝܬܐ
ܗܘ . ܘܗܘ ܕܣܒܪ ܥܠ ܡܪܢ ܕܗܘܐ ܠܐ ܝܕܥ
ܗܘܐ ܠܚܘܒܝܗ̇ ܕܚܛܝܬܐ ܕܗܝ . ܐܫܬܟܚ
ܕܗܘܐ ܦܪܝܫܐ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܗܘܢ . ܟܕ
ܫܡܥ ܗܘܐ ܚܘܒܝܗ̇ ܒܡܬܠܐ . ܘܢܕܘܢ
ܒܗܘܢ ܦܣܩ ܕܝܢܐ ܒܦܘܡܗ . ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܦܫܩ
ܠܗ ܡܬܠܐ ܡܢ ܡܪܢ . ܗܝܕܝܢ ܝܕܥ ܦܪܝܫܐ
ܗܘ ܕܐܦ ܐܕܢܘܗܝ ܐܦ ܣܦܘܬܗ ܐܝܟ ܡܐܢܐ
ܗܘܝ ܠܗ ܠܡܪܢ . ܕܒܗܘܢ ܢܙܡܪ ܠܬܫܒܘܚܬܐ
ܕܝܕܥܬܗ . ܗܘ ܓܝܪ ܦܪܝܫܐ ܗܘܐ ܚܒܪܗܘܢ
ܗܘܐ ܕܣܦܪ̈ܐ . ܗܢܘܢ ܕܐܦܩ ܕܝܢܗܘܢ ܒܗ ܗܘ
ܒܦܘܡܗܘܢ ܢܦܩܗ ܗܘܐ ܡܪܢ ܠܗܘܢ .
ܡܢܐ ܠܡ ܓܝܪ ܢܥܒܕ ܡܪܐ ܟܪܡܐ ܠܗܢܘܢ
ܦ̈ܠܚܐ . ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܥܠ ܢܦܫܗܘܢ .
ܕܒܝܫ ܒܝܫ ܢܘܒܕ ܐܢܘܢ ܘܢܘܚܕ ܟܪܡܐ
ܠܦ̈ܠܚܐ . ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܢܬܠܘܢ ܠܗ ܐܒܐ ܒܙܒܢܗ .
ܗܕܐ ܗܝ ܐܠܗܘܬܐ ܕܟܠ ܦܬܝܚ ܠܗ .
ܒܦ̈ܘܡܐ ܕܓܕܦܘ ܒܗ . ܒܗܘܢ ܗܘ ܒܦ̈ܘܡܐ
ܗܢܘܢ ܡܦܩ ܐܦܘܦܣܝܣ ܠܗܘܢ ܕܥܠܝܗܘܢ
ܒܦ̈ܘܡܐ ܗܢܘܢ ❖

ܫܘܒܚܐ ܕܝܢ ܠܗܘ ܟܣܝܐ ܕܠܒܫ ܓܘܫܡܐ .
ܕܢܫܟܚܘܢ ܚܛܝ̈ܐ ܠܡܬܩܪܒܘ ܠܗ . ܠܐ ܕܝܢ ܒܥܛ
ܡܪܢ ܠܚܛܝܬܐ ܐܝܟ ܕܣܒܪ ܗܘܐ ܦܪܝܫܐ .
ܡܛܠ ܕܟܠܗ ܕܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܐ ܗܘ ܕܐܢܫ
ܠܐ ܡܛܐ ܠܗ . ܕܢܡܛܘܢ ܠܗ ܡܟܣܐ ܙܥܘܪ̈ܐ
ܐܝܟ ܙܟܝ . ܘܟܝܢܗ ܕܠܒܫ ܦܓܪܐ ܟܝܢܐ ܗܘ
ܕܠܐ ܡܬܕܪܟ . ܡܛܠ ܕܢܚܬܘܢ ܬ̈ܚܘܬܗ ܟܠ

que per parabolam transmisit ad aures pharisæi, ab ejus ore sententiam eliciens. Nesciebat porro Simon, dum sententiam ferebat, quingenta illa talenta designare debita peccatricis; qui igitur putabat Dominum ignorare peccata mulieris inventus est ea nota non habere, quum audiret in parabola debita ejus et de iis proprio ore sententiam ferret. Interpretata denique a Domino parabola, tunc intellexit pharisæus suas aures suaque labia instrumenta fuisse Domino quibus caneret suæ scientiæ laudes. Erat quippe pharisæus iste socius eorum scribarum de quibus Dominus proprio eorum ore sententiam tulit : *Quid faciet Dominus vineæ agricolis illis?* Aiunt illi de seipsis : *pessime perdet eos, et vineam locabit agricolis qui fructum afferant ei in tempore suo*[1]. Deus cui omnia pervia sunt ipsis oribus, quibus blasphematus fuit, utitur ut contra ea sententiam ferat.

46. Gloria autem abscondito illi, qui aspectabilem induit formam ut possent peccatores ad ipsum accedere! Non repulit Dominus peccatricem, ut arbitrabatur pharisæus, quia prorsus descendit ex altitudine illa ad quam homo attingere nequit, ut cum attingere possent publicani pusilli, qualis fuit Zachæus, quia natura quæ

[1] *Matth.* XXI, 40-41.

ܢܫܩܘܢ ܐܝܟ ܚܛܝܬܐ . ܓܘܡܪܬܐ ܓܝܪ ܩܕܝܫܬܐ
ܐܬܛܫܝܬ ܒܓܘ ܠܒܘܫܐ ܕܒܣܪܐ . ܘܩܪܒܬ
ܠܘܬ ܣܦ̈ܘܬ ܛܢ̈ܦܬܐ ܘܩܕܫܬ ܐܢܝܢ . ܪ̈ܓܠܘܗܝ
ܗܟܝܠ ܙܥܩ ܠܕ̈ܡܥܐ . ܗܘ ܕܐܬܚܫܒ ܕܒܟܪܣܗ
ܢܓܝܕ ܠܡܫܪܘܬܐ . ܗܘܐ ܐܣܝܐ ܛܒܐ ܕܢܦܩ ܕܢܬܚܠܛ
ܠܘܬ ܚܛܝܬܐ . ܗܝ ܕܒܗ ܪܥܝܢܗ ܡܚܫܒܐ
ܗܘܬ ܒܥܠܘܗܝ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܡܪܢ
ܡܫܚܐ ܗܘܬ ܘܠܐ ܪܫܗ . ܐܢܬܬܐ ܕܐܝܟ ܥܦܪܐ
ܡܢ ܟܠ ܡܬܕܝܫܐ ܗܘܬ . ܕܫܘܗ ܗܘܘ ܓܝܪ
ܦܪ̈ܝܫܐ ܗܢܘܢ ܕܡܙܕܕܩܝܢ ܗܘܘ ܢܦܫܗܘܢ ܘܫܐܛܝܢ
ܠܟܠ ܐܢܫ . ܚܣܗ ܕܝܢ ܡܪܚܡܢܐ . ܗܘ
ܕܦܓܪܗ ܕܟܝܐ ܩܕܫ ܛܢܦܘܬܗ ✣

ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܐܫܕ ܥܠ ܪܫܗ ܕܡܪܢ ܡܫܚܐ .
ܐܪܙܐ ܡܢܬܐ ܛܒܬܐ ܕܓܒܬ ܠܗ . ܐܬܚܙܝ ܕܝܢ
ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܡܕܡ ܕܓܒܐ ܪܥܝܢܗ . ܟܕ ܡܪܬܐ
ܥܢܝܐ ܗܘܬ ܒܬܫܡܫܬܐ . ܗܝ ܡܪܝܡ ܕܐܬܟܦܢܬ
ܗܘ ܪܘܚܢܐܝܬ ܣܒܥܐ ܗܘܬ . ܡܢ ܗܘ ܕܐܦ
ܦܓܪ̈ܢܝܬܐ ܗܘܐ ܡܣܒܥ ܠܢ . ܒܣܡܬܗ
ܘܟܠܗ ܡܪܝܡ ܒܡܫܚܐ ܛܒܐ : ܐܝܟ ܕܒܣܡܗ
ܗܘ ܒܡܠܦܢܘܬܗ ܛܒܬܐ . ܡܪܝܡ ܒܡܫܚܐ
ܚܘܬ ܐܪܙܐ ܕܡܝܘܬܗ ܕܗܘ ܕܐܡܝܬ ܒܡܠܦܢܘܬܗ
ܪܓܬܗ ܕܒܣܪܐ . ܚܛܝܬܐ ܕܝܢ ܒܢܚܠܐ ܕܕܡ̈ܥܐ
ܕܪ̈ܘܝܐ ܡܫܩܝܐ ܢܩܦܬ ܡܢ ܠܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ

attrectari nequit corpus induit, ut non peccatricis tantum sed omnium labia pedes ejus osculari possent. Sanctus quippe carbo[1] occultavit se sub indumento carnis, accessit ad labia impura et sanctificavit ea. Pedes igitur illius lacrymas excierunt. Qui ventre ad convivium attractus existimabatur bonus est medicus egressus ut se conferret ad peccatricem quæ eum mente quærebat; pedes Domini, non caput, ungebat illa mulier, ut pulvis conculcata. Conculcaverant quippe illam pharisæi, qui seipsos justos declarabant, ceteros vero despiciebant Illi autem condonavit Misericors cujus purum corpus sanctificavit immunditiam ejus.

47. Maria autem unxit caput Domini in symbolum partis potioris quam elegit[2]. Manifestavit Christus quid mens Mariæ elegerat. Dum Martha satagebat circa frequens ministerium, Maria esuriebat spiritualiter satiari ab eo qui etiam cibis corporeis nos satiat. Recreavit igitur Maria Christum unguento optimo, ut ipse eam optima doctrina recreaverat. Maria unguento ostendit mysterium mortalitatis illius qui doctrina sua mortificavit carnis concupiscentiam. Peccatrix torrente lacrymarum irrigans pedes Domini cum

[1] ܓܘܡܪܬܐ *Carbo*. Alludit ad carbonem ardentem, quo unus de Seraphim purificavit labia Isaiæ prophetæ (*Is*. VI, 7). S. Doctor ad hunc Isaiæ locum hæc habet in Commentario (*Opp. Syr*. II, 30) : « ܓܘܡܪܬܐ ܠܥܡܢܘܐܝܠ ܪܡܙܐ . ܕܒܦܓܪܢ ܕܗܢܘ ܐܝܟ ܕܒܡܠܩܛܐ ܐܬܠܒܟ ܟܕ ܐܬܚܝܕ . Carbo Emmanuelem significat, qui in corpore nostro sicut in forcipe apprehensus est quando corpori se univit. » Hinc in libris Syrorum liturgicis post consecrationem particula corporis Christi ܓܘܡܪܬܐ vocatur. Fusius de hac re agendum nobis erit ad *Sermonem pro feria quinta hebdomadis passionis*.

[2] *Matth*. XXVI, 7; *Luc*. X, 42.

ܒܦܪܗܣܝܐ ܐܬܬܓܪܬ . ܘܦܘ ܕܐܘܦܝ ܗܘܐ
ܕܝܠܗ . ܚܘܠܡܢܐ ܡܢ ܣܦܪܐ ܕܡܬܛܠܬܗ ܓܢܒܬ .
ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܒܓܠܝܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܢܣܒܬ ܛܘܒܐ .
ܐܓܪܐ ܕܫܘܦܥ ܡܫܚܗ ܕܒܪܫܗ . ܐܫܦܥܬ
ܓܝܪ ܒܪܫܗ ܡܫܚܐ ܛܒܐ . ܘܩܢܬ ܡܢ
ܦܘܡܗ ܫܘܘܕܝܐ ܠܡܝܬܪܐ . ܗܢܐ ܡܫܚܐ ܕܐܬܐܫܕ
ܠܥܠ . ܘܝܗܒ ܦܐܪܐ ܠܬܚܬ . ܐܫܕܬܗ ܓܝܪ
ܒܪܫܗ . ܘܚܨܕܬ ܦܐܪܗ ܡܢ ܒܣܦܘܬܐ .
ܢܗܘܐ ܠܗ ܠܗ ܓܝܪ ܫܡܐ ܗܢܐ ܘܥܘܗܕܢܐ .
ܒܟܠ ܐܬܪ ܕܡܬܟܪܙ ܣܒܪܬܝ . ܡܕܡ ܗܟܝܠ
ܕܢܣܒܬ ܡܪܝܡ : ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܥܒܪ ܒܟܠ
ܕܪ̈ܝܢ . ܘܠܐ ܡܟܝܢ ܠܡܬܟܠܝܘ ܒܟܠ ܕܪ̈ܝܢ .
ܡܫܚܐ ܓܝܪ ܕܐܫܬܕ ܗܘ ܒܪܫܗ . ܡܕܡ
ܠܟܠܗܘܢ ܡܣܡܟܢܐ ܦܐܚ ܗܘܐ ܘܡܒܣܡ ܠܗ .
ܗܟܢܐ ܐܦ ܫܡܐ ܛܒܐ ܕܝܗܒ ܠܗ ܗܘ .
ܒܟܠ ܕܪ̈ܝܢ ܥܒܪ ܥܡ ܬܫܒܘܚܬܗ . ܐܝܟܢܐ
ܕܟܠ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܣܡܟܐ ܐܪܓܫܘ
ܒܡܫܚܗ . ܗܟܢܐ ܕܟܠ ܕܥܠܝܢ ܠܥܠܡܐ ܡܪܓܫܝܢ
ܒܙܟܘܬܗ . ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܝܟ ܡܘܙܦܐ ܕܬܪܒܝܬܗ ܒܟܠ
ܕܪ̈ܝܢ ܡܬܬܒܥܐ ܀

ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܟܗܢܐ ܟܕ ܩܒܠܗ ܥܠ ܕܪ̈ܥܘܗܝ
ܕܢܩܪܒܝܘܗܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ . ܚܙܐ ܘܐܣܬܟܠ ܕܠܐ
ܗܘܐ ܗܘ ܡܩܪܒ ܠܗ . ܐܠܐ ܗܘܐ ܡܬܩܪܒ
ܗܘܐ . ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܪܐ ܡܬܩܪܒ ܒܝܕ
ܥܒܕܐ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ . ܐܠܐ ܥܒܕܐ ܡܬܩܪܒ
ܒܝܕ ܒܪܐ ܠܘܬ ܡܪܗ . ܠܐ ܓܝܪ ܘܠܐ ܗܘܐ

fiducia remissionem debitorum suorum lucrata est; Hemorrhoissa sanitatem ab extremitate pallii ejus surripuit; Maria autem palam ex ore ejus accepit beatitudinem, mercedem effusionis unguenti in caput ejus. Effudit quippe in caput ejus unguentum optimum et obtinuit ex ore ejus promissionem præclaram. Hoc unguentum superius effusum fructus protulit inferius. Maria illud effudit in caput et a labiis collegit fructum : « *Hoc quippe erit ei nomen et memoria ubicumque annunciatum fuerit meum Evangelium*[1]. » Quod igitur Maria accepit a Domino transire poterit in omnes generationes quin unquam impediatur. Quemadmodum unguentum in caput Domini effusum omnes adstantes suavi affecit odore Christumque recreavit; sic nomen bonum ab eo Mariæ datum cum ejus laude transibit in omnes generationes. Sicut omnes qui recumbebant unguentum perceperunt, sic omnes qui in mundum ingredientur advertent Mariæ triumphum. Est enim velut mutuum cujus fenus per omnes generationes exigitur.

Simeon accipit Christum in ulnas suas.

48. Simeon autem Sacerdos quum accepisset Christum in ulnas suas ut sisteret eum Domino, viso eo, intellexit se non offerre sed offerri, neque enim Filius Patri suo per servum, sed servus per Filium Domino suo erat offerendus. Impossibile siquidem erat ut per

[1] *Matth*. XXVI, 13. Differt a versione simplici.

ܟܕ ܐܚܪܢ ܠܡܩܪܒ. ܗܘ ܕܒܗ ܗܘ ܡܬܩܪܒ
ܟܠ ܩܘܪܒܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܩܘܪܒܢܐ ܡܩܪܒ
ܠܡܩܪܒܢܗ. ܐܠܐ ܒܡܩܪܒܢܗ ܡܬܩܪܒ
ܩܘܪܒܢܐ. ܡܩܒܠܢ ܩܘܪܒܢܐ ܗܘ ܝܗܒ
ܢܦܫܗ ܕܡܢ ܐܚܪܝܢ ܢܬܩܪܒ ܕܟܕ ܡܩܪܒܝܢ
ܠܗ ܢܬܩܪܒܘܢ ܒܗ ܡܩܪܒܢܘܗܝ. ܐܝܟܢܐ
ܓܝܪ ܕܝܗܒ ܦܓܪܗ ܕܢܬܐܟܠ ܕܟܕ ܡܬܐܟܠ
ܢܚܐ ܠܐܟܘܠܘܗܝ. ܗܟܢܐ ܝܗܒ ܢܦܫܗ
ܕܢܬܩܪܒ. ܘܢܬܩܕܫܘܢ ܒܙܩܝܦܗ ܐܝܕܝܐ
ܕܡܩܪܒܢܘܗܝ. ܐܦ ܗܟܝܠ ܕܪܥܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ
ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܘ ܕܠܒܪܐ ܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ
ܡܠܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ ܡܣܗܕܝܢ ܗܘܘ.
ܕܗܘܝܘ ܒܗ ܒܒܪܐ ܡܬܩܪܒ ܗܘܐ. ܡܛܠ
ܗܕܐ ܠܢ ܚܪܝܢܐ ܠܐ ܕܢܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܣܟܪܘ
ܠܚܪܝܢܐ ܗܢܘܢ ܕܐܬܐܡܪ. ܗܫܐ ܫܪܐ ܠܗ ܠܥܒܕ
ܠܥܒܕܟ ܡܪܝ ܒܫܠܡܐ[1]. ܡܢ ܕܝܢ ܕܒܫܠܡܐ
ܡܫܬܪܐ ܕܢܐܙܠ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܐܝܟ ܩܘܪܒܢܐ
ܗܘ ܡܬܩܪܒ ܠܐܠܗܐ. ܕܢܚܘܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܡܢ
ܡܢ ܡܬܩܪܒ. ܐܡܪ ܕܗܐ ܚܙܝ ܥܝܢܝ ܚܢܢܟ.
ܐܠܐ ܗܘܐ ܛܝܒܘܬܐ ܐܬܝܗܒܬ ܠܗ. ܐܝܟܢܐ
ܡܘܕܐ ܗܘܐ. ܫܦܝܪ ܕܝܢ ܐܘܕܝ ܕܫܘܐ ܕܢܩܒܠܝܘܗܝ
ܥܠ ܕܪܥܘܗܝ. ܠܡܢ ܕܡܠܐܟܐ ܘܢܒܝܐ
ܕܢܚܙܘܢܝܗܝ ܚܙܝܐ ܡܬܪܓܪܓܝܢ ܗܘܘ. ܗܐ
ܠܗܝ ܚܙܝ ܥܝܢܝ ܚܢܢܟ. ܢܕܥ ܗܟܝܠ
ܘܚܙܝܐ. ܚܢܢܐ ܗܘܐ ܚܢܢ. ܠܐܚܪܢ. ܐܘ
ܗܘܐ ܡܬܚܢܢ ܡܢ ܐܚܪܢ. ܐܢ ܕܝܢ ܗܘܝܘ
ܚܢܢܐ ܚܢܢ ܠܟܠ ܡܫܦܪ ܩܪܝܗ ܫܡܥܘܢ
ܠܡܪܢ ܚܢܢܐ ܕܚܢܗ. ܘܗܘ ܫܪܐ ܐܣܘܪܗ

alium offerretur ille per quem omnis oblatio offertur. Oblatio quippe non offert oblatorem sed per oblatorem offertur Deo. Oblationum igitur acceptor dedit semetipsum ab altero offerendum ut qui eum offerebant per eum offerentur. Etenim sicut dedit corpus suum manducandum ut dum manducaretur manducantes vivificaret, sic tradidit semetipsum in oblationem ut sanctificarentur per ejus crucem manus ejus oblatorum. Etsi igitur ulnæ Simeonis Filium offerre videbantur, verba Simeonis testabantur ipsum per Filium offerri. De hac re nulla nobis disceptatio est habenda; omnem enim disceptationem præcluserunt quæ dicta sunt : « *Nunc dimittis servum tuum, in pace*[1]. » Qui autem in pace dimittitur ad Deum, velut oblatio offertur Deo. Porro, ut indicaret per quem offerretur dixit : « *Ecce oculi mei vident Miseratorem tuum*[2]. » Si nulla ei collata est gratia, quomodo eam confitetur? Recte tamen confessus est se dignum fuisse ut in ulnas acciperet quem angeli et prophetæ videre desiderabant. « *Ecce oculi mei vident Miseratorem tuum.* » Intelligamus et videamus : præstatne Miserator ille misericordiam alteri. aut ab altero misericordiam consequitur? Si autem ipse est Miserator omnibus misericordiam præstans, recte Simeon Miseratoris nomine appellavit Dominum qui illius misertus est, qui eum solvit

[1] *Luc.* II, 29.

[2] *Luc.* II, 30 juxta versionem simplicem.

[illegible]

ab illecebris hujus mundi ut pergeret ad delicias paradisi, juxta quod sacerdos ipse dixit et testatus est se scilicet in oblationem oblatum Deo ut ex hoc mundo perituro transferretur et reponeretur in thesauro permansuro. Qui perire potest omnem adhibere debet curam ut servetur. Dominus autem noster nulla ratione perire poterat, e contra perditi per eum inveniebantur. Per Filium ergo qui perire non poterat oblatus est servus qui valde sollicitus erat ne periret. « *Ecce oculi mei vident Miseratorem tuum.* » Manifestum est Simeonem misericordiam consecutum esse a puero quem portabat. Accepit occulte pacem a puero palam in ulnis accepto. Qui gloriosus erat etiam quum pusillus et humilis portaretur, ipse suum bajulum exaltavit.

[illegible]

49. Quum Simeon valuerit in ulnis debilibus portare majestatem illam quam creaturæ ferre non valent, evidens est ejus infirmitatem a virtute per illum bajulata roboratam fuisse. Eo enim momento et Simeon et creaturæ omnes occulte sustentabantur ab omnipotente filii virtute. Hoc autem mirum : in manifesto confortatus confortantem portabat, in secreto autem ipsa virtus sustentantem se sustinebat. Suprema majestas dimisit se ne deficerent qui eam portabant, hoc autem factum est ut quantum se divina majestas ad nostram parvitatem inclinavit ,

[Syriac text]

tantum noster amor ab omnibus nostris concupiscentiis ad divinam majestatem se erigeret.

50. Pariter navim quæ Dominum portabat ipse sustinebat et ventum procellosum ab ea arcebat dicens : « *Quiesce, occlusus sis*[1]. » Dum ipse erat in mare brachium extendebat usque in abyssum ut procella occluderetur. Navicula hominem portabat, divina autem ejus potentia naviculam et omnia in illa inclusa sustinebat. Ut autem ostenderet suam humanitatem nequaquam indigere navicula aut asseribus quos conjungit et figit faber, ipse tanquam architectus creaturarum, aquas induravit, coagulavit, pedibusque calcavit. Roborabat Dominus brachia Simeonis sacerdotis ut in templum deferret virtutem omnia sustinentem, quemadmodum roboravit pedes Simeonis apostoli ut super aquas staret. Idem itaque nomen[2] puerum in templo portavit et a puero in mare sustentum fuit ut demonstraretur illum non indigere ut in terra sustineretur qui in mare mergendum sustinebat. Sustinuit autem Dominus manifeste Simonem in mare, ut doceret Simeonem ab ipso in terra sustineri occulte.

51. Venit itaque Filius ad servum, non ut Filius per servum offerretur, sed ut servus per Filium Domino suo exhiberet sacer-

[1] *Marc.* IV, 39.

[2] Syriace Simeon et Simon idem est nomen ܫܡܥܘܢ, quod attendendum est ut intelligantur quæ hic habet S. Doctor.

ܠܟܘܗܢܘܬܗ. ܢܒܝܘܬܐ ܓܝܪ ܘܟܗܢܘܬܐ ܕܐܫܬܠܡܬ
ܗܘܬ ܡܢ ܡܘܫܐ ܆ ܐܫܬܠܡ ܗܘܬ ܘܥܒܪܬ
ܠܘܬ ܫܡܥܘܢ ܀ ܠܫܡܥܘܢ. ܡܐܢܐ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܕܟܝܐ. ܘܩܕܫ ܢܦܫܗ ܫܡܥܘܢ ܐܝܟ ܡܘܫܐ
ܠܬܪܬܝܗܝܢ. ܘܗܠܝܢ ܐܝܟ ܡܐܢܐ ܙܥܘܪܐ ܕܡܩܒܠܝܢ
ܠܡܘܗܒܬܐ ܪܘܪܒܬܐ. ܘܗܠܝܢ ܡܘܗܒܬܐ
ܕܡܩܒܠ ܠܗܝܢ ܚܕ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܗܝܢ ܀ ܘܠܐ
ܡܫܟܚܝܢ ܠܗܝܢ ܣܓܝܐܐ ܡܛܠ ܪܒܘܬܗܝܢ.
ܩܪܒ ܗܟܝܠ ܫܡܥܘܢ ܠܡܪܢ ܀ ܘܩܪܒ ܐܝܟ
ܕܒܗ ܠܬܪܬܝܗܝܢ. ܕܗܘ ܡܕܡ ܕܐܫܬܠܡ ܠܡܘܫܐ
ܒܡܕܒܪܐ ܀ ܢܬܩܒܠ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܒܗܝܟܠܐ.
ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܩܪܒ ܗܘ ܡܐܢܐ ܕܥܡܪ ܒܗ
ܟܠܗ ܡܫܡܠܝܐ ܕܝܢ ܡܪܢ ܢܗܘܐ ܠܗ ܫܡܥܘܢ
ܡܕܡ ܠܒܪܐ ܀ ܢܣܒ ܐܝܟ ܒܗ ܠܬܪܬܝܗܝܢ.
ܟܗܢܘܬܐ ܡܢ ܐܝܕܘܗܝ ܘܢܒܝܘܬܐ ܡܢ ܣܦܘܬܗ.
ܟܗܢܘܬܐ ܕܝܢ ܟܠܗ ܐܝܕܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ ܐܟܘܬܐ
ܗܘܬ ܡܛܠ ܕܟܝܘܬܐ. ܢܒܝܘܬܐ ܕܝܢ ܒܣܦܘܬܐ
ܗܘ ܠܗ ܡܫܟܢܘܬܐ ܥܡܪܐ ܗܘܬ ܡܛܠ ܓܠܝܢܐ.
ܟܕ ܚܙܝ ܗܟܝܠ ܠܬܪܬܝܗܝܢ ܠܡܪܐ ܕܬܪܬܝܗܝܢ ܀
ܐܬܟܢܫܝ ܬܪܬܝܗܝܢ ܒܚܕܐ ܀ ܘܐܬܐܫܕ ܒܡܐܢܐ
ܗܘ ܕܡܫܟܚ ܠܬܪܬܝܗܝܢ. ܕܢܠܒܫ ܟܗܢܘܬܐ
ܘܡܠܟܘܬܐ ܘܢܒܝܘܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܥܘܠܐ
ܕܟܪܝܟ ܗܘܐ ܒܥܙܪܘܪܐ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܗ ܀
ܐܬܥܛܦ ܗܘܐ ܠܗ ܟܗܢܘܬܐ ܘܢܒܝܘܬܐ
ܡܛܠ ܪܒܘܬܗ. ܠܒܫܗ ܗܘܐ ܓܝܪ ܫܡܥܘܢ
ܠܗܘܢ ܘܝܗܒܗ ܗܘܐ ܠܐܡܗ ܕܟܪܟܬܗ ܗܘܬ
ܒܥܙܪܘܪܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܝܗܒܗ ܠܐܡܗ. ܝܗܒܗ
ܗܘܐ ܥܡܗ ܟܗܢܘܬܐ. ܘܟܕ ܡܢܒܐ ܗܘܐ ܗܘܐ

dotis prophetæque ministerium ipsi commendatum. Prophetia quippe ac sacerdotium a Moyse tradita transmissa fuere Simeoni. Vas mundum Simeon sanctificavit semetipsum ut utrique ministerio idoneus fieret sicut Moyses. Simeon et Moyses vasa parva recipiendis magnis donis idonea. Ista dona ratione beneficii quod præstant unus ea possidere potest, ratione vero magnitudinis nequidem plures ea complecti possunt. Obtulit igitur Simeon Dominum, et duo illa dona ad eum accesserunt; ita ut quod Moysi traditum fuerat in deserto a Simeone susciperetur in templo. Dum autem Simeon coram Deo obtulit, illud vas in quo habitavit omnis plenitudo, nempe Dominum, effudit in eum duo illa dona et manibus quidem sacerdotium, labiis vero prophetiam. Sacerdotium tamen perseveravit in manibus Simeonis propter purificationes, prophetia vero in labiis ejus permansit propter revelationes. Quum igitur utrumque donum, prophetia scilicet et sacerdotium, respexissent suum Dominum univerunt se invicem et effuderunt se in vase capace quod contineret sacerdotium et regnum et prophetiam. Ille igitur infans qui pannis involvebatur propter beneficentiam suam, sacerdotio et prophetia indutus est propter suam magnitudinem. Hisce vestivit illum Simeon deditque matri quæ eum pannis involverat. Tradens quippe illum matri simul sacerdotium tradidit,

ܟܕ ܥܠܘܗܝ : ܕܗܢܐ ܣܝܡ ܠܡܦܘܠܬܐ
ܘܠܩܝܡܬܐ . ܫܘܕܪܗ ܗܘ ܐܦ ܠܢܒܝܘܬܐ ܀

ܗܝܕܝܢ ܢܣܒܬܗ ܡܪܝܡ ܠܒܘܟܪܗ ܘܢܦܩܬ .
ܟܕ ܒܥܙܪܘܪܐ ܡܟܪܟܐ ܗܘܐ ܠܒܪܝܬ :
ܘܒܢܒܝܘܬܐ ܘܒܟܘܡܪܘܬܐ ܡܟܪܟܐ ܗܘܐ ܗܘܐ
ܘܐܙܠܬ . ܡܕܡ ܗܟܝܠ ܕܐܬܝܗܒ ܗܘܐ ܗܘܐ ܡܢ
ܡܘܫܐ . ܐܬܩܒܠ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܗܘ ܕܝܢ
ܘܐܬܩܝܡ ܠܘܬ ܡܪܐ ܕܬܪܬܝܗܝܢ . ܪܒ ܒܝܬܐ
ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܘܓܙܒܪܐ ܐܚܪܝܐ . ܐܫܠܡܘ
ܩܠܝܕܐ ܕܟܘܡܪܘܬܐ ܘܢܒܝܘܬܐ ܠܪܫܐ ܕܫܠܝܛ
ܥܠ ܓܙܐ ܕܬܪܬܝܗܝܢ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܗܘܐ
ܒܡܫܘܚܬܐ ܝܗܒ ܠܗ ܐܒܘܗܝ ܪܘܚܐ . ܡܛܠ
ܕܒܫܘܠܛܢܗ ܢܬܠ ܕܪܘܚܐ . ܐܝܟ ܕܢܚܘܐ ܐܝܟ .
ܘܡܪܢ ܗܘ ܕܢܣܒ ܐܝܟ ܩܠܝܕܐ ܡܢ ܩܕܡ
ܬܚܬ ܩܕܝܡܐ ܐܡܪ ܠܫܡܥܘܢ ܠܟ ܐܬܠ ܩܠܝܕܐ
ܕܬܪ̈ܥܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܐܚܪ̈ܢܐ .
ܐܠܘ ܠܐ ܡܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܢܣܒ ܐܝܟ ܩܠܝܕܐ ܗܠܝܢ
ܕܢܣܒ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܟܗܢܐ . ܝܗܒ ܐܢܝܢ
ܠܫܡܥܘܢ ܐܚܪܢܐ ܫܠܝܚܐ . ܕܐܢ ܠܐ ܢܫܡܥܘܢ
ܥܡܐ ܠܫܡܥܘܢ ܩܕܡܝܐ ܆ ܢܫܡܥܘܢܝܗܝ ܥܡ̈ܡܐ
ܠܫܡܥܘܢ ܐܚܪܝܐ ܀

ܟܕ ܡܛܠ ܕܐܦ ܝܘܚܢܢ ܓܙܒܪܐ ܗܘܐ ܗܘܐ
ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ . ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܡܕܒܪܢ ܕܒܝܬܐ
ܥܡܗ ܕܢܣܒ ܐܝܟ ܡܢܗ ܩܠܝܕܐ ܕܒܝܬ
ܚܘܣܝܐ . ܝܘܚܢܢ ܒܡ̈ܝܐ ܦܫܝ̈ܛܐ ܟܘܬܡ̈ܐ
ܕܚ̈ܛܗܐ ܡܚܘܪ ܗܘܐ . ܕܢܫܬܘܘܢ ܗܘܘ
ܦܓ̈ܪܐ ܠܐܣܛܠܐ ܕܪܘܚܐ ܕܡܢ ܡܪܢ ܡܬܝܗܒܐ .
ܡܛܠ ܗܟܝܠ ܕܪܘܚܐ ܠܘܬ ܒܪܐ ܗܘܬ . ܐܬܐ

et prophetans de eo : « *Hic erit in ruinam et resurrectionem*[1], » simul prophetiam transmisit.

52. Tunc accepit Maria suum primogenitum exterius quidem pannis, interius vero prophetia et sacerdotio involutum, et abiit. Quod igitur a Moyse traditum fuerat et a Simeone acceptum remansit in possessione Domini utriusque doni. OEconomus prior et thesaurarius posterior tradiderunt claves sacerdotii et prophetiæ præfecto utriusque istius thesauri. Idcirco Pater ejus absque mensura dedit ei spiritum ut pro potestate sibi facta charismata spiritualia largiretur. Ut autem ostenderet Dominus se claves accepisse a præcedentibus œconomis dixit Simoni : « *Tibi dabo claves portarum*[2]. » Quomodo autem tradidisset eas si ipse non accepisset? Claves itaque a Simeone sacerdote acceptas alteri Simeoni[3], apostolo scilicet, tradidit, ut si non audierit populus priorem Simeonem, audiant populi Simeonem posteriorem.

53. Quum esset Joannes thesauri baptismi custos, venit ad eum præpositus domus ut ab eo claves domus propitiationis acciperet. Joannes mera aqua maculas delictorum abluebat ut digna fierent corpora quæ stolam spiritualem a Domino datam susciperent. Impulsus itaque ab adstante sibi

[1] *Luc.* II, 34.
[2] *Matth.* XVI, 19.
[3] Simeon et Simon, ut mox diximus, nonnisi unum idemque nomen ܫܡܥܘܢ constituunt apud Syros.

ܠܘܬ ܝܘܚܢܢ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ.
ܕܢܚܠܛ ܒܡܝܐ ܡܬܚܙܝܢܐ ܪܘܚܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܐ.
ܕܐܝܠܝܢ ܕܪܓܝܫܝܢ ܦܓܪܝܗܘܢ ܒܪܛܝܒܘܬܐ
ܕܡܝ̈ܐ. ܢܪܓܫܘܢ ܪ̈ܥܝܢܝܗܘܢ ܒܡܘܗܒܬܐ
ܕܪܘܚܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܪܓܫ ܦܓܪ̈ܐ ܡܬܪ̈ܣܝܢ
ܒܡܝ̈ܐ ܕܠܒܪ ܡܢܗܘܢ. ܢܪܓܫܘܢ ܐܦ
ܪ̈ܥܝܢܐ ܒܪܘܚܐ ܕܠܓܘ ܡܢܗܘܢ. ܐܝܟܢܐ
ܗܟܝܠ ܕܨܒܥ ܡܪܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ: ܐܠܒܫ
ܡܩܒܠܬܗ ܠܒܫܗ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ
ܐܬܩܪܒ ܒܗܝܟܠܐ ܠܒܫܗ ܘܢܦܩ ܠܢܒܝܘܬܐ
ܘܠܟܗܢܘܬܐ. ܟܕ ܛܥܝܢ ܕܟܝܘܬܗ ܕܟܗܢܘܬܐ
ܥܠ ܗܕ̈ܡܘܗܝ ܕܟܝ̈ܐ ܘܡܠܝ̈ܐ ܗܘܬ ܡܠܒܝܬܗ
ܕܢܒܝܘܬܐ ܒܐܕܢ̈ܘܗܝ ܐܠܗܝ̈ܬܐ. ܟܕ ܓܝܪ
ܡܩܕܫ ܗܘܐ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܠܦܓܪܗ ܕܛܠܝܐ
ܡܩܕܫ ܟܠ: ܩܒܠܗ ܦܓܪܐ ܗܘ ܠܟܗܢܘܬܐ
ܒܩܘܕܫܗ. ܘܟܕ ܡܬܢܒܐ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܫܡܥܘܢ
ܥܠܠ ܡܢܗ. ܐܪܡܝܬ ܠܗ ܢܒܝܘܬܐ ܠܡܫܡܥܬܗ
ܕܛܠܝܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܝܘܚܢܢ ܒܓܘ ܟܪܣܐ ܪܨ
ܘܐܪܘܨ ܒܩܠܗ ܕܐܡܗ ܕܡܪܢ: ܟܡܐ ܝܬܝܪ
ܫܡܥܗ ܗܘܐ ܡܪܢ ܒܗܝܟܠܐ. ܕܗܐ ܝܘܚܢܢ
ܡܛܠܬܗ ܗܘ ܡܨܐ ܕܢܫܡܥ ܒܟܪܣܐ ✣

ܚܕܐ ܚܕܐ ܗܟܝܠ ܡܢܗܘܢ ܕܡܘܗܒ̈ܬܐ ܕܢܛܝܪܢ
ܗܘܝ ܠܗ ܠܒܪܐ. ܡܢ ܐܝܠܢܗܘܢ ܫܪܝܪܐ ܩܛܦ
ܐܢܝܢ. ܢܣܒ ܓܝܪ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܢ ܝܘܪܕܢܢ:
ܐܦ ܝܘܚܢܢ ܡܢ ܒܬܪܗ ܥܡܕ ܡܥܡܕ ܗܘܐ.
ܢܣܒ ܟܗܢܘܬܐ ܡܢ ܗܝܟܠܐ. ܐܦ ܚܢܢ ܪܝܫ
ܟܗ̈ܢܐ ܡܫܡܫ ܗܘܐ ܒܗ̇. ܢܣܒ ܠܗ̇ ܥܠ
ܢܒܝܘܬܐ ܕܒܟܐܢ̈ܐ ܡܫܠܡܐ ܗܘܬ. ܐܦ
ܩܝܦܐ ܒܗ̇ ܟܠܝܠܐ ܕܡܘܝܩܐ ܓܕܠ ܠܗ.
ܢܣܒ ܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ. ܐܦ
ܗܪܘܕܘܣ ܢܘܟܪܝܐ ܕܡܠܟܐ ܒܟܝܢ ܗܘܐ ܒܗ̇ ✣

Spiritu Filius venit ad Joannem baptismum ab eo suscepturus ut aquis visibilibus invisibilem immisceret Spiritum et quorum corpora aquarum humiditatem experiebantur, mentes donum Spiritus sentirent, et ita mens effusum intus Spiritum experiretur, sicut corpus aquam externe effusam sentiebat. Quemadmodum ergo baptismo ablutus Dominus susceptum induit baptismum; sic in templo præsentatus induit prophetiam et sacerdotium exiitque portans puritatem sacerdotii in membris mundis et verba prophetiæ in auribus divinis. Dum enim Simeon Deo consecravit corpus pueri a quo omnis sanctificatio defluit, in ea consecratione accepit corpus sacerdotium, et dum prophetavit Simeon de eo, insinuavit se prophetia in auditum infantis. Si autem Joannes in utero matris exultavit et exsiliit ad vocem matris Domini, quanto magis vocem Simeonis audiverit Dominus in templo, quum propter eum potuerit Joannes vocem Mariæ audire in utero.

54. Singula igitur dona Filio reservata ipse e vero eorum arbore decerpsit. Tulit quippe baptismum e Jordane, quamvis Joannes adhuc post eum baptizaverit; tulit sacerdotium e templo, etsi Hanan princeps sacerdotum illo adhuc functus fuerit; tulit prophetiam in justos transmissam, etsi Caïphas per eam coronam illusoriam texerit Domino; tulit denique regnum a domo David, quamvis Herodes illius vices gerens permanserit.

ܗܘܝܘ ܕܒܦܪܚܐ ܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܐ . ܘܡܢ ܕܚܙܝܘܗܝ
ܟܠܗܝܢ ܡܘܗ̈ܒܬܐ ܦܪܚ ܕܝܗܒ ܠܩܕ̈ܡܝܐ :
ܦܪܚܘ ܐܬܝ ܡܢ ܟܠ ܕܘܟܐ . ܘܫܪܝ ܥܠܘܗܝ
ܕܝܗܘܒܗܝܢ . ܟܢܫ ܓܝܪ ܢܦܫܗܝܢ ܡܢ ܟܠ
ܕܘܟ ܕܢܬܛܥܡܢ ܒܐܝܠܢܐ ܕܟܝܢܗܝܢ ܐܬܛܥܡ
ܗܘܝ ܓܝܪ ܒܐܝܠܢܐ ܡܪ̈ܝܪܐ . ܗܢܘ ܕܝܢ ܒܡܠܟ̈ܐ
ܘܒܟܘ̈ܡܪܐ ܥܘ̈ܠܐ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܘܬ ܥܩܪܗܝܢ
ܚܠܝܐ ܐܬܦܢܝ ܗ̈ܘ ܒܥܓܠܐ ، ܗܢܘ ܠܘܬ ܐܠܗܘܬܐ
ܕܐܝܟ ܡܫܡܫܢܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܠܘܬ ܥܡܐ
ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܢܟܢܫ ܠܘܬܗ ܡܢ̈ܘܬܗ . ܘܡܢ
ܫܩܠ ܡܢܗܘܢ ܕܝܠܗ . ܐܫܬܒܩ ܕܠܐ ܕܝܠܗ .
ܕܒܠܗ ܕܝܠܗ ܐܦ ܕܠܐ ܕܝܠܗ ܡܣܝܒܪ ܗܘܐ .
ܡܣܝܒܪܐ ܓܝܪ ܦܠܚܝ ܦܬܟܪܐ ܕܐܝܣܪܝܠ . ܡܛܠ
ܟܗܢܘܬܗ . ܡܣܝܒܪܐ ܩܨܘܡܐ ܡܛܠ ܢܒܝܘܬܗ .
ܡܣܝܒܪܐ ܡܠܟܘ̈ܗܝ ܥܘ̈ܠܐ . ܡܛܠ ܬܓܗ
ܩܕܝܫܐ ܀

ܟܕ ܕܝܢ ܫܩܠ ܡܢܗ ܟܗܢܘܬܗ ܡܪܝܐ ܀
ܩܕܫ ܒܗ ܟܠ ܥܡܡ̈ܐ . ܘܡܢ ܫܩܠ ܢܒܝܘ-
ܬܗ . ܓܠܐ ܒܗ ܠܟܠ ܥܡ̈ܡܐ ܡܠܟ̈ܘܗܝ .
ܘܡܢ ܡܚܛ ܬܓܗ ܆ ܟܦܬܗ ܠܚܣܝܢܐ ܫܒܐ
ܟܠ . ܘܦܠܓ ܠܫܠܒܘ̈ܗܝ . ܗܠܝܢ ܡܘܗ̈ܒܬܐ
ܦܣܩܝ ܗܘܝ ܒܬܐܢܬܐ . ܗܝ ܕܟܕ ܗܘܬ ܡܢ
ܦܐܪܐ ܣܪܝܩܐ ܗܘܬ . ܒܛܝܠܐ ܕܐܦ ܗܠܝܢ ܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܗܘܬ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܦܣܩܬ ܗܝ ܕܠܐ ܦܐܪܐ
ܘܢܦܩܝ ܡܘܗ̈ܒܬܐ ܗܠܝܢ . ܥܒܕܝ ܦܐܪܐ
ܒܟܠ ܥܡ̈ܡܐ ܀

ܟܠ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܬܪ̈ܐ ܥܒܪ ܒܗܘܢ ܟܕ ܐܬܐ ܗܘ
ܕܢܥܒܕ ܦܓܪ̈ܝܢ ܐܬܪܐ ܠܡܫܪܝܘܗܝ . ܢܗܘܐ

55. Hic est qui divino quodam volatu ex alto descendit; illo autem viso, omnia charismata ab eo antiquis concessa undique advolarunt et in suum datorem requieverunt. Collegerunt se ex omni loco ut naturali suo trunco insererentur. Inserta fuerant in arboribus acerbis, in regibus scilicet et sacerdotibus iniquis, idcirco ad dulcem et naturalem suum truncum; hoc est ad Deum, festinanter venerunt. ad Deum, inquam, qui de cœlo descendit ad populum Israel ut dispersas ejus partes ad se congregaret. Ad se autem assumpsit suos; qui autem sui non erant derelicti fuerunt, quum hucusque propter suos non suos sustinuisset. Sustinuerat quippe idololatras Israel propter suum sacerdotium, sustinuerat divinatores propter prophetiam, sustinuerat reges iniquos propter sanctam suam coronam.

56. At postquam removit ab eis Dominus sacerdotium, illo sanctificavit omnes gentes; postquam removit prophetiam, per illam omnibus nationibus sua consilia revelavit; postquam suam contexit coronam per eam irretivit Fortem omnes captivantem, ejusque spolia divisit. Ista charismata desierunt in ficu sterili effecta, simulque cessarunt præclari eorum effectus; idcirco ficus sterilis abscissa est, et egressa charismata fructus produxerunt in omnibus gentibus.

57. Prætergressus est omnia habitacula qui venit ut efficeret corpora nostra habitacula in quibus

ܘܢܗܘܐ ܚܕ ܚܕ ܡܢܢ ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ ܡܢ ܠܗܘ
ܪܚܡܝ ܠܗ ܀ ܠܘܬܗ ܐܬܝܢ ܚܢܢ ܘܐܘܢܐ
ܠܘܬܗ ܢܥܒܕ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܕܟܕ ܟܠ
ܒܪ̈ܝܬܐ ܠܐ ܣܦܩܢ ܠܗ . ܪܥܝܢܐ ܙܥܘܪܐ ܘܡܟܝܟܐ .
ܣܦܩ ܠܗ ܀

commoraretur. Simus igitur unusquisque nostrum habitaculum amico meo; ad eum veniamus et domicilium nostrum apud eum faciamus, apud istum scilicet Deum, cui, dum omnes creaturæ non sufficiunt, mens parva et humilis sufficit.

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܐܡܪ ܥܠ ܡܪܢ ܀

Explicit sermo de Domino nostro.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

Descriptus est metricus iste sermo ex codice 17109 Musæi Britannici, ubi legitur fol. 122-135. Iste codex, quem littera A designavimus, membranis constat et continet psalmos et quædam cantica. Edessæ exarratus fuit anno hegiræ 260, Christi 873-74. Cum hoc codice collatus fuit codex 14735 fol. 83-89, sæculo XII confectus, quem littera B designavimus. Varius est sermonis titulus in utroque codice. In cod. A subscriptio habet : « *Explicit sermo de admonitione et pœnitentia ;* » in cod. B. « *Explicit sermo de amore doctrinæ.* » Idem opusculum invenitur in duobus codicibus bibl. Paris, nempe in cod. 196 sæc. XIV, et in codice 189 ex præcedenti descripto, ubi inscribitur : « ܕܩܕ̇ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܐܡܪܐ ܡܟܣܢܐ ܘܡܙܗܪܢܐ ܘܡܠܦ ܘܡܚܘܐ ܕܐܝܟܢܐ ܙܕܩ ܠܟܪܣܛܝܢܐ ܕܢܕܒܪ܀. *Sancti Ephræmi sermo increpatorius et admonitorius docens et ostendens quomodo Christianus se gerere debeat.* » Versibus constat hepta-syllabis quos interpunctio distinguit.

[illegible]

SERMO SANCTI EPHRÆMI

DE ADMONITIONE ET POENITENTIA.

Deo libere serviendum.

1. Coactionem non inducit Evangelica doctrina, liberum expetit assensum verbum vitæ. Qui vult audire doctrinam, mundet agrum suæ voluntatis, ut non cadat semen bonum inter spinas vanarum cogitationum. Si vis audire verbum vitæ, abscinde te a pravis actibus. Nihil proficit auditio verbi illi qui versatur in peccatis. Si vis esse bonus, dissolutos aversare mores; Deo prius crede et tunc audies ejus mandata.

2. Verba Dei non vales auscultari, quando teipsum non cognoscis. Si judicia ejus observas, quando ejus intelligentia cares, quis mercedem dabit tibi? Quis retributionem tuam tibi servabit? In ejus nomine baptizatus es, ejus nomen confitere. In tribus personis tribusque nominibus Patris et Filii et Spiritus sancti triplicem habeas murum contra schismata et contentiones. Noli hærere dubius de veritate, ne per veritatem pereas. Baptizatus ex aquis et nomine Christi indutus signum Domini tui in corpore tuo et in fronte impressum geris. Cave ne alterius fias, nam alius Dominus non est tibi : unus idemque est qui nos plasmavit in bonitate sua et per crucem suam nos salvavit. Idem ipse qui regit vitam nostram et imperat inanitati nostræ, idem

[a] Ex subscriptione additus. — [b] B. [illegible]. — [c] A. [illegible]. — [d] B. Add. [illegible]. — [e] B. [illegible].

ܛܘܒܘܗܝ ܠܐܢܫ ܕܐܘܕܝ ܒܗ . ܘܫܡܥ ܘܢܛܪ
ܦܘܩܕܢܘܗܝ . ܒܪܐ ܐܢܬ ܐܘ ܒܪܢܫܐ . ܕܐܠܗܐ
ܕܥܠ ܟܠ ܟܠ . ܚܙܝ ܠܐ ܬܪܓܙ ܒܥܒܕܝܟ .
ܠܐܒܐ ܛܒܐ ܘܡܪܚܡܢܐ .

Ab ira, injuria, detractione abstinendum, habenda vero charitas.

ܐܢ ܬܪܓܙ ܥܠ ܩܪܝܒܟ . ܥܠ ܐܠܗܐ ܪܓܙ
ܐܢܬ . ܘܐܢ ܬܛܪ ܚܡܬܐ ܒܠܒܟ[a] . ܒܡܪܢ
ܠܥܠ ܡܬܪܥܡܐ[b] ܀ ܐܢ ܒܚܣܡܐ ܡܟܣܣ ܐܢܬ .
ܚܒܠܐ ܗܘ ܟܠܗ ܟܘܣܢܟ[c] . ܘܐܢܘ ܚܘܒܐ
ܥܡܪ ܒܟ . ܣܢܐܐ ܒܐܪܥܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܟ ܀ ܘܐܢ
ܒܪ ܫܝܢܐ ܐܢܬ ܥܡܢܐ . ܒܐܢܫ ܐܢܫ ܠܐ ܬܬܚܡܬ ܀
ܐܢ ܟܐܢܐ ܐܢܬ ܘܬܪܝܨܐ . ܥܘܠܐ ܠܩܪܝܒܟ ܠܐ
ܬܥܒܕ ܀ ܘܐܢ ܗܘ ܕܬܪܓܙ ܨܒܐ ܐܢܬ . ܥܠ
ܒܝܫܐ ܪܓܙ ܫܦܝܪ ܠܟ ܀ ܘܐܢ ܕܬܩܪܘܒ ܩܪܒܐ
ܨܒܐ . ܗܐ ܣܛܢܐ ܒܥܠܕܒܒܟ . ܘܐܢ ܕܬܚܣܕ ܪܓܝܓ
ܐܢܬ . ܒܕܝܘܐ ܫܕܝ ܚܘܣܕܝܟ ܀ ܨܠܡܐ ܕܡܠܟܐ ܐܢ
ܬܒܣܐ : ܠܕܝܢܐ ܕܩܛܘܠܐ ܚܝܒ ܐܢܬ . ܘܐܢ
ܒܪܢܫܐ ܡܨܥܪ ܐܢܬ . ܨܠܡܐ ܨܥܪܬ ܕܐܠܗܐ ܀
ܗܒ ܐܝܩܪܐ ܠܩܪܝܒܟ . ܘܗܐ ܝܩܪܬܝܗܝ
ܠܐܠܗܐ . ܘܐܢ ܕܬܨܥܪܝܗܝ ܨܒܐ ܐܢܬ . ܒܪܘܓܙܐ
ܩܪܘܒ ܠܩܪܝܒܟ ܀

ܦܘܩܕܢܐ ܩܕܡܝܐ ܗܘܝܘ : ܕܬܪܚܡ ܠܡܪܝܐ
ܐܠܗܟ . ܒܠܒܐ ܟܠܗ ܘܒܢܦܫܐ . ܘܒܚܝܠܐ
ܟܡܐ ܕܡܨܐ ܐܢܬ ܀ ܐܬܐ ܕܪܚܡ ܐܢܬ ܠܐܠܗܐ .
ܗܕܐ ܗܝ ܕܬܪܚܡ ܠܩܪܝܒܟ . ܘܐܢ ܠܩܪܝܒܟ
ܣܢܐ ܐܢܬ . ܣܢܝܬ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܗܘܝ . ܓܘܕܦܐ
ܗܝ ܨܠܘܬܐ . ܕܩܕܡ ܐܠܗܐ ܩܪܐ ܐܢܬ .

ipse resuscitabit nos et retribuet nobis juxta opera nostra. Beatus qui eum confessus est audivitque ac servavit mandata ejus! Filius es, o homo, Dei qui supra omnes est. Cave ne operibus tuis ad iracundiam provoces Patrem bonum et misericordem.

3. Si irascaris contra proximum contra Deum irasceris : si iram in corde tuo serves, contra Dominum se erigit audacia tua. Si per invidiam reprehendis, malitia inficitur tota tua reprehensio; si autem charitas in te inhabitet, nullum in terra habebis inimicum; si vere pacificus es, in neminem irasceris; si justus et rectus es, nullam proximo injuriam inferes; si irasci vis, adversus malum irascaris; si vis inire bellum, ecce satanas adversarius tuus; si convitiari desideras, in dæmones jacta convicia tua; si imaginem regis contemnis, homicidii pœnas lues, si autem homini contumeliam inferas, imaginem Dei contumelia afficis; defer honorem proximo tuo et ecce Deum honorasti; si autem vis Deum opprobrio afficere, aggredere proximum cum ira.

4. Primum mandatum est : dilige Dominum Deum tuum toto corde et anima et quanta potes virtute[1]. Signum quod diligis Deum est si diligas proximum. Si vero proximum odio habes, odiosus eris apud Deum. Blasphema est oratio quam recitas coram Deo

[1] *Matth.* XXII, 37.

[a] B. ܠܠܒܟ . — [b] B. ܡܬܪܥܡ . — [c] B. ܒܟܣܢܟ .

[illegible]

dum iræ subjaces et cor tuum damnat te quod frustra verba recites. Conscientia tua juste te condemnat quia tua tibi oratio nihil prodest. Suspensus in cruce Dominus orabat pro occisoribus suis; tu vero pulvis e pulvere ortus, ira pro voluntate repletus, stomacho in fratrem exardescis, et adhuc orare audes. In eum etiam qui a partibus tuis stat, etsi peccati tui non sit particeps, aliquo tamen modo iniquitas tua redundat, petitio quippe ejus non exauditur. Dimitte iram et tunc ora; si supra modum bile incenderis, relaxa iram tuam et tunc ora; si vero iræ resistis, tota commotio tua ex corpore est utpote passionibus implicita.

[illegible]

Christi passio damnat iram.

5. Naturam habes spiritualem, anima tua imago est Creatoris; honora imaginem Dei et esto cum omnibus æquanimus; memento mortis et non irasceris; nunquam coacte pacem serves donec vita superstes erit; munda animam tuam ab ira; quæ si ad inferos descenderit tecum; trahit te recto cursu in gehennam. Ira cordi tuo non insideat et furor animam tuam non occupet. Animæ tuæ dominium non habes, nisi ut facias bona. Sanguine Dei redemptus es et passione Christi salvatus; mortem tulit propter te ut peccatis moriaris; pertulit se in facie conspui ut ab opprobriis non refugeres, acetum et fel bibit ut ab iræ

[a] B. om. totum versum. — [b] B. Add. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] B. om. — [e] B. [illegible]. — [f] B. [illegible]. — [g] A. [illegible]. — [h] B. [illegible]. — [i] B. [illegible].

ܡܫܠܐ . ܘܐܢܬ ܡܢ ܚܫܐ ܠܐ ܬܬܪܚܩ . ܠܟ ܚܒܠܐ
ܩܒܠ ܒܦܓܪܐ . ܕܚܫܐ ܡܢ ܗܕܐ ܡܩܒܠ ܀ ܐܢ
ܠܥܒܕܐ ܐܢܬ ܡܗܝܡܢܐ . ܒܥܩܒܬܗ ܕܪܒܟ ܗܠܟ ܀
ܣܝܒܪ ܨܥܪܐ ܡܢ ܐܚܘܟ . ܕܬܗܘܐ ܫܘܬܦܐ
ܠܡܫܝܚܐ ܀ ܥܡ ܟܠܢܫ ܠܐ ܬܬܚܡܬ . ܘܠܐ
ܬܬܢܘܟܪܐ ܠܦܪܘܩܟ ܀

Subsannator socius diaboli.

ܒܪܢܫܐ ܐܢܬ ܥܦܪܐ ܕܐܪܥܐ . ܩܠܕܐ ܒܠܘܬܗ
ܘܡܬܠܐ . ܟܕ ܬܬܡܟܟ ܐܢܬ ܕܒܥܝܪܐ . ܐܢ
ܐܝܩܪܟ ܠܐ ܝܕܥܬ . ܦܪܘܫ ܢܦܫܟ ܡܢ ܚܝܘܬܐ .
ܒܥܒܕܐ ܘܠܐ ܒܡܠܐ ܀ ܐܢ ܡܡܝܩܐ ܪܚܡ ܐܢܬ .
ܟܠܗ ܒܟܠܗ ܣܛܢܐ ܐܢܬ . ܘܐܢ ܠܩܪܝܒܟ
ܡܡܝܩ ܐܢܬ . ܦܘܡܗ ܐܢܬ ܕܐܟܠܩܪܨܐ ܀ ܐܢ
ܥܠ ܡܘܡܐ ܘܚܒܠܐ . ܒܡܠܬܐ ܓܚܟ ܗܘܝܬ .
ܠܗ ܣܛܢܐ ܒܒܪܐ . ܕܕܘܟܬܗ ܚܛܦܬܗ
ܒܩܛܝܪܐ ܀ ܪܘܩ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܗܢܐ . ܕܒܟܠܗ
ܒܟܠܗ ܡܣܓܦܢܐ ܗܘ : ܘܐܢ ܕܢܚܐ[a] ܫܦܝܪ
ܨܒܐ . ܥܡ ܡܡܝܩܢܐ ܠܐ ܬܬܒ . ܕܬܗܘܐ[b]
ܬܗܘܐ ܫܘܬܦܐ . ܠܚܛܗܝܗ ܘܠܫܘܢܩܗ ܀
ܥܪܘܩ ܓܘܚܟܐ ܕܟܠܗ ܒܟܐ ܗܘ . ܘܦܨܝܚܘܬܐ
ܕܡܬܒܥܝܐ ܗܝ . ܘܐܢ ܠܡܫܡܥ ܠܡܡܝܩܢܐ .
ܒܥܨܝܪܐ ܗܘ ܠܐ ܨܒܐ . ܣܡܝܢ ܢܦܫܟ
ܒܨܠܝܒܐ ܢܘܗܪܐ ܘܐܝܟ ܓܕܝܐ ܦܘܩ ܡܢ ܬܡܢ ܀
ܐܝܟܐ ܕܥܡܪ ܣܛܢܐ . ܡܫܝܚܐ ܠܟܠܗ ܠܐ ܥܡܪ .
ܕܡܡܝܩ ܚܒܪܗ ܐܬܪܐ ܕܡܫܪܐ[c]
ܒܠܒܗ . ܐܦܬܚ ܕܒܥܠܕܒܒܐ . ܠܒܗ ܗܘ
ܕܡܡܝܩܢܐ . ܠܐ ܒܥܐ ܠܗ ܣܛܢܐ . ܕܒܝܫܬܐ
ܐܚܪܢܝܬܐ ܢܘܣܦ[d] ܠܗ . ܕܡܡܝܩܘܬܐ ܠܗ
ܡܡܝܩܢܘܬܐ[e] . ܘܠܫܘܛܐ ܕܒܪ ܒܠܚܘܕ ܀ ܠܐ

felle immunis fieres. Vulnera in corpore suscepit ut pati non reformidares. Si fidelis servus esse vis, time sanctum tuum Dominum; si verus esse discipulus, sequere vestigia magistri tui; patere contumeliam a fratre tuo ut sis socius Christi. In neminem ira movearis, ne a Salvatore tuo alienus fias.

6. Homo es, terræ pulvis, gleba et cespes. Ad animalium genus deprimeris, si dignitatem tuam nescis; separa te ab animalibus opere et non tantum verbis. Si subsannare amas, satanas prorsus efficeris; si proximum irrides, os es diaboli. Si de corporis defectibus et læsionibus verbis ludis, satanas non abest cujus locum violenter arripuisti. Ab hoc, o homo, recede, quia prorsus nocivum est, et si vis bene vivere, ne sedeas cum subsannatore, ne particeps fias ejus peccati et cruciatus. Aversare irrisionem utpote deflendam et hilaritatem quæ sit potius plangenda. Si invitus audis subsannari adversarium, signa te cruce lucis, et ut capra exili inde. Ubi habitat satanas, Christus nequaquam commoratur. Qui subsannat socium præbet satanæ amplum domicilium; palatium est diaboli cor subsannatoris. Non postulat satanas aliud addi malum, sufficit subsannatio et cæterorum loco est. Neque sacculum neque ventrem hoc suo peccato replet; per irrisionem miser ille surripitur nesciens nec advertens. Vulneri

[a] B. ܠܐܚܐ . — [b] B. ܕܬܗܘܐ . — [c] B. ܕܡܡܝܩܢ . — [d] B. ܢܘܣܦܘܢ . — [e] B. ܡܡܝܩܢܘܬܗ .

ܒܟܘܪܗ ܐܣܝܐ ܠܟܘܪܗ . ܘܠܐ ܡܫܘܐ ܕܢܬܐܣܐ .
ܟܐܒܐ ܝܗܒ ܗܘ ܢܝܚܐ . ܘܠܐ ܣܡܐ
ܐܦ ܠܐ ܡܩܒܠ ܀ ܠܡܣܒܗ ܠܗ ܐܣܝܘܬܐ .
ܠܡܟܣܘܬܗ ܠܗ ܚܘܫܒܐ . ܣܦܩܐ ܠܗ ܒܗܬܬܐ
ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܘܚܣܝܪܘܬܐ ܐܝܬ ܠܐ ܝܕܥ ܀ ܠܐ
ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܠܐ ܫܡܥ . ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܠܐ ܝܕܥ[a] ܀
ܚܣ ܠܟܝ ܥܕܬܐ ܕܬܥܘܠ . ܡܘܡܐ ܠܟܝ
ܚܡܝܪܐ ܗܢܐ . ܕܣܛܢܐ ܒܝܫܐ ܗܢܐ .

7. ܥܩܝܩܐ ܐܘܪܚܐ ܕܚܝܐ . ܘܦܬܝܐ ܐܘܪܚܐ
ܕܫܘܢܩܐ . ܡܨܝܐ ܕܝܢ ܨܠܘܬܐ . ܠܡܥܠܘ ܒܪܢܫܐ
ܠܡܠܟܘܬܐ ܀ ܥܒܕܐ ܓܡܝܪܐ ܥܒܕܐ ܗܝ .
ܨܠܘܬܐ ܕܟܝܬܐ ܡܢ ܥܘܠܐ . ܙܕܝܩܘܬܗ ܕܒܪܢܫܐ .
ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ ܡܬܚܫܒܐ . ܥܒܕܘܗܝ ܕܐܢܫܐ
ܡܢܐ . ܕܟܠܗ ܥܡܠܗ ܣܪܝܩܘܬܐ ܗܘ[b] ܀
ܕܠܟ ܡܪܝ ܕܛܝܒܘܬܟ ܗܝ[c] . ܕܒܟܝܢܢ ܛܒܐ
ܗܘܝܢ[d] . ܕܠܟ ܗܝ ܙܕܝܩܘܬܐ . ܕܡܢ ܐܢܫܐ
ܗܘܝܢ ܟܐܢܐ ܀ ܕܠܟ ܪܚܡܐ ܘܛܝܒܘܬܐ . ܕܡܢ ܥܦܪܐ
ܗܘܝܢ ܨܠܡܟ . ܗܒ ܠܗ ܚܝܠܐ ܠܨܒܝܢܢ .
ܕܠܐ ܢܛܒܥ ܒܚܛܝܬܐ . ܛܥܘܢ ܒܗ ܒܠܒܢ
ܥܘܗܕܢܐ . ܕܒܟܠ ܫܥܐ ܢܥܗܕ ܠܫܘܒܚܟ ܀
ܙܪܘܥ ܒܗܘܢܢ ܫܪܪܐ . ܕܠܐ ܢܐܒܕ ܒܝܕ ܗܪܣܝܣ .
ܐܚܘܕ ܗܘܢܢ ܒܢܡܘܣܟ . ܕܠܐ ܢܒܕܪ[e] ܒܝܕ
ܚܘܫܒܐ ܣܦܝܩܐ ܀ ܟܒܘܫ ܙܘܥܐ ܕܗܕܡܐ . ܕܠܐ ܢܣܝܡ
ܠܢ ܡܚܘܬܐ . ܐܬܩܪܒ ܠܘܬ ܐܠܗܐ . ܕܢܥܪܘܩ
ܡܢܟ ܫܐܕܐ . ܐܦܩ ܚܛܗܐ ܡܢ ܠܒܟ . ܘܗܘܐ
ܡܬܢܚܡܐ ܠܡܠܟܘܬܐ[f] ܀ ܡܛܠ ܕܒܢܝ ܚܛܝܬܐ

ejus non datur sanatio, nec morbo curatio. Nec dolor ejus lenimen admittit, nec ulcus remedium. Nolo cum isto acuere linguam ad arguendum. Sat est ei propria ignominia; sufficit sua ei imprudentia. Beatus qui eum non audivit; beatus qui eum non novit! Absit, o ecclesia, ut ingrediatur ad te malignum istud satanæ fermentum.

Peccata vitanda.

7. Arcta est via vitæ et lata via tormentorum[1]. At potest oratio hominem perducere ad regnum. Opus perfectum habet oratio pura ab omni iniquitate; hominis justitia pro nihilo reputatur. Hominis opera quid sunt? *Omnis labor ejus vanitas est*[2]. Tuæ est gratiæ, Domine, quod in natura nostra boni sumus; tuæ est justitiæ ut qui homines sumus efficiamur justi; tuæ est misericordiæ et gratiæ, ut qui de pulvere sumus efficiamur imago tua. Da voluntati nostræ vires ut non mergamur in peccatum; infunde in corde nostro memoriam ut in omni hora reminiscamur tuæ gloriæ; insere menti nostræ veritatem ut non percamus per hæreses; contine mentem nostram in lege tua, ut in vanis cogitationibus non dissipetur; reprime commotiones membrorum ut non infligantur nobis vulnera. Accede ad Deum ut effugiat a te

[1] *Matth.* VII, 14.

[2] *Eccl.* I, 3.

[a] B. ܐܝܕܥ. — [b] B. ܗܘ. — [c] A. B. ܛܝܒܘܬܐ. [d] B. ܗܘܝܢ. — [e] B. ܢܒܕܪ. — [f] B. ܠܡܠܟܘܬܐ.

[illegible]

Fugienda superbia et luxuria.

satanas. Ejicias a corde tuo passiones et eo ipso fugaveris adversarium. Odio habeas peccata et mala et illico effugiet satanas. Quoties peccata perpetras, toties numina in anima tua colis; quoties delicta committis, toties dæmonibus animam tuam immolas. Quamdiu cum fratre tuo bellum geris, tamdiu satanas in pace remanet; quamdiu proximo invides, tamdiu dæmones recreas; quamdiu peccata narras absentium, lingua tua cithara fit diaboli; quamdiu odium animam tuam inficit, altam servat pacem spiritus fraudulentus; quamdiu cupiditates amas labor tuus totus sinistræ est[1]. Si colloquia perniciosa amas convivium paras dæmonibus. Qui cupiditatibus inservit idola colit.

8. Si munus largiris ex jactantia hoc a Deo non est, et si confidis in scientia tua, gratiam Dei evacuasti. Si cum paupertate superbiam conjungis, damnificatur perpessio tua, si superbus sis simul et egens; ecce egestas tua vergit in perditionem tuam. Si inops et quærelas movens ecce labor tuus merito suo privatur. Si alimentis eges et mens tua divitiarum cupiditate tenetur, necessitas tua te pauperibus assimilat et sustinebis divitum tormenta. Si inhoneste aspicis et concupiscis uxorem proximi tui, ecce pars tua cum adulteris, et gehenna tua cum mere-

[1] Id est damnationis : allusio ad reprobos qui in die judicii ad sinistram Christi erunt.

a B. [illegible]. — b B. [illegible]. — c B. [illegible]. — d B. [illegible]. — e B. [illegible]. — f B. [illegible]. — g B. [illegible].

tricibus. *Fons animæ tuæ sit tibi et aquas bibe de puteo tuo*[1]. Sint tibi soli fontes tui et alius tecum non bibat. Eamdem a corpore tuo require puritatem quam a conjuge tua requisivisti. Non desideras ut uxor adolescentiæ tuæ rem cum alio habeat, nec tu rem cum alia habeas. Odibilis sit oculis tuis pollutio uxoris alienæ, eam omnino devita. Uxorem decet puritas; puritas enim ejus ornamentum est. Virum decet lex, corona capitis ejus judicium. Ne concupiscas torum proximi tui, ne alter torum tuum concupiscat. Serva puritatem in conjugio ut sancta sit unio tua. Remordet conscientia illi qui corrumpit uxorem proximi sui; pertimescit et præ metu fidem frangit vir impudicitiæ deditus. Luci tenebras præfert ille cujus inhonestæ sunt mores. Metu continuo exagitatur qui secreto adulterat. Adulter enim fur est qui perfodit domos in tenebris. Ipse locus arguit eum patrati peccati et delicti. In cubiculum intrans scelus perpetrat. In tenebris voluntatem suam exequitur. Veniet tempus quo propalabitur, quando occulta revelabuntur. Quibusnam oculis respicis ad Deum in oratione? Quasnam manus extollis quando absolutionem petis? Erubesce de teipso quod careas intellectu. Si proximo tuo te vidente erubescis et confusione operiris, quanto magis erubescas oportet coram

[1] *Prov.* V, 5.

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible].

[illegible]

Meretrix fugienda.

[illegible]

Fugienda calumnia, luxuria, verba otiosa.

[illegible]

Deo qui omnia videt. Similis es sui socio tuo qui volutat se totum in cœno. Etiam in visu peccare potes si mens vigilans non sit, et in auditis delinquere, si aures non custodias. In lasciviam trahitur cor fornicatoris per sermonem obscœnum. Passionem in mente latentem excitant visus et auditus.

9. Vestes inhonestas induit qui vult scortari, ut ex ornatus appetitu impudicitiam in cor introducat eamque infigat. Ne vestes tuæ laquei efficiantur ad turpia. Nunquam fraudulentum verbum proferas, ne proximo tuo puteum fodias. Meretricem ne inspicias, ne capiaris pulchritudine vultus ejus. Similis est cani furioso imo ipso impudentior. Vultus ejus omnem abjecit pudorem; nescit erubescere. Conspue ejus personam, opprobriis illam excipe et virga eam expelle, tanquam canem cui similis et prorsus æquiparanda est. Verborum ejus dulcedinem sperne ne in retia ejus incidas. Evacuat bursas perasque et innumeros quæstus. Fuge ab istæ viperarum progenie ne totum corpus dilaceret.

10. Neminem calumnieris ne appellet te Satanam. Si aversaris nomen, rem nomine significatam refuge; si vero rem ipsam amas, non irascaris de appellatione. Contine te præsertim a bestiis et avibus ut species speciei adhæreat; cum conjuge tua concors

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] B. [illegible]. — [e] B. [illegible]. — [f] B. [illegible]. — [g] [illegible]. — [h] B. om. [illegible] . . . [illegible]. — [i] B. [illegible]. — [k] B. [illegible].

[illegible]

vive. De injuria aliorum non gaudeas, ne fias tibi ipsi Satanas. Si quid mali accidat odienti te, cave ne gaudeas ut non pecces. Si lapsus fuerit inimicus tuus compatiaris ei in tristitia; serva cor tuum cum omni diligentia ne occulto pecces; futurum est enim tempus quo cogitationes et actus nudabuntur. Applica manus ad laborem et cor ad meditationem et orationem. Verbum otiosum ne ames, quia allevat onus operis tui conversatio utilis animæ æque ac corpori.

11. Clamat-ne pauper ad januam tuam, surgens aperi alacriter; recrea illum qui passionem patitur, sustenta cor oppressi; experientia cognoscis angustias paupertatis. Alios in domo tua ne detineas et mendicum ne expellas. Sit tibi et domesticis tuis lex virtutis; sit tibi ordo sapienter dispositus ne irrideant te protervi; circumspecte te geras in omnibus ne illudant tibi insipientes. Integer sis et diligens et simplex et prudens. Sit tibi corpus tranquille et jucundum, salutatio grata et simplex, conversatio absque defectu, sermo brevis et sensatus, verbum concisum et sanum, sensu et intellectu plenum. Ne multum loquaris etiamsi verba tua sint sapientiæ referta, quia multiloquium etsi prudens nunquam sine fatuitate est. Domesticis tuis sis velut pater; reputa te minimum inter fratres tuos, proximis tuis

Eleemosyna et virtutes commendantur.

[a] A. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] B. [illegible]. — [e] B. [illegible].

ܟܢܝܫ. ܥܡ ܪܚܡܐ ܢܛܪ ܪ̈ܐܙܐ. ܥܡ ܡܚ̈ܒܐ
ܫܪܝܪܐ. ܚܙܝ ܠܟ ܠܐ ܬܗܘܐ ܡܨܘܬܐ. ܪ̈ܐܙܐ ܕܪܚܡܟ[a]
ܠܐ ܬܓܠܐ. ܕܠܐ ܟܠ ܕܫܡܥ ܢܣܢܐ[b] ܠܟ. ܘܐܦ
ܡܥܩܡܐ ܢܚܫܒ ܠܟ. ܥܡ ܣ̈ܢܐܐ ܘܠܐ ܬܬܚܪܐ.
ܠܗ ܠܒܪ ܘܠܐ ܠܓܘ. ܒܥܠܕܒܒܐ ܠܐ ܢܗܘܐ
ܠܟ. ܐܠܐ ܣܛܢܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ܀ ܠܐܢܬܬܐ ܡܠܟ
ܡܠܟܢܐ. ܬܗܘܐ ܙܘܘܓܐ ܒܥܒܕܝܗ. ܘܐܦ
ܣܘܟܠܐ ܣܒ ܠܟ. ܕܬܬܚܫܒ ܠܡܣܝܒܪܘܬܗ.
ܡܚܝܠܐ ܗܘ ܓܝܪ ܓܢܣܐ ܕܢܫܐ. ܘܦܫܝܩ
ܥܠܝܗ ܠܡܦܠܬܐ. ܗܘܝ ܐܝܟ ܢܨܐ
ܘܡܬܚܡܡ. ܟܕ ܪܘܓܙܐ ܪܚܝܩ ܡܢܟ. ܗܘܝ
ܒܣܝܡ ܐܦ ܚܝܠܐ. ܒܡܬܘܡܘܬܐ[c] ܕܦܪܘܫܘܬܐ.
ܥܡ ܣ̈ܒܐ ܗܘܝ ܫܬܝܩ܀ ܠܩܫܝ̈ܫܐ ܦܠܓ
ܐܝܩܪܐ. ܠܟܘ̈ܡܪܐ ܝܩܪ ܒܚܦܝܛܘܬܐ. ܐܝܟ ܐ̈ܒܗܐ
ܛ̈ܒܐ. ܦܪܘܥ ܐܝܩܪܐ ܠܕܪ̈ܓܝܗܘܢ.
ܘܥܘܒ̈ܕܝܗܘܢ ܠܐ ܬܒܨܐ. ܕܪ̈ܓܗ ܓܝܪ
ܡܠܐܟܐ ܗܘ. ܘܒܥܘܒ̈ܕܝܗ[d] ܒܪܢܫܐ[e]܀
ܒܪ̈ܚܡܐ ܕܝܠܗ ܗܘ ܡܨܥܝܐ. ܒܝܢ ܐܠܗܐ
ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ܀

ܡܘ̈ܡܐ ܕܐܢܫܐ ܠܐ ܬܒܨܐ. ܣܟܠܘܬܐ ܕܚܒܪܟ
ܠܐ ܬܓܠܐ. ܒܡ̈ܘܡܐ ܕܐܚܪ̈ܢܐ. ܦܘܡܟ ܕܦܘܡܐ
ܠܐ ܢܬܐܠ. ܠܐ ܕܝܢܐ ܐܢܬ ܕܥܠܡܐ. ܠܐ ܫܠܝܛܐ
ܐܢܬ ܕܐܪܥܐ܀ ܘܐܢ ܟܐܢܘܬܐ ܪܚܡ ܐܢܬ.
ܐܟܣ ܢܦܫܟ ܘܩܢܘܡܟ. ܘܕܘܢ ܚܛܗ̈ܝܟ
ܠܚܛܗ̈ܝܟ. ܐܦ ܬܬܒܥ ܠܣܘܪ̈ܚܢܝܟ. ܠܐ
ܬܒܥܐ ܒܥܘܠܐ. ܥܠ ܣܘܪ̈ܚܢܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ.
ܕܐܢ ܗܕܐ ܬܥܒܕ ܠܟ. ܐܘܠܨܢܐ ܠܐ ܡܫܬܒܩ
ܠܟ. ܠܡܠܐ ܕܡܢ ܐܕܢܐ ܠܐܕܢܐ. ܕܡܫܬܢ̈ܝܢ ܠܟ

inferiorem, et omnium humillimum. Cum amico serva secretum, cum charis sis sincerus. Cave ne fiat jurgium. Secretum amici tui ne prodas, ne qui audierit odio te habeat et perversum te reputet. Cum osoribus ne contendas, nec exterius nec interius inimicum habeas nisi Satanam; sis consiliarius mulieris pacto conjugii tibi unitæ, et actibus ejus invigileto; tibi utpote fortiori officium incumbit sustentandi infirmitatem ejus. Infirmus quippe valde est sexus muliebris et ad lapsum proclivis. Sis sicut accipiter ardens, sed omni ira remota, sis jucundus et fortis in temperandis discernendisque rebus; inter senes sileto. Presbyteris honorem exhibe; sacerdotes sedulo honora ut bonos patresfamilias. Debitum redde obsequium dignitati eorum et actus ne perscruteris. Dignitate quippe sacerdos angelus est, conditione vero et actibus homo, misericordia autem divina mediator inter Deum et homines.

12. Vitia hominum ne examines et peccata proximi ne reveles. Defectus aliorum os tuum non divulget; non es judex mundi, nec terræ princeps. Si æquitatem amas, argue animam tuam et personam tuam et judica peccata tua et ulciscere delicta tua; ne contra fas inquiras de delictis hominum, nam si hoc feceris noxa non deerit tibi; quæ ex aure ad aures transmittuntur rata non habeas multa

[a] B. ܕܪܚܡܝܟ. — [b] A. ܢܣܢܝ. — [c] B. ܒܗܕܡܘܬܐ. — [d] B. ܘܒܥܘܒ̈ܕܘܗܝ. — [e] B. ad. ܗܘ.

ܕܓ̈ܠܐ . ܠܫܥܝ̈ܬܐ[a] ܡܫܡ̈ܥܐ ܠܐ ܬܗܝܡܢ . ܕܠܐ
ܣܦܩܝ̈ܢ ܦܘ̈ܬܐ ܀

ܒܩܣ̈ܡܐ ܘܢܚ̈ܫܐ ܠܐ ܬܚܘܪ . ܕܒܫܘܬܦܘܬܐ ܗܘ̈ܝ
ܕܣܛܢܐ ܡܚܝ̈ܕܢ . ܡܬܚܪܝܢܘܬܐ ܠܐ ܬܪܚܡ . ܐܦ
ܠܐ ܡܛܠ ܟܐܢܘܬܐ . ܚܪܝܢܐ ܕܬܥܒܕ ܠܐ ܬܐܪܝܡ .
ܐܦܠܐ ܡܛܠ ܫܠܝܛܬܐ . ܥܪܘܩ ܘܬܦܛ ܡܢ
ܚܪܝܢܐ . ܐܝܟ ܕܡܢ ܓܝܣܐ ܥܫܝܢܐ . ܙܗܝܪ ܠܐ
ܬܗܘܐ ܥܪܒܐ . ܒܙܘܦܬܐ ܕܠܐ ܬܚܛܐ . ܗܘ
ܡܢ ܕܝܠܟ ܥܕܪܝܗܝ . ܠܗܘ ܕܐܢܬ ܐܗܣܪܬ[b]
ܥܠܘܗܝ . ܠܣܟܠܐ ܡܒܙܚܐ ܠܐ ܬܥܒܕ . ܨܠܝ ܕܠܐ
ܬܗܘܐ ܕܡܐ ܠܗ . ܠܐܢܫ ܕܚܛܐ ܠܐ ܬܚܝܒܝܘܗܝ . ܕܠܡܐ
ܐܦ ܐܢܬ ܬܬܕܠܚ[c] ܠܐܢܫ ܕܬܐܒ ܡܢ ܣܘܪ̈ܚܢܘܗܝ .
ܗܘܝ ܡܥܕܪܢܐ ܘܡܠܒܒܢܐ . ܒܡܠܟܝ̈ܟ
ܕܡܨܐ ܩܐܡ . ܘܐܬܟܠ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ[d] .
ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܒܐܬܪܐ . ܘܢܝܩܕ ܚܛܗ̈ܘܗܝ
ܐܝܟ ܩܫܐ . ܡܣܥܪ ܠܟܪ̈ܝܗܐ ܘܠܐ ܬܡܐܢ . ܕܬܗܘܐ
ܪܚܝܡ ܠܟܠ ܐܢܫ . ܒܝܬ ܒܟܝܐ ܢܗܘܐ ܝܕܝܥ .
ܘܒܝܬ ܡܫܬܝܐ ܠܐ ܝܕܝܥ . ܒܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ
ܠܐ ܬܐܡܝܢ . ܕܠܡܐ ܢܣܓܘܢ ܣܘܪ̈ܚܢܝܟ .
ܐܚܕ ܣܘܪܐ ܠܣܦܘܬܟ : ܘܢܛܘܪܐ ܐܣܝܡ ܠܦܘܡܟ .
ܣܝܒܪ . ܟܐܒܐ ܡܛܠ ܩܪܝܒܟ . ܘܐܬܚܫܚܫ
ܥܡ ܐܘܠܨܢܘܗܝ . ܪܚܡܐ ܫܪܝܪܐ ܒܐܘܠܨܢܐ . ܡܬܝܕܥ
ܠܘܝܗܝ ܠܗ . ܒܚܘܒܐ ܒܟܐܒܐ ܠܗ . ܒܚܡ
ܣܒܪܐ ܘܒܚܡ ܦܘܪܫܢܐ . ܘܨܠܝ ܕܢܗܘܐ ܠܗ
ܢܝܚܐ . ܒܐܬܪܐ ܟܣܝܐ ܕܐܙܠ ܠܗ .

ܡܐ ܕܩܐܡ ܐܢܬ ܒܨܠܘܬܐ . ܩܥܝ ܒܢܦܫܟ
ܪܚܡ ܥܠܝ . ܚܛܝܐ ܐܢܐ ܘܡܚܝܠܐ . ܐܠܗܐ ܚܘܣ

quippe dantur mendacia; vanis rumoribus ne credas, quia non desunt falsitates.

13. Ne ad divinationes et auguria respicias, quæ satanæ societati conjuncta sunt. Ne ames contradicere etiam propter jus, nec contentionem moveas etiam de re licita; fuge et devita contentionem tanquam violentum latronem. Cave ne sis sponsor in mutuo ne pecces; de tuo adjuva illum quem damno affecisti. Ne ludibrio habeas stultum, sed ora ut non fias ei similis. Noli accusare eum qui peccavit ne et tu perturberis. A delictis suis resipiscentem consiliis tuis adjuva et conforta eum quia potest a casu se erigere : confidat in Deum et peccatum ejus comburetur ut stipula. Ne tædio sit tibi visitare ægrotos ut hominibus sis gratus. Domum luctus notam habeas, domus vero convivii ignota sit tibi. In potatione vini ne sis assiduus ne multiplicentur noxæ tuæ. Circumda labia tua muro et custodiam pone ori tuo[1]. Sufferto dolorem propter proximum tuum et compatiens esto tribulationibus ejus. Verus amicus in tribulatione cognoscitur ; defunctum deducito cum amore, dolore et discretione, et ora ut detur ei requies in loco secreto quo vadit.

14. Quando stas in oratione clama ex anima tua « miserere mei, peccator sum et infirmus,

Oratio.

[1] *Psalm.* CXL, 3.

[a] B. ܠܫܥܝ̈ܬܐ . — [b] A. ܐܗܣܪܬ . — [c] B. ܬܬܕܠܚ . — [d] B. om. versum.

ܠܡܚܝܠܘܬܝ. ܘܗܒ ܠܝ ܚܝܠܐ ܕܐܨܠܐ.
ܨܠܘܬܐ ܕܫܦܝܪܐ ܩܕܡܝܟ. ܠܒܥܠܕܒܒܝ ܠܐ
ܬܦܪܘܥ. ܘܡܢ ܣܢܐܝ ܠܐ ܬܬܒܥ. ܐܠܐ ܗܒ[a]
ܚܣܝܢ. ܕܢܥܒܕܘܢ ܨܒܝܢܟ. ܒܥܕܢ
ܨܠܘܬܐ ܘܒܥܘܬܐ. ܒܗܪܓܐ ܕܗܠܝܢ ܐܬܗܪܓ..
ܠܡܠܟܬܐ ܐܡܟ ܩܕܡ.

o Deus, miserere infirmitatis meæ et da mihi vim orandi orationem quæ tibi placeat, scilicet : Ne retribuas mala inimicis meis et ne vindictam sumas de iis qui oderunt me[1], sed in misericordia tua largire ut faciant voluntatem tuam. » In tempore orationis et rogationis incumbe in horum meditatione coram Domina matre tua (?).

Vitanda vitia.

ܠܒܝܫܬܐ ܒܝܫܐ ܠܐ ܬܩܘܡ. ܒܝܫ ܗܘ
ܘܒܝܫܬܐ ܡܢ ܒܝܫܐ. ܗܘ ܕܩܐܡ ܠܒܝܫܬܐ
ܒܝܫ܀ ܨܒܘܬܐ ܡܢ ܐܢܫ ܠܐ ܬܐܚܘܕ. ܘܐܢ ܐܒܕܐ
ܠܐ ܬܬܒܥܐ. ܩܢܝܢܐ ܕܒܪܢܫܐ ܠܐ ܬܫܚܠܦ.
ܒܨܒܘ̈ܬܐ ܘܒܩܢܝ̈ܢܐ. ܟܠ ܥܒܕ ܐܝܟ ܕܠܐ
ܗܘܐ. ܘܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕ ܩܐܡ. ܐܢ ܫܐܠܬ[b]
ܡܢ ܩܪܝܒܟ. ܘܠܐ ܝܗܒ ܠܟ ܐܝܟ ܨܒܝܢܟ. ܚܘܪ
ܕܠܡܐ ܒܪܘܓܙܐ ܬܐܡܪ. ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܪܬܐ.
ܠܙܒܢ̈ܐ ܐܫܬܘܐ. ܕܣܓܝ ܡܫܚܠܦܝܢ ܐܢܘܢ
ܫܘܚܠ̈ܦܐ. ܒܚܕ ܝܘܡܐ ܡܐܐ ܙܒܢܝܢ. ܡܫܚܠܦܝܢ
ܘܡܬܚܠܦܝܢ ܫܘܚܠ̈ܦܐ. ܩܥܬܐ ܪܚܩ ܡܢ
ܦܘܡܟ. ܘܟܪܝܘܬܐ ܡܢ ܡܚܫܒܬܟ. ܠܐ ܬܬܟܪܐ
ܐܠܐ ܥܠ ܚܛܗܝܟ. ܠܡܗܘܐ ܐܡܝܢܐ ܒܟܪܝܘܬܐ. ܡܢ
ܦܘܠܚܢܐ ܠܐ ܬܬܦܢܐ. ܘܐܦ ܠܝ ܬܗܘܐ ܥܬܝܪ.
ܒܡܒܛܠܢܘܬܗ ܓܝܪ ܡܒܛܠܐ[c]. ܣܓܝܐܐ ܕܣܟܠܘ̈ܬܐ
ܩܢܐ ܀

15. Noli resistere malo[2]; malus enim de malo est qui malo resistit. Rem alterius non retineas, ne, si pereat, quærela contra te moveatur. Subsistentiam hominis ne immutes in rebus et possessionibus; omnia facito, quasi nihil esset et Deus solus exstaret. Si poposceris a proximo tuo et non dederit pro tua voluntate, cave ne ex ira proferas verbum acerbum. Temporibus te accommoda, plurimum enim variant; uno die centum momenta mutant permutantque. Procul ab ore clamor, et a mente tristitia; nihil doleas nisi peccata continuo; a labore non desinas etiamsi dives; otiosus enim suis negligentiis lucratur multos reatus.

Paupertas diligenda.

ܐܚܒܝܗ ܠܡܣܟܢܘܬܐ. ܘܐܣܬܟܠܗ
ܠܡܣܟܢܘܬܐ. ܕܒܗ ܠܬܪܬܝܗܘܢ ܐܢ ܐܬܥܬܪ[d].
ܝܪܬܘܬܐ ܒܫܡܝܐ ܗܘܬ ܠܟ. ܠܐ ܬܫܘܛ ܩܠܗ
ܕܡܣܟܢܐ. ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܠܗ ܥܠܬܐ ܕܢܠܘܛܟ. ܘܐܢ

16. Ama paupertatem, dilige inopiam; si in utroque profueris hæreditatem habebis in cœlo; ne despicias vocem pauperis, nec causa sis ut tibi maledicat. Quodsi

[1] *Tobiæ* III, 3.

[2] *Matth.* V, 39.

a B. ܘܗܒ ܚܘܢ. — b B. ܕܫܐܠܬܢܝ. — c B. ܡܒܛܠܐ. — d A. ܐܬܥܬܪ.

[illegible]

[illegible]

maledicat ille cujus amarum est palatium[1] scilicet vir egens, audit Dominus precem ejus. Si sordidæ sunt vestes ejus, lava eas aquis quæ gratis emuntur. Ingreditur-ne pauper in domum tuam? ingreditur cum eo Dominus et in habitaculo tuo commoratur; recreasti-ne eum a perpessionibus suis? a perpessionibus liberabit te Dominus; lavasti-ne pedes peregrinorum? sordes abluisti peccatorum tuorum. Mensam-ne coram paupere parasti? respice Deum Patrem per ipsum manducantem et Christum per ipsum bibentem et Spiritum sanctum per ipsum se reficientem. Satiatus-ne est pauper de mensa tua et refocillatus? refecisti Christum Dominum tuum, erit merces tua coram angelis et hominibus, confitebitur quod refecisti famem ejus et gratias tibi habebit quod satiaveris et sedaveris sitim ejus.

Signum crucis.

17. O quam misericors est Dominus! O incommensurabiles misericordiæ ejus! Beatum mortalium genus cui testimonium reddet ipse Deus! Væ animæ quam abnegat! Ignis ipsi reservatur in mercedem. Confortare, fili mi, in spe, semina absque tædio bona. Agricola seminat in spe, mercator in spe iter agit, tu pariter, o amator bonorum, in spe exspecta retributionem, nihil omnino facias, oratione haud præmissa, signo autem vivi-

[1] *Eccli* VII, 14.

[a] B. [illegible]. — [b] B. om. [illegible]. — [c] B. omittit. — [d] B. add. [illegible]. — [e] B. [illegible]. — [f] [illegible]. — [g] A. add. [illegible].

[Syriac text]

ficæ crucis, obsigna, fili mi, omnes tuos actus. De janua domus tuæ ne exeas donec cruce te signaveris; nec in esu nec in potu, nec in somno nec in vigilia, nec in domo nec in itinere, nec in tempore quietis illud signum negligas; nullus est custos illi æquiparandus; sit tibi murus protector ante omnes actus; edoce illud filios tuos ut istud sedulo addiscant.

Libertas evangelica et observatio mandatorum.

18. Subjice te legibus ut liber vere sis. Animæ tuæ voluntatem ne facias extra legem Dei. Quot mandata mihi scribenda, quot leges significandæ quas omnes ex animo addiscere debes, si velis tuam assequi libertatem! Si puritatem amas, eam alios edoceas. Natura sit liber tuus, et mundus tuæ tabellæ, disce in eis leges et absque libellis meditare. Sol in suo cursu docet te a labore non esse cessandum. Nox suo silentio clamat tibi finem tuis operibus esse imponendum. Terra et arborum fructus clamant : suum cuique rei tempus; in hieme arvis semina mandas, in æstate metis. In mundo semina bona opera, ea in resurrectione metes. Avis quotidie victum suum quærens arguit avarum ejusque avaritiam et reprehendit injustitias quibus diripit pecuniam aliorum. Mors, rerum omnium finis, vanitatis res omnes arguit.

Viro justo nihil timendum.

19. Confuge in Deum qui non

[a] B. [Syriac text]. — [b] B. pro hoc versu habet [Syriac text]. — [c] A. [Syriac text]. — [d] A. [Syriac text]. — [e] B. [Syriac text]. — [f] B. [Syriac text]

[illegible]

transit nec mutatur. Refrena risum per dolorem et hilaritatem per luctum; doloribus solatium præbe per æternam spem, et luctum leni per exspectationem vitæ. Firmiter crede, o vir prudens, rectorem tuum Deum esse; quod si providentia ejus non te deserit, nihil tibi nocere potest. Si homo ab homine, parvus a magno liberari potest, quanto magis fidelis in asylo Dei tutus erit. Ne timeas adversarios qui violenter irruunt in te; sedulo serva animam tuam et noxia fient proficua; nemo poterit vim tibi inferre, imo, ubi libertas est, nemo incidere potest in tentationem quæ superet suas vires. Nihil mali inest in tribulationibus. Nisi velit libertas, actus non pervertuntur, quia voluntas libere agit.

20. Viris justis et probis proficuæ fuerunt tentationes. Jobus, vir sapiens, de tentationibus triumphavit. Morbo tactus fuit et non conquestus est, ulcere percussus et non murmuravit, consumptæ sunt carnes ejus, defecerunt vires, voluntas autem non defecit, ex omnibus perpessionibus perfectus evasit; quia tentationes eum non contriverunt. Reliquit Abraham suam patriam et familiam et exinde animum non despondit, e contra gloriosior evasit. Joseph e carcere potestatem regis Ægypti obtinuit; Ananias ejusque socii et Daniel alios e captivitate liberarunt. Vide igitur,

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] Vocem addidi ad complendam versus mensuram.

o sapiens, quanta sit virtus libertatis, cui nihil noxium esse potest nisi voluntas remissa. Israel deliciis saturatus calcitravit; fœderis oblitus est; immemor naturæ suæ creatæ falsos Deos adoravit. Servitutis Ægypti immemor fuit in otio deserti, sed quoties afflictione præmebatur verum Deum agnoscebat, quoties vero in otio quiete vivebat, obliviscebatur Dei Salvatoris sui. Ne quæras hic otia, hic enim mundus labor est continuus. Si sapiens sis discretor non commutabis tempora, permanens pro non permanente, cessans pro non cessante, corpus pro umbra, veritatem pro mendacio, vigiliam pro somno, tempus pro ejus defectu, annum pro exiguis momentis. Recollige mentem tuam ne divageris in rebus vanis et inutilibus.

Paupertas evangelica commendatur.

21. Nemo in mundo dives nisi qui timet Deum; nemo vere pauper nisi qui veritate indiget, quantumcumque egeat qui dives non est, etiamsi ejus inopia testetur ipsum præ miseris et mendicis indigere ut accipiat donum; is autem vere servus est et domini ejus multi, servit enim pecuniæ, divitiis, possessionibus; domini ejus immisericordes nullam ei dant requiem. Confuge ad paupertatem et vive in ea, mater est quæ miseretur dilectorum suorum; asylum quære in inopia, nutrit filios suos bonis; jugum ejus leve et suave, et grata est gustui memoria ejus. Qui conscientiam habet infirmam ille tantum abhorret a potu pauper-

[a] B. — [b] A. add.

tatis; flaccidus reformidat laudabile inopiæ jugum. Quis dedit tibi, o homo, invenire requiem in mundo? Quis dedit tibi, o pulvis, divitem fieri in paupertate? Desideriis ne fias egens et in alios respiciens. Sufficit tibi panis quotidianus, sudore vultus tui acquisitus; tibi sit necessarium hoc tantum quod singulus dies præbet; si invenis convivium, sume ex eo quod tibi necessarium est; in die dierum nihil sumes, quia venter tibi thesauros non servat. Lauda et gratias age de saturitate tibi præstita ne ad iracundiam provoces bonorum largitorem; in puritate te refice, ut exinde utilitatem percipias. In omnibus gratias age et lauda Deum salvatorem ut per suam gratiam det tibi audire et facere voluntatem ejus. Consilium vitæ dedi tibi, ne illud negligas. Quod scripsi tibi, ex aliis desumpsi, cave ne verba eorum despicias. Si ante te decessero fac mei in oratione memoriam; omni tempore ora et precare ut noster amor sincerus permaneat. Pro quibus afferamus gloriam et honorem Patri, Filio et Spiritui sancto, nunc et semper. Amen.

Explicit sermo de exhortatione et pœnitentia compositus a sancto Ephræmo doctore.

Cod. B. : Explicit sermo sancti divique Ephræmi de amore doctrinæ.

a A. ... — b B. ... — c B. ... — d B. om. ... — e B. ... — f A. ...

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

Descriptus est metricus hic sermo ex duobus codicibus Musæi Britannici. Prior codex (A) numero 14651 notatus anno Christi 850 exaratus fuit. Continet, præter varias Sanctorum *vitas,* a Land in suis *Anecdotis syriacis* editas, nonnullas Jacobi Sarugensis et Isaaci Antiocheni *Orationes* et duos S. Ephræmi *sermones,* nempe : 1° *De Elia et Vidua Sareptæ,* fol. 186-190; 2° *De muliere peccatrice,* fol. 196-201. Alter codex (B), numero 17266 notatus, ad sæculum XII pertinet. Sermo de peccatrice in eo legitur, a fol. 1-8. Idem sermo occurrit in cod. arab. vaticano inter codd. Berœenses n. 1[1], et in cod. carshunico paris. 194, fol. 118[2], sub hoc titulo : *Sermo S. Ephraem Syri de Maria peccatrice*[3].

Textum sequimur cod. A. Addita tamen sunt sat ampla fragmenta e cod. B. Illa fragmenta in sermone fuisse inseranda, hic mensura versus, illic contexta oratio dictabant. Cum hoc sermone conferendi sunt sermo græcus in mulierem peccatricem qui incipit : Πολλῶν ὄντων ὁσιῶν[4]; alter cujus initium : Ἁπλοῦς ἡμῖν ὁ κάματος[5]; Parænesis IV[a] quæ exorditur : ܐܡܬܝ ܕܐܬܐ ܗܘܐ[6]. Conferenda denique sunt quæ habentur in sermone *De Domino nostro*[7], et in sermone incipiente : ܡܪܝܡ ܚܛܝܬܐ ܕܡܠܝܐ, qui habetur infra ad diem secundam hebdomadæ sanctæ. S. Doctor paucis etiam agit de Peccatrice in *Evangelii concordantis expositione,* p. 113-115.

[1] J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* I, p. 136, 585.
[2] Zotenberg, *Catal. des manuscrits syriaques de la Bibliothèque nationale*, cod. 194, n. 17.
[3] Cfr. S. Ephræmi *Opp. græco-lat.* I, præf. LIV.
[4] S. Ephræmi *Opp. græc.* II, 297-306.
[5] *Opp. græco-lat.* III, 385, sqq.
[6] *Opp. syr. lat.* III, 387, sqq.
[7] Supra p. 175, sqq.

[illegible]

BEATI EPHRÆMI SERMO

DE PECCATRICE QUÆ PECCATO LABORABAT.

[illegible]

Peccatrix deflet sua peccata.

1. Animos reassumite, dilectissimi, audientes quam misericors sit Deus : peccatrici suą delicta dimisit pœnitentemque sustinuit; luto oculos cæci aperuit lucemque aspexerunt ejus pupillæ[1]; paralytico sanitatem restituit qui statim ambulavit portans lectum suum[2]; nobis autem margaritas[3] dedit, sanctum scilicet suum corpus et sanguinem. Occultis quæ ferebat remediis notos sanabat ægrotos; circuibat terram Judæ ut medicus suis remediis onustus. Vocavit eum Simon ad cænam in suam domum ut manducaret panem cum eo. Quum ergo audivit peccatrix Jesum apud Simonem accumbere et epulari summopere exultavit[4]. Congregaverunt se ejus cogitationes velut mare et sicut fluctus efferbuit ejus amor. Vidit mare misericordiæ in unum locum congregari, ejusque mentem subiit cogitatio ut iret omnes suas nequitias suffocare in fluctibus ejus.

2. Cor suum peccatis obrutum, lacrymarum et pœnitentiæ vinculis strinxit et cœpit de se flere dicens[5] : « Quid mihi profuit hoc meretricium, quid hæc lascivia;

[1] *Joan.* IX.
[2] *Matth.* IX, 2-7.
[3] Syri margaritas appellant particulas consecratas.
[4] *Luc.* VII, 36-51.
[5] Consona sed multa prolixiora habentur in sermone græco, qui incipit Πολλῶν ὄντων ἰσιῶν et in altero cujus initium Ἁπλοῦς ἡμῖν ὁ κάματος opp. græco-lat. II, 297; III, 385.

[illegible]

ܕܟ̈ܝܐ ܕܠܐ ܒܗܬܬܐ ، ܛܢܦܬ ܝܬ̈ܡܐ ܕܠܐ ܒܘܫܬܐ ،
ܣܛܝܬ ܕܠܐ ܒܘܫܬܐ . ܘܬܓܪ̈ܐ ܒܙܙܬ . ܘܥܘܠܝ ܠܐ
ܐܣܬܒܥ . ܗܘܝܬ ܐܝܟ ܩܫܬܐ ܒܩܪܒܐ ،
ܘܩܛܠܬ ܛܒ̈ܐ ܘܒܝ̈ܫܐ . ܗܘܝܬ ܐܝܟ ܥܠܥܠܐ
ܒܝܡܐ ، ܘܛܒܥܬ ܐܠܦܐ ܕܣܓܝ̈ܐܐ . ܠܡܢܐ
ܠܐ ܩܢܝܬ ܠܝ ܚܕ ܓܒܪܐ . ܕܢܟܠܝ[a] ܗܘܐ
ܠܦܚܙܘܬܝ . ܕܚܕ ܓܒܪܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ ،
ܘܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢ ܣܛܢܐ ،

ܗܠܝܢ ܐܡܪܐ ܒܛܘܫܝܐ . ܘܫܪܝܬ ܕܬܥܒܕ
ܒܓܠܝܐ . ܐܣܚܬ ܦܓܪܗ ܘܫܕܬ ܡܢ ܥܝ̈ܢܝܗ[b] ،
ܟܘܚܠܐ ܕܡܥܘܪ ܚܙ̈ܝܢܐ . ܘܐܬܦܬܚܘ ܡܒܘ̈ܥܐ
ܕܕܡ̈ܥܝܗ . ܥܠ ܟܘܚܠܐ ܗܘ ܡܡܝܬܐ . ܫܩܠܬ
ܘܫܕܬ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝܗ . ܫܪ̈ܐ ܥܒ̈ܝܐ ܕܙܢܝܘܬܗ[c] .
ܫܠܚܬ ܘܫܕܬ ܡܢ ܦܓܪܗ . ܟܘܬܝܢܐ ܕܒܘܨܐ
ܕܙܢܝܘܬܐ . ܘܐܬܚܫܒܬ ܕܬܠܒܫ ܠܒܘܫܐ . ܘܟܘܬܝܢ
ܚܘܣܝܐ[d] ܕܡܦܝܣܢܐ ، ܫܠܚܬ ܘܫܕܬ ܡܢ ܪ̈ܓܠܝܗ .
ܡܣܐܢܐ ܕܫܘܦܪܐ ܕܙܢܝܘܬܐ . ܘܬܪܨܬ ܠܡܫܠܐ
ܕܠܫܡܝܐ . ܒܐܘܪܚܗ ܕܢܫܪܐ[e] ܡܫܝܚܐ . ܫܩܠܬܗ
ܠܕܗܒܗ ܒܐܝܕܗ . ܘܐܪܝܡܬܗ ܠܥܠ ܘܫܪܝܬ .
ܘܡܦܝܣܐ ܗܘܬ ܒܛܘܫܝܐ . ܠܡܢ ܕܗܘ ܕܡܥܢܐ
ܒܓܠܝܐ . ܡܪܝ ܗܢܐ ܕܗܒܐ ܕܩܢܝܬ[f] ܠܝ ܡܢ ܥܘܠܐ .
ܢܩܢܐ ܠܝ ܫܘܒܩܢܐ[g] . ܗܢܐ ܕܟܢܫܬ ܡܢ
ܝܬ̈ܡܐ . ܢܩܢܐ ܠܝ ܠܡܪܐ ܕܝܬ̈ܡܐ .

innocentes absque pudore inquinavi; orphanos[1] seduxi absque verecundia, negotiatores rapui; nec nequitia mea satiata est; fui velut arcus in bello, necavi bonos et malos; fui velut procella in mare et in fluctus immersi multorum naviculam, quare non acquisivi virum qui reprimeret lasciviam meam? unicus enim vir a Deo est, plures vero a diabolo. »

3. Hæc secreto dicens cœpit palam agere, lavit se; abjecit ab oculis suis fucum aspicientes obcæcantem; mox lacrymæ proruperunt super stibium mortiferum; abstulit et projecit e manibus suis armillas adulatorias impudicitiæ. Exuit e corpore suo byssinam meretricii tunicam et consulto pererexit ad induendam vestem et ornamenta propitiationis. Eduxit et exuit e pedibus suis elegantia scorti calceamenta, et gressus direxit in viam cœlestis aquilæ (Christi). Tulit aurum suum in manu sua et sustulit in altum et cœpit secreto implorare illum qui palam exaudit : « Domine hoc aurum quod ex iniquitate possideo acquirat mihi remissionem; hoc aurum quod ab orphanis collegi devincat mihi Dominum orphanorum. »

Colloquium peccatricis cum unguentario.

ܗܠܝܢ ܐܡܪܐ ܒܛܘܫܝܐ . ܘܫܪܝܬ ܕܬܥܒܕ
ܒܓܠܝܐ . ܘܢܣܒܬܗ ܠܕܗܒܗ ܒܐܝܕܗ .
ܘܢܣܒܬ[h] ܠܫܛܝܦܐ ܒܟܪܝܘܬܐ . ܘܢܦܩܬ ܐܙܠܬ[i]

4. Hæc secreto dicens palam agere cœpit, arripuit aurum suum in manu et tulit alabastrum et tristis egressa est festinanter ad

[1] Eadem ejus crimina quæ ipsa hic fatetur, historice depinguntur paræn. IV, *Opp. syr.* III, 393.

[a] B. ܕܢܟܠܝܘܗܝ . — [b] B. ܥܝܢܝ̈ܗ . — [c] B. add. ܘܫܕܬ ܡܢ ܐܕܢ̈ܝܗ . ܩܕ̈ܫܐ ܗܘ ܡܢ ܕܗܒܐ . — [d] B. ܚܘܣܝܐ . — [e] A. ܕܢܫܪܐ . — [f] B. ܕܐܝܬ . — [g] B. ܫܘܒܩܢܐ . — [h] A. ܘܢܣܒܬ . — [i] A. ܘܐܙܠܬ ܠܗ .

ܘܪܘܩܚܐ ، ܕܝܢ ܒܣܡܐ ܕܒܙܢܝܘܬܐ . ܒܣܡܐ
ܚܙܐ ܘܐܬܕܡܪ . ܘܡܠܠ ܥܡܗ ܒܡܠܐ . ܘܥܢܐ
ܪܘܩܚܐ ܘܐܡܪ ، ܠܙܢܝܬܐ ܗܢܘ ܗܠܝܢ ܐܣܟܝܡܟܝ .
ܠܐ ܟܒܪ ܠܟܝ ܙܢܝܬܐ . ܕܚܒܠܬܝܗ ܠܟܠܗ
ܡܕܝܢܬܢ : ܡܢܘ ܗܢܐ ܐܣܟܝܡܐ . ܕܚܘܝܬܝ ܝܘܡܢ
ܠܪܚܡܝܟܝ . ܫܠܚܬܝܗܝ ܠܦܚܙܘܬܐ .
ܘܠܒܫܬܝ ܡܟܝܟܘܬܐ[a] ܀ ܩܕܡ ܝܘܡܢ ܐܝܟ
ܕܐܬܝܬܝ[b] . ܐܚܪܝܢ ܗܘܐ ܚܙܘܟܝ ܡܢ ܕܝܘܡܢ .
ܒܨܒܬܐ ܗܘܝܬܝ ܡܨܒܬܐ ܝܩܝܪܬܐ . ܘܡܝܬܝܬ ܙܥܘܪ ܕܗܒܐ
ܩܠܝܠ : ܘܒܥܝܬ ܡܫܚܐ ܝܩܝܪܐ . ܕܒܗܢܐ ܡܒܣܡܬܝ
ܙܢܝܘܬܟܝ . ܘܝܘܡܢ ܡܨܒܬܐ ܛܢܦܬܐ . ܘܣܓܝ
ܕܗܒܐ ܣܓܝ . ܠܐ ܝܕܥܬ ܥܠܬܐ ܕܫܘܚܠܦܟܝ .
ܘܐܝܟܢ ܐܝܬܘܗܝ ܐܣܟܡܟܝ . ܐܘ ܠܒܫܝ ܡܨܒܬܐ
ܐܝܟ ܡܫܚܟܝ . ܐܘ ܙܒܢܝ ܡܫܚܐ ܐܝܟ
ܨܒܬܝܟܝ . ܗܢܐ ܡܫܚܐ ܠܗܠܝܢ ܡܨܒܬܐ . ܠܐ
ܫܦܝܪ ܐܦܠܐ ܝܐܐ . ܕܠܡܐ ܬܓܪܐ ܦܓܥ ܒܟܝ .
ܘܛܥܝܢ ܕܗܒܐ ܣܓܝܐܐ . ܘܚܙܝܬܝܗܝ ܕܠܐ ܪܚܡ
ܠܗ . ܠܐܣܟܡܐ ܕܙܢܝܘܬܟܝ . ܘܫܠܚܬܝܗ
ܠܙܢܝܘܬܟܝ . ܘܠܒܫܬܝܗ ܠܢܟܦܘܬܐ .
ܕܒܐܣܟܡܐ ܕܫܢܝܐ ܫܢܝܐ . ܬܥܒܪܝܢ
ܥܘܬܪܐ ܣܓܝܐܐ . ܘܐܢ ܗܘ ܐܣܟܡܐ ܪܚܡ .
ܕܓܒܪܐ ܢܟܦܐ ܗܘ . ܘܝ ܠܗ ܒܗ ܕܢܦܠ

unguentarium. Unguentarius, visa ea, miratus est, et inito cum meretrice colloquio, eam allocutus est[1] sic exorsus : « Non ita pridem, meretrix, corrumpebas totum nostrum oppidum. Quisnam est ille habitus quem ostendis hodie amatoribus tuis? Exuisti impudicitiæ habitum ut humilitatis vestem indueres. Olim, quum ad me venires alius erat tuus aspectus quam hodie. Pretiosis exornata ornamentis parum auri afferebas et poscebas unguentum pretiosum ut hoc oblectamento inhonestos tuos mores nobilitares. Hodie vero sordida gestas ornamenta et multum auri; rationem non assequor immutationis et cur iste habitus. Aut induere ornamentis unguento tuo convenientibus, aut eme unguentum ornamentis tuis simile. Hoc enim unguentum hisce ornamentis nec decet nec convenit. Num forsan mercator occurrit tibi multo auro onustus, et quia animadvertisti ipsum aversari habitum tuæ inhonestatis, exuta impudicitia, modestiam induisti, ut sub hoc vario habitu reportares divitias plurimas? Si revera hunc habitum amat quia vir honestus est; væ illi, in quid incidit? Abyssus deglutivit

[1] Colloquium inter peccatricem et aromatarium prolixius evolvitur in sermonibus græcis. Quum autem pluries S. Doctor de peccatrice egerit, nihil mirum est si in uno sermone magis in hoc puncto explicando institerit; in altero autem aliud punctum elucidaverit. Ubique se prodit eadem sentiendi et scribendi ratio, sæpe eædem redeunt sententiæ nunc brevius nunc fusius prolatæ. Improbabile tamen non est interpretem græcum aliquas sententias paraphratice explicasse. Forsan etiam codices syriaci in nonnullis vitiati fuerint, quum duo codices quos exscripsimus non parum ab invicem discrepent.

[a] B. ܘܠܒܫܬ ܢܟܦܘܬܐ . — [b] B. ܕܐܬܝܬܝ ܠܘܬܢ .

[illegible]

omnem quæstum ejus. Ego autem consilium do tibi tanquam vir tibi prodesse amans, dimitte virorum frequentiam quæ ab adolescentia tua nihil profuit tibi, et exquire unum tantum virum qui refrænet lasciviam tuam. »

5. Hæc sapienter dixit unguentarius cum meretrice. Respondens peccatrix dixit unguentario : « Ne reprehendas me, vir, tuo sermone, nec ab opere tua disputatione me avertas. Unguentum a te postulavi, sed non gratis, solvam pretium justum. Sume tibi aurum quantum postulas, da mihi unguentum pretiosum : accipe tibi quod non permanet ut eam ad eum qui permanet et emam quod permanet. Quod autem de mercatore dixisti : Mercator occurrit mihi hodie multis divitiis onustus et ipse secreto surripuit me et ego surripui eum; ipse surripuit delicta et peccata mea et ego surripui divitias ejus. Quod adjecisti mihi de viro : virum obtinui in cœlo cujus imperium æternum est et regnum indissolubile. »

Peccatricem aggreditur Satanas.

6. Tulit unguentum et exivit. Egressa autem ibat alacris. Visa ea, Satanas[1] ægre tulit menteque valde contristatus est. Quod portaret illa unguentum intus quidem gaudebat, quod vero decentes deferret vestes anxius considerabat. Abiit igitur post eam presse ejus

[1] Quæ habentur de tentatione desunt in sermonibus græcis.

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] A. [illegible]. — [e] B. [illegible]. — [f] A [illegible]. — [g] B. [illegible]. — [h] Decem versus qui sequuntur deficiunt in A.

ܒܥܩܒܗ̇ . ܐܝܟ ܓܝܣܐ ܠܬܓܪܐ . ܨܐܬ ܗܘܐ ܙܘܥܐ
ܕܣܦܘ̈ܬܗ̇ [a] . ܕܢܫܡܥ ܡܠܐ ܕܡܦܩܐ ܗܘܬ .
ܘܚܐܪ ܒܗ̇ ܒܥܝ̈ܢܝܗ̇ . ܕܢܚܙܐ ܠܐܝܟܐ ܚܝܪܢ
ܥܝ̈ܢܝܗ̇ . ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܝܗ̇ . ܕܢܕܥ
ܠܐܝܟܐ ܗ̈ܠܟܬܗ̇ . ܡܪܕܐ ܣܐܡ ܣܛܢܐ [b] .
ܕܡܢ ܡ̈ܠܝܢ ܢܓܠܐ ܪܥܝܢܢ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܠܦ
ܗܘܐ ܡܪܢ . ܕܠܐ ܢܪܝܡ ܩܠܢ ܒܨܠܘܬܐ . ܕܠܐ
ܢܫܡܥ ܣܛܢܐ [c] ܡ̈ܠܝܢ . ܘܢܩܘܡ ܢܗܘܐ
ܠܘܩܒܠܢ . ܘܡܢ ܕܚܙܐ ܗܘ ܣܛܢܐ . ܕܠܐ ܡܨܐ
ܡܫܚܠܦ ܪܥܝܢܗ̇ . ܠܚܛܝ [d] ܐܫܬܚܠܦ ܕܚܛܝܬܐ .
ܘܒܪ ܠܗ ܦܪܨܘܦܐ ܕܓܒܪܐ . ܟܢܫܐ ܕܥܠܝ̈ܡܐ
ܕܪ̈ܚܡܝܗ̇ . ܘܫܪܝ ܕܢܐܡܪ ܠܗ̇ . ܚܝܝܟܝ
ܐܡܪܝ ܠܝ ܐܢܬܬܐ . ܠܐܝܟܐ ܗ̈ܠܟܝܟܝ .
ܡܢܘ ܗܢܐ ܣܘܪܗܒܐ . ܕܠܐ ܥܕܟ ܠܟܝ ܡܢ
ܩܕܡ . ܡܢܘ ܗܢܐ ܡܘܟܟܐ . ܕܐܝܟ ܐܡܬܐ
ܫܦܠܬܐ ܥܒܕܬܝ . ܚܠܦ ܡܐ̈ܢܐ ܕܒܘܨܐ .
ܡܐ̈ܢܐ [e] ܠܒܫܬܝ ܗܢܐ ܠܟܝܡܐ . ܚܠܦ ܫܝ̈ܪܐ [f]
ܕܕܗܒܐ ܘܕܣܐܡܐ . ܠܐ ܥܙܩ̈ܬܐ ܒܨܒ̈ܥܬܟܝ .
ܚܠܦ ܡܣܐ̈ܢܐ ܫܦܝ̈ܪܐ ܕܪ̈ܓܠܝܟܝ . ܘܠܐ ܡܣܐ̈ܢܐ
ܒܠܝ̈ܐ ܒܪ̈ܓܠܝܟܝ . ܓܠܝ ܠܝ ܟܠܗ
ܡܕܒܪܢܘܬܟܝ . ܕܠܐ ܝܕܥܬ ܟܠܗ ܫܘܚܠܦܟܝ .
ܠܡܐ ܐܢܫ ܡܢ ܪ̈ܚܡܝܟܝ . ܡܝܬ ܠܗ ܘܐܙܠܬܝ
ܠܡܩܒܪܘܬܗ [g] . ܐܙܠܝܢ ܥܡܟܝ ܠܠܘܝܐ .
ܘܗܘܝܢ ܥܡܟܝ ܡܢ ܚܫܐ .

ܗܝܕܝܢ ܚܛܝܬܐ ܐܡܪܐ ܠܗ . ܠܣܛܢܐ ܟܕ
ܡܠܝܘܗܝ [h] ܫܦܝܪ ܐܡܪܬ ܕܐܝܟ ܟܢ . ܠܐܢܫ

vestigia sequens, ut prædo mercatorem; auscultabat motum labiorum ejus ut discerneret verba quæ dicebat; inspiciebat ejus oculos ut videret quonam eos intenderet; pedes ejus adibat ut disceret quonam gressus dirigeret. Multas struit insidias Satanas ut e verbis nostris mentem nostram detegat. Idcirco docet nos Dominus non extollendam vocem in oratione ut non audiat Satanas verba nostra et insurgat contra nos. Quum igitur vidit Satanas se non posse mutare mentem peccatricis, mutato habitu, hominis personam assumpsit, duxit secum turbam juvenum amatoribus prioribus similium et cœpit eam sic alloqui : « Per vitam tuam dic mihi, mulier, quonam gressus dirigis? Ad quid ista festinatio antea insueta? Quænam est ista tua humiliatio? te velut ancillam humilem facis; pro vestibus byssinis pannos sordidos induisti; pro armillis aureis et argenteis nulli annulli in digitis; pro calceis elegantibus nulli etiam detriti calcei in pedibus; aperi mihi totam tuam agendi rationem, quia non intellexi tuam transmutationem. Numquid aliquis ex amatoribus tuis mortuus est et vadis condire illum? Ibimus tecum ad exequias tui doloris participes effecti. »

7. Hisce Satanæ dictis respondit peccatrix : « Recte dixisti ali-

[a] B. om. duos versus. — [b] B. ܠܐ ܡܨܐ ܣܛܢܐ ܒܡܟܝܠܬܐ ܕܝܠܗ . ܡܪܕܝܢ ܣܛܢܐ . — [c] B. ܡܢ ܐܘܕܢܝܢ . — [d] A. pro ܠܚܛܝ . . ܐܡܪ: habet : ܡܢܐ . ܐܫܬܚܠܦ ܒܐܣܟܡܐ ܕܓܒܪܐ . ܐܝܟ ܕܥܠܝܡܐ . ܘܡܚܐ . — [e] B. ܡܐ̈ܢܐ . — [f] B. ܫܝ̈ܪܐ . ܚܠܦ ܡܣܐ̈ܢܐ ܫܦܝ̈ܪܐ ܠܐ ܡܣܐܢܐ ܒܠܝܐ . ܚܠܦ ܥܙܩ̈ܬܐ ܘܠܐ ܥܙܩܬܐ ܒܨܒܥܬܐ . ܚܠܦ ܡܐ̈ܢܐ .
— [g] A. ad. ܥܡܟܝ . — [h] B. ܠܣܛܢܐ ܟܕ ܫܡܥܬ ܡܠܘܗܝ .

[illegible]

quem mihi morte præreptum neque pergere ad ejus exequias. Iniquitas cogitationum mearum mortua est et eo condire eam. » Reposuit Satanas peccatrici in hæc verba : « Sine, mulier, ut dicam tibi me tuum primum amatorem esse. At non sum sicut tu et me in tuas manus committo; rursus tibi offero multo plus auri quam antea. »

8. Respondit Satanæ peccatrix : « Tædet me de te, o homo, nullum amplius amatorem habeo, quia virum habeo in cœlis, Deum nempe qui est super omnia, cujus imperium æternum est et regnum indissolubile. Ecce enim coram te assero, rursus dico et non mentior : ancilla fui Satanæ a teneris annis usque nunc; pons fui quem calcavit, perdidi millia virorum; fucus meos oculos excæcavit. Cæca eram, ignorabam aliquem existere qui cæcos illuminat; ecce vado ad eum ut, luce oculis meis restituta, eam multis restituam; vincta eram, ignorabam exstare qui idola destruit, et ecce vado ut, destructis meis idolis, multorum deliria dissolvam; vulnerata eram et ignorabam exstare qui vulneratos sanat, et ecce vado ut, sanatis meis vulneribus, multis et ipsa sanationem afferam. » Hæc locuta est prudenter meretrix cum Satana; ingemuit ille, et dolens ac flens cum ejulatu dixit : « Vicisti me, o mulier, et quid agam nescio. »

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] A. [illegible]. — [e] B. [illegible].

[illegible]

9. Ex quo igitur vidit Satanas se non posse illius animum mutare cœpit flere super se dicens : « Tota mea gloriatio perdita est et exaltatio dierum meorum. Quomodo laqueos tendam isti quæ superne ascendit? Quomodo tela projiciam in eam quam murus firmus protegit? Ibo igitur ad Jesum (Ecce enim ipsa vadit ad eum) et dicam ei hanc mulierem scortam esse: forsan abhorrens eam repellet. Addam : Hæc mulier quæ venit ad te meretrix est; illaqueat viros in scortationem, a teneris annis polluta fuit; tu vero, Domine, vir honestus es; omnes mihi tuam personam presse commendant; si viderint te loqui cum meretrice illico recedent a te, nemo amplius salutem tibi apprecabitur. » Hæc dixit Satanas intra se absque commotione; dissimulans igitur mentemque componens dixit : « Quomodo possim Jesum adire cui omnia patent etiam occulta; novit enim quis sim, non rependet mihi debita officia, forsan objurgabit me, perdar et vana erunt omnia mea artificia. »

Colloquium Satanæ et Simonis.

10. Ivit igitur ad Simonem cui occulta pervia non erant et dixit ad eum : « Per vitam tuam, Simon, dic mihi : vir iste qui divertit in tuam domum, estne vir justus virtutis amans vel iniquorum amicus? Ego homo sum

[a] B. [illegible]. — [b] A. [illegible]. — [c] A. om. hunc versum. — [d] B. add. [illegible]. — [e] B. [illegible]. — [f] A. om. quinque versus. — [g] Hic versus sicut et sequens ex cod. B.

ܕܥܒܝܕ ܥܘܬܪܐ . ܨܒܐ ܐܢܐ ܠܡܩܪܝܘ . ܐܝܟ ܕܐܢܬ
ܕܥܒܕܬ ܗܟܢܐ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܢܒܪܟ ܠܩܢܝܢܝ .
ܘܫܠܡ ܕܢܐܡܪ ܣܛܢܐ .

ܥܢܐ ܫܡܥܘܢ ܘܗܟܢ ܐܡܪ[a] . ܠܡܢ ܝܘܡܐ
ܕܚܙܝܬܗ . ܡܢ ܗܝܕܝܢ ܕܚܙܝܬܗ ܗܘܝܬ .
ܠܐ ܚܙܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ . ܐܠܐ ܫܝܢܐ ܘܫܠܡܐ .
ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܘܢܟܦܘܬܐ . ܟܪܝܗܐ ܡܐܣܐ ܕܠܐ
ܐܓܪܐ . ܘܟܐܒܐ ܡܢ ܡܓܢ ܡܐܣܐ ܗܘܐ . ܩܪܒ
ܘܩܐܡ ܥܠ ܩܒܪܐ . ܘܩܪܐ ܘܩܝܡܝܢ ܡܝܬܐ .
ܡܢܗܘܢ ܕܫܡܥܝܢ ܩܠܗ ܒܫܥܬܗ . ܘܩܪܝܗܝ
ܗܘܐ ܝܘܐܪܫ ܗܘܐ ܠܗ . ܕܢܚܐ ܠܒܪܬܗ
ܡܐܢܫ . ܕܢܬܠ ܚܝܘܬܐ ܠܒܪܬܗ . ܘܒܐܘܪܚܐ
ܟܕ ܐܙܠ ܥܡܗ . ܝܗܒ ܐܣܝܘܬܐ ܠܐܢܬܬܐ .
ܕܟܪܝܗܐ ܗܘܬ ܘܩܪܒܬ . ܠܟܢܦܐ ܕܠܒܘܫܗ ܡܛܝܬ .
ܘܓܢܒܬ ܡܢܗ ܐܣܝܘܬܐ . ܘܟܪܝܗܘܬܐ ܩܫܝܬܐ ܥܪܩܬ
ܡܢܗ . ܠܡܕܒܪܐ ܢܦܩ ܘܚܙܐ ܠܟܦܢܐ .
ܕܡܬܟܦܢܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܠܚܡܐ . ܘܐܣܬܡܟ ܐܢܘܢ
ܥܠ ܥܣܒܐ . ܘܣܒܥ ܐܢܘܢ ܒܚܢܢܗ . ܒܐܠܦܐ
ܕܡܟ ܐܝܟ ܕܨܒܐ . ܘܩܡ ܝܡܐ ܥܠ ܬܠܡܝܕܐ .
ܘܩܡ ܗܘܐ ܘܟܐܐ ܗܘܐ ܒܓܠܠܐ . ܘܗܘܐ
ܢܘܚܐ ܣܓܝܐܐ . ܠܐܪܡܠܬܐ ܚܕܐ ܡܬܐܒܠܬܐ .
ܕܡܠܘܝܐ ܗܘܬ ܠܝܚܝܕܗ . ܒܐܘܪܚܐ ܕܩܒܪܐ
ܚܝܝܗ ܗܘܐ . ܘܝܗܒܗ ܠܗ ܘܚܕܝ ܠܒܗ .
ܠܓܒܪܐ ܕܣܡܐ ܘܚܪܫ . ܒܩܠܗ ܐܣܝܗ
ܡܠܟܘܬܐ . ܘܠܟܦܢܐ ܕܒܥ ܒܡܠܬܗ .

dives, multas possidens divitias, vellem eum invitare sicut tu fecisti, ut veniens mea bona benedicat. »

11. Quum desiisset loqui Satanas; respondit Simon hisce verbis: « A quo die ipsum prima vice vidi, nullum in eum vitium aspexi, sed pacem, concordiam, humilitatem, honestatem; ægrotos nulla accepta mercede sanat et dolores gratuito curat. Accedens et stans ad sepulcrum vocat defunctos qui ejus voci illico surgunt. Vocavit eum Jairus[1] ut vitæ redderet suam filiam, confidens eam ab eo ad vitam revocandam; dum esset in via cum eo, sanitatem restituit infirmæ mulieri, quæ fimbriam ejus vestimenti attigerat. Surripuit illa ab eo sanationem et morbus gravis ac molestus statim recessit ab ea[2]. Exivit in desertum, vidit ibi esurientes et famem eorum sedavit; jussit quippe eos super fœnum accumbere et in misericordia sua satiavit eos[3]. In navi dormivit ut voluit, mox mare intumuit adversus discipulos. Surrexit et increpavit fluctus et facta est tranquillitas magna[4]. Viduæ orbatæ quæ funus ducebat unigeniti sui in via sepulchri filium reddidit ad vitam revocatum, et cor ejus gaudio replevit[5]. Hominem cæcum et mutum sola voce ab

[1] *Marc.* V, 22, sqq.
[2] *Matth.* IX, 20, sqq.
[3] *Matth.* XIV, 15, sqq.
[4] *Matth.* XIV, 24, sqq.
[5] *Luc.* VII, 11, sqq.

[a] A. om. ܥܢܐ . . . ܕܚܙܝܬܗ ܒܦܪܨܘܦܗ .

[illegible]

[illegible]

[illegible]

infirmitate sanavit[1]; leprosos verbo mundavit; paralytico usum membrorum restituit[2]; cæci debilis et afflicti oculos aperuit et ille illico vidit[3]; aliis duobus qui deprecabantur eum mox oculos aperuit[4]. Sic a longe viri fama ad meas aures pervenit; idcirco vocavi eum ut rebus meis atque pecoribus benedictionem impertiretur.

12. Quibus auditis respondit Satanas Simoni : « Noli ab initio hominem laudare donec cognoveris ejus finem. Hucusque sobrius fuit et vino non indulsit. Si exeat e domo tua et cum meretrice non loquatur omnino honestus dicendus est et ab operantibus iniquitatem alienus. » Hæc Simoni Satanas fraudulenter locutus recessit et a longe stetit ut videret quid fieret.

Peccatrix et Simon.

13. Peccatrix, peccatis onusta, prorupit stans ad januam, manibus ad orationem intentis : « Fili optime, aiebat, qui propter salutem hominis in terram descendisti; ne occludas mihi januam tuam; vocasti quippe me et ecce veni, scio quod non opprimes me, aperi mihi portam misericordiæ tuæ, ut ingrediar ad te, Domine, et in te refugium inveniam contra Malum et exercitus ejus. Passer fui quem accipiter persequebatur et confugi ad nidum tuum; bos fui et læsit me jugum et post annos revertar ad te, inclina ad me jugum tuum,

[1] *Matth.* XXII, 22.
[2] *Matth.* IX, 2-7.
[3] *Joan.* IX, 1-8.
[4] *Matth.* XX, 30.

[a] A. [illegible]

[illegible]

Simon et Christus.

ut illi submissa laborem cum pecudibus tuis. » Hisce dictis multum flebat ad januam. Respiciens magister domus vidit meretricem eamque allocutus est sic exorsus : « Recede hinc, o meretrix, qui apud nos divertit vir honestus est et domestici ejus vitæ sunt integræ; non sufficit tibi, o meretrix, quod dehonestasti totum oppidum; fœdasti absque pudore honestos adolescentes; rapuisti orphanos absque verecundia; attraxisti et spoliasti mercatores, nullis impudicitiæ frenis impositis. Undenam cor tuum non sensit et odoratus tuus non odoratus est hunc virum honestum esse et domesticos ejus vitæ integræ? »

14. Quum loqui absolvisset Simon peccatrix respondit : « Utique ostii custos es, o occultorum cognitor, proponam rem in convivio et ab omni reprehensione immunis eris. Si quis voluerit ut ingrediar præcipiet mihi et ingrediar. » Illico occlusit Simon ostium et stans a longe attente observavit nec rem convivis proposuit. Occultorum autem cognitor Simoni innuit dicens : « Veni, Simon, habeo tibi aliquid dicere : Nemo-ne stabat ad ostium? Quisquis ille sit aperi ei et præbe ingressum : ut accipiat sibi necessaria et abeat. Si panem esuriat : ecce mensa vitæ in domo tua; si aquam sitiat : ecce fons benedictus in domo tua; si æger sit qui curari exquirat, ecce medicus magnus in domo tua; sine

[a] Quæ sequuntur desumpta sunt ex cod. B. Cod. A. quosdam tantum versus habet.

[illegible]

ut peccatores me intueantur quia propter eos me dimisi; non ascendam in domum cœlestem unde descendi, donec reducam ovem quæ a domo Patris erravit et in humeris meis eam portans in cœlum transferam. » Quum loqui absolvisset Jesus, respondit ei Simon : « Domine hæc mulier quæ stat ad januam, mulier est meretrix, polluta, non honesta, quæ a teneris annis libidini indulsit; tu vero vir honestus es et omnes ad te videndum accurrunt; si viderint te cum meretrice loquentem, omnes recedent a te et nemo amplius te salutabit. » Quum hæc dixisset Simon, respondit Jesus : Quisquis sit aperi illi ingressum et eris a reprehensione immunis. Si ejus flagitia multa sunt absque reprehensione præcipio tibi...

15. Accessit Simon, aperuit ostium et cœpit dicere cum reprehensione : « Age, ingredere meretrix ad tui similem; veni, ingredere, perfice tuas voluntates. » Peccatrix flagitiis plena prorupit, ad pedes Christi cecidit, et manus ad orationem implexit dicens : « Oculi mei qui fuerunt veluti canales indesinenter irrigantes, hodie abluunt pedes illius qui currit post peccatores, et hodie capilli in cincinnos detorti a pueritia usque nunc, ne moleste feras ut abstergant sanctum hoc corpus :

[a] Hucusque ex cod. B. — [b] A. add. [illegible] — [c] B. [illegible] — [d] B. [illegible]

ܗܠܝܢ ܡܠܠܬ[a] ܚܛܝܬܐ . ܥܡ ܝܫܘܥ ܒܒܟܝܐ
ܪܒܐ . ܘܫܡܥܘܢ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܢ ܪܘܚܩܐ . ܕܢܚܙܐ
ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗ . ܗܘ ܕܝܢ ܝܕܥ ܟܣܝܬܐ .
ܪܡܙ ܠܗ ܠܫܡܥܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܠܟ ܫܡܥܘܢ
ܗܐ ܐܡܪ ܐܢܐ[b] . ܐܝܟ ܚܫܒܬܐ ܗܘܬ ܠܟ[c] .
ܥܠ ܗܕܐ ܚܛܝܬܐ . ܒܗ ܒܪܥܝܢܟ ܐܬܚܫܒܬ .
ܘܒܗ ܠܟ ܒܢܦܫܟ ܐܡܪ ܗܘܝܬ[d] . ܕܩܪܝܬܗ
ܠܗܢ ܓܒܪܐ . ܘܗܐ ܡܢܟܦܐ ܠܗ ܚܛܝܬܐ[e] .
ܩܪܝܬܗ ܕܢܒܪܟ ܩܢܝܢܝ . ܘܗܐ ܡܓܦܦܐ ܠܗ
ܚܛܝܬܐ[f] . ܬܪܝܢ ܚܝܒܐ ܗܘܘ ܫܡܥܘܢ . ܠܚܕ
ܡܪܐ ܕܡܘܙܦܘܬܐ . ܚܕ ܚܝܒ ܗܘܐ ܚܡܫ
ܡܐܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܚܡܫܝܢ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܪܐ
ܚܘܒܐ . ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܡܦܪܥ ܠܬܪܝܗܘܢ . ܐܫܒܩ
ܗܘܐ ܡܪܐ ܚܘܒܐ . ܘܫܒܩ ܚܘܒܬܐ ܠܬܪܝܗܘܢ .
ܐܝܢܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܦܐܐ . ܕܢܕܥ ܛܝܒܘ ܩܒܝܠ .
ܗܘ ܕܐܫܬܒܩ ܠܗ ܚܡܫܡܐܐ . ܐܘ ܗܘ
ܕܐܫܬܒܩ ܠܗ ܚܡܫܝܢ . ܟܕ ܝܫܘܥ ܗܠܝܢ
ܐܡܪ . ܠܫܡܥܘܢ ܒܗܠܝܢ ܡ̈ܠܘܗܝ . ܘܗܘ
ܕܐܫܬܒܩ ܠܗ ܣܓܝܐܐ . ܦܐܐ ܕܢܕܥ ܛܝ
ܒܘ . ܟܕ ܝܫܘܥ ܗܠܝܢ ܐܡܪ . ܕܐܢܬ ܚܝܒ
ܐܢܬ ܣܓܝܐܐ . ܘܗܕܐ ܐܢܬܬܐ ܙܥܘܪܐ ܚܘ̈ܒܝܗ .
ܗܐ ܠܒܝܬܟ ܥܠܠܬ . ܘܡܝܐ ܠܪ̈ܓܠܝ
ܠܐ ܝܗܒܬ . ܘܗܕܐ ܕܐܡܪܬ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ .
ܡܢ ܛܠܝܘܬܗ . ܒܕܡ̈ܥܝܗ ܪ̈ܓܠܝ
ܐܫܝܓܬ . ܘܒܣܥܪܗ ܫܘܝܬ[g] ܐܢܝܢ . ܠܐ
ܠܗ ܕܐܫܒܘܩ ܫܘܒܩܢܐ . ܟܕ ܠܐ ܢܫܬܒܩ

os quod osculatum est impudicos ne renuas osculari corpus illius qui flagitia et peccata dimittit. » Hæc dixit peccatrix ad Jesum cum fletu magno. Simon autem stabat a longe ut videret quid fieret. Qui autem occulta novit innuit Simoni dicens : « Simon dicam tibi quid cogitabas de ista meretrice. In mente tua hæc cogitabas et intra te dicebas : Vocavi hunc virum honestum et ecce confabulatur cum meretrice, vocavi eum ut benediceret mea bona et ecce impudica mulier eum amplexatur. Simon, duo debitores erant uni fœneratori : unus debebat denarios quingentos et alter quinquaginta. Videns autem fœnerator utrumque nihil habere unde redderent remisit utrique debitum, quis ex illis majores habere debet gratias, an is cui quingenta vel is cui quinquaginta remissa fuerunt. Quum hæc dixisset Jesus respondit Simon hisce verbis : « Is cui quingenti remissi fuerunt majores habere debet gratias. » Respondens Jesus sic locutus est : « Tu debes quingentos et hæc mulier quinquaginta. Ecce intravi in domum tuam et aquam pedibus meis non dedisti, et, illa quam meretricem inde ab adolescentia esse dixisti, lacrymis suis lavit pedes meos et capillis suis abstersit eos. An oportet, o Simon, ut eam absque condonatione dimittam?

[a] B. ܐܡܪܬ ܒܥܘܬܗ . ܚܕ ܗܘ ܝܫܘܥ ܠܘܬܗ. — [b] B. ܕܠܐ ܗܕܐ ܫܡܥܘܢ ܐܡܪ ܠܟ. — [c] Hic versus ex cod. B. — [d] B. om. hunc versum. — [e] A. ܘܗܐ ܡܓܦܦܐ ܠܗ ܙܢܝܬܐ. — [f] Ex cod. B. — [g] B. ܫܘܝܬ et addidit duos versus qui sequuntur.

ܢܡܘܣܐ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܝ.
ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܠܗ̇ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܙܠܝ ܐܢܬܬܐ
ܫܒܝܩܝܢ ܚܛܗܝܟܝ. ܘܡܚܝܐ ܗܘ ܟܠܗ̇
ܣܟܠܘܬܐ*. ܡܢ ܗܫܐ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ. ܠܢ
ܕܝܢ ܢܬܠ ܠܢ ܡܪܝ. ܕܢܫܡܥ ܩܠܐ ܗܢܐ.
ܕܬܘ ܒܪܝܟܘܗܝ ܕܐܒܝ. ܐܬܘ ܐܬܪܘ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܡܛܝܒܐ. ܠܟܠ ܡܢ ܕܥܒܕ ܨܒܝܢܝ. ܘܢܛܪ
ܦܘܩܕܢܝ. ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܥܠܝܢ
ܚܢܢܐ. ܒܟܠܙܒܢ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ܀

Amen, amen dico tibi, describo eam in Evangelio : *Vade mulier, remittuntur tibi peccata tua* et deletæ sunt universæ stultitiæ tuæ ex nunc et usque in sæculum. Nobis vero concedat Dominus audire hanc vocem : « *Venite benedicti Patris mei,* possidete regnum paratum omnibus qui faciunt voluntatem meam et servant omnia mandata mea. » Ipsi gloria, nobis autem misericordia in omni tempore. Amen, amen.

* Explicit cod. A.

MONITUM

IN SEQUENTES SERMONES.

Qui sequuntur S. Ephræmi *Sermones in hebdomadam sanctam, diem resurrectionis, et dominicam novam,* descripti sunt e codice parisiensi 196 sæculi XIV, collato codice 189 ex præcedenti manu, ut videtur, Renaudotii descripto. Iidem sermones exstant etiam in cod. 200, ab Abdul-Ahad-Ben-David Amidensi Parisiis exaratus anno 1692. Ex hoc codice varias lectiones apposui quas indicavi littera B. Hoc etiam utilitatis præbuit iste codex ut nonnullæ voces quæ in duobus codicibus præcedentibus vel deficiebant, vel amplius legi non poterant suppleri potuerint. Tres hos codices describit Zotenberg, *Catalogue des manuscrits syriaques et sabéens de la Bibliothèque nationale.* Paris 1874, p. 131, 143, 200. Omnes isti sermones metrice versibus heptasyllabis exarati sunt. Versus punctis distinguuntur. Primus veluti introductio est agens de Christo et Ecclesia; secundus agit de unctione Christi in Bethania, *Matt.* XXVI, 6-13, et de præparatione paschæ, *Matt.* XXVI, 17-19; tertius de lavatione pedum et proditione Judæ, *Joan.* XIII, 4-11; quartus de motivo cur Jesus lavit pedes et de institutione Eucharistiæ, *Joan.* XIII, 12, sqq.; *Matt.* XXVI, 16, sqq.; quintus et sextus de passione et morte Christi; septimus de resurrectione; octavus de apparitione ad Thomam.

ܕܩܕ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܥܠ ܚܫܘ
ܕܦܪܘܩܢ ܕܒܒܣܪ ܕܥܠ ܟܠܗ
ܫܒܘܥܐ ܩܕܝܫܬܐ :

SANCTI EPHRÆMI SERMONES

DE SALVATORIS NOSTRI PASSIONE IN CARNE PRO TOTA HEBDOMADA SANCTA.

I.

ܡܘܬܒܐ ܕܪܡܫܐ ܕܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ .

[illegible Syriac text]

PRIMO AD VESPERAM[1]
FERIÆ SECUNDÆ HEBDOMADIS PASSIONIS.

Evangelium a Simone et apostolis prædicatum.

1. In universum mundum exierunt fortissimi præcones qui creaturis prædicarunt Jesum et venisse et venturum esse. Ab electa urbe Jerusalem incipientes duodecim veritatis præcones prædicarunt ubique, auditumque est usque in fines terræ Deum in terram descendisse et in cœlum rediisse. Nec regum nec sævorum tyrannorum metus divos præcones impedivit ne in regalibus oppidis proclamarent Jesus esse regnum et dominationem. Ingens erat vox præconum et sonitu tubarum fortior, quando coram regibus proclamabant regem regum ipsis datum esse. Divus præco Simon ex urbe Roma alta voce prædicabat : « Dominus meus, Deus meus et Magister meus ille est qui reges subvertit : » Reponebant ei : « Occisus est Magister tuus, quomodo reges subvertere potest? Sepultus est Deus tuus, quis constituit eum

[1] ܢܓܗ *nogah* vel *nagah*, a ܢܓܗ *illuxit*, eam designat officii divini partem apud Jacobitas, Syros unitos et Maronitas quæ alio vocabulo ܪܡܫܐ *vespera* appellatur (Cfr. *Officium feriale juxta ritum Syrorum*. Romæ, 1853 p. ܠܐ, ܠܒ, ܣܕ, ܣܗ; *Officium feriale juxta ritum ecclesiæ Syrorum Maronitarum*. Beryti, 1877 p. 1, 82, 149, 217, 290). Hæ autem sunt horarum canonicarum partes apud Syros supra recensitos : ܪܡܫܐ *vespera* ; ܣܘܬܪܐ *Sutara*, respondens completorio Latinorum; ܬܫܡܫܬܐ ܕܠܠܝܐ *Officium noctis*, in plures ܩܘ̈ܡܐ *sessiones* distributum, quod nos *Matutinum* appellaremus; ܨܦܪܐ *Matutinum* pro quo *Laudes* recitamus; denique ܬܫܡܫܬܐ ܕܬܠܬ ܫܥܝ̈ܢ, ܕܫܬ ܫܥܝ̈ܢ, ܕܬܫܥ ܫܥܝ̈ܢ *Officium horæ Tertiæ, Sextæ, Nonæ*.

Dominum Deorum nostrorum? Ubinam est opulentia tua ut sis ejus legatus? Qua exornaris pompa ut sis ejus præco? »

2. Suis interrogatoribus replicabat Simon objecta dissolvens : « Quod objicitis occisum esse meum magistrum, vos potius interempti estis qui Christum ignoratis unde sit et cujus filius. Existit quippe ab æterno apud Patrem. Volente autem sua majestate, e cœlo in terram descendit. Occisus propter nos omnes victima fuit quæ nos reconciliavit Patri suo in homines irato. Mortuus est et sua morte vivificavit omnes homines in flagitia delapsos. Ipsum vivere testatur ejus sepulchrum , ressuscitatum testantur angeli. Legite prophetas et discetis quomodo venit et natus est. Rursus versate libros eorum et edocebunt vos de morte ejus. Scrutamini diligenter eorum scripta et erudiemini de ejus resurrectione. Ego autem præconum ejus caput proclamo et credo eum vere esse Dominum meum, meque ejus servum. Qui eum provocare audet confundetur.

Jesus regibus comparatur.

3. « Ad illud autem quod de opulentia objicitis repono : regibus vestris ditior sum et vobis opulentior; meus principatus vestras dignitates superat; honor vester honori meo cedit; sapientia vestra stultitia est mihi; et hæc omnis mea inopia thesauris vestris ditior est. Dominus meus quum infans natus est omnium infantium plasmator erat. Ipse sibi

ܗܘܳܐ ܦܰܓܪܳܐ . ܘܗܘܳܐ ܒܰܛܢܳܐ ܕܠܳܐ ܙܰܪܥܳܐ . ܘܗܘܳܐ
ܙܰܪܥܳܐ ܠܢܰܦܫܶܗ ܘܶܐܬܓܰܒܰܠ . ܡܶܢ ܫܽܘܚܳܢܳܐ
ܕܪܽܘܚܶܗ . ܢܦܰܩ ܗܘܳܐ ܓܰܒܪܳܐ ܠܒܰܛܢܶܗ . ܕܓܰܒܪܳܐ
ܪܽܘܚܳܐ ܗܽܘ ܣܰܒܪܶܗ . ܡܰܢܽܘ ܡܰܠܟܳܐ ܕܐܰܝܟ
ܗܳܢܳܐ : ܐܘ ܒܰܪ ܡܰܠܟܳܐ ܕܢܶܫܘܶܐ ܠܶܗ . ܕܗܳܐ ܠܳܐ ܥܒܰܕ
ܙܘܳܚܳܐ ܠܒܪܶܗ : ܘܠܳܐ ܦܽܘܡܪܳܢܳܐ ܠܡܰܘܠܕܶܗ .
ܡܰܠܰܐܟܶܐ ܕܢܽܘܪܳܐ ܘܪܽܘܚܳܐ . ܩܳܥܶܝܢ ܕܡܰܠܟܳܐ ܐܶܬܺܝܠܶܕ .
ܠܳܐ ܩܪܳܐ ܠܟܽܠ ܐ̱ܢܳܫ . ܕܢܶܐܬܶܐ ܢܶܒܪܽܘܟ ܘܢܶܣܓܽܘܕ
ܠܶܗ . ܘܡܶܢ ܗܳܟܺܝܠ ܐܰܝܟ ܪ̈ܚܺܝܩܶܐ . ܘܐܬܘ ܩܪܒܘ
ܠܶܗ ܩܽܘܪ̈ܒܳܢܶܐ . ܐܰܝܢܳܘ ܡܰܠܟܳܐ ܐܘ ܒܰܪ ܡܰܠܟܳܐ :
ܐܘ ܚܰܕ ܡܶܢ ܐܰܠܳܗܰܝܟܽܘܢ . ܕܠܳܐ ܢܶܣܬܢܶܩ ܠܘܳܬ
ܡܶܐܟܽܘܠܬܳܐ : ܘܢܶܗܘܶܐ ܒܫܰܠܝܳܐ ܕܠܳܐ ܫܶܬܝܳܐ . ܐܰܝܟ
ܕܗܘܳܐ ܝܶܫܽܘܥ . ܕܠܳܐ ܡܶܐܟܽܘܠܬܳܐ ܘܫܶܬܝܳܐ :
ܐܰܪ̈ܒܥܺܝܢ ܝܰܘܡܺܝܢ ܒܡܰܕܒܪܳܐ : ܥܰܡ ܐܰܪ̈ܒܥܺܝܢ ܠܺܠܰܘ̈ܳܬܳܐ .
ܕܥܰܡ ܚܰܝ̈ܘܳܬܳܐ ܡܶܬܗܰܦܶܟ . ܟܰܕ ܒܳܪ̈ܟܳܢ ܘܣܳܓ̈ܕܳܢ
ܠܶܗ : ܘܡܫܰܒܚܺܝܢ ܗܘܰܘ ܠܶܗ ܥܺܝ̈ܪܶܐ : ܐܰܝܢ
ܕܚܝܠܐ ܐܟ ܕܐܕܝܪܐ : ܐܝܢܘ ܐܘܟܝܠ ܕܚܝܠܐ :
ܐܘ ܫܠܝܛܐ[a] ܥܙܝܙܐ : ܕܢܟܐ ܘܢܫܠܐ . ܝܡܐ
ܕܙܠܝܚ ܡܢ ܡܚܫ̈ܘܠܐ . ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܥܒܕ
ܗܘܐ : ܟܕ ܕܡܟ ܗܘܐ ܘܗܘܐ ܝܡܐ : ܘܟܕ
ܐܬܥܝܪܘܗܝ ܟܐܐ ܒܗ . ܘܫܠܐ ܘܥܒܪ ܡܢ
ܡܫܬܥܠܐ . ܡܢܘ ܡܢ ܡܠܟ̈ܘܗܝ ܕܐܪܥܐ : ܐܘ
ܡܢ ܟܠ ܫܠܝ̈ܛܢܘܗܝ . ܢܫܩܘܠ ܡ̈ܝܐ ܒܚܦܢܐ
ܘܢܥܒܕܝܘܗܝ . ܚܡܪܐ ܫܪܝܪܐ . ܐܝܟ
ܕܥܒܕ ܡܫܝܚܐ ܡ̈ܝܐ ܠܚܡܪܐ ܛܒܐ : ܘܡܣܗܕܝܢ

corpus adaptavit; absque semine conceptus sibi ipsi semen fuit; ex calore spiritus sui formatus est. Abfuit omnino vir a conceptu quem angelus Spiritus annuntiavit. Quis rex aut filius regis illi æquiparandus? Nullam quippe pompam duxit filio suo, nullam ipsi nascenti magnificentiam, et ecce ignei angeli spiritusque clamant regem natum esse. Neminem advocavit qui coram eo genuflecteret eumque adoraret, et illico qui procul dissiti erant venerunt et cum muneribus accesserunt ad eum. Quis est rex aut filius regis, imo quis ex diis vestris qui non indigeat cibo et absque potu maneat tranquillus ut Jesus qui per quadraginta dies et quadraginta noctes permansit in deserto cum feris, quæ procumbentes ipsum adorabant, dum angeli in cœlis et in terra ejus laudes celebrabant[1]? Quisnam est adeo potens et terribilis, adeo fortis et vehemens ut coercere valeat atque sedare mare fluctibus turgidum, quemadmodum fecit Christus? Dum enim ipse dormiret, mare ibat; mox vero ut excitaverunt eum increpavit mare quod illico tremebundum fluctus retraxit et quievit[2]. Quis ex regibus aut principibus terræ sumere possit pugillum aquæ et efficere verum vinum, ut fecit Christus quando aquam in vinum eximium convertit, ut testantur

[1] *Marc.* I, 13.

[a] Cod. 189. ܡܫܠܛܐ.

[2] *Matth.* VIII, 22-27.

ܒܩܛܢܐ ܐܝܬܝܢ : ܥܕܡܐ ܕܠܝܘܡܐ ܩܝ̈ܡܢ . ܡܢܘ
ܕܢܦܠ ܠܗܘܢ ܕܗܒܐ : ܐܝܟ ܒܪ̈ܘܡܐ * ܒܥ̈ܒܝܘܬܐ
ܘܢܬܠܐ ܠܗ ܟܟܪ̈ܐ ܕܟܣܦܐ : ܐܝܟ ܒܝܬ ܓܙ̈ܐ
ܕܒܡܕ̈ܝܢܬܐ . ܫܪܐ ܒܒܒܬܐ ܕܥܝܢܐ ܚܕܐ : ܠܣܡܝܐ
ܕܚܣܝܪ ܡܢ ܢܘܗܪܐ . ܐܝܟ ܝܫܘܥ ܕܒܛܝܢܐ
ܦܬܚ . ܘܦܬܚ ܗܘܐ ܥܝ̈ܢܝ ܣܡ̈ܝܐ . ܠܥܘܝܪ̈ܐ
ܝܗܒ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ . ܘܡܢ ܥܦܪܐ ܥܒܕ ܙܟܘܬܐ :
ܡܢܘ ܐܚܪܢܐ ܕܐܝܟ ܝܫܘܥ . ܐܬܐ ܐܚܝܝ ܡܝ̈ܬܐ ,
ܐܘ ܡܢܘ ܕܐܝܟ ܗܢܐ . ܐܟܘܬܗ ܙܕܩ ܚܛܝ̈ܐ ,
ܡܢܘ ܡܡܬܘܡ ܚܣ ܥܠ ܐܢܫܐ : ܐܝܟ ܝܫܘܥ
ܕܐܣܝ ܐܢܫ̈ܐ : ܠܡܫܪܝܐ ܐܘܩܡ ܡܫܪܝܐ ,
ܘܠܣܡܝܐ ܚܙ̈ܝܐ ܝܗܒ ܠܗ : ܠܡܝܬܐ ܢܦܫܗ
ܦܢܝ ܠܗ . ܘܠܕܝܘܢܐ ܫ̈ܐܕܐ ܐܦܪܩ ܡܢܗ : ܠܚܪܫܐ
ܐܕ̈ܢܘܗܝ ܦܬܚ ܠܗ : ܘܠܫܬܝܩܐ ܫܪܐ ܠܫܢܗ :
ܠܟܪ̈ܝܗܐ ܐܚܠܡ ܡܢ ܟܘܪ̈ܗܢܐ : ܘܠܡܫܬܪܝܐ ܕܕܡܐ
ܝܒܫ . ܠܐܠܦ̈ܝܢ ܒܡܕܒܪܐ ܣܒܥ ܗܘܐ : ܡܢ
ܠܚܡܐ ܩܠܝܠ ܕܣܓܝ . ܠܢܘ̈ܢܐ ܐܘܪܒ ܘܦܫܛ .
ܘܠܠܚܡܐ ܕܐܘܪܒ ܐܣܦܩ : ܡܝ̈ܐ ܠܚܡܪܐ ܫܚܠܦ
ܗܘܐ : ܘܠܡܝܬܐ ܕܣܪܝ ܐܚܝܝ . ܠܓܠ̈ܠܐ
(ܠܓܠ̈ܠܐ) ܕܝܡܐ ܟܒܫ ܗܘܐ ܘܒܪ̈ܓܠܘܗܝ ܥܠܝܗܘܢ
ܗܠܟ ܗܘܐ .

Quis sit Jesus.

ܒܪܝܟ ܡܠܟܐ ܕܗܠܝܢ ܕܝܠܗ : ܪ̈ܘܪܒܬܐ
ܘܙܥܘܪ̈ܬܐ : ܠܬܫܒܘܚܬܗ ܗܠܝܢ ܢܨܝ̈ܚܐ .

hydriæ sex in Cana usque hodie servatæ[1]? Quisnam, etiamsi coacerventur illi auri acervi densissimi aut pendantur tot argenti libræ quot arcium thesauri continent, poterit vel minimam aperire pupillam cæco luce orbato, sicut fecit Jesus qui luto oculos cæci aperuit[2], et ita cæcis lumen reddens ex pulvere triumphum sibi paravit? Quis alius, ut Jesus, venit mortuos ad vitam revocare? aut quis, ut ille, peccatores justificavit? Quis unquam hominum misertus est, ut Jesus, qui homines sanavit, paralyticum curavit[3], cæco visum restituit[4], mortuo animam reduxit[5], e dæmoniaco dæmones expulit[6], surdo aures aperuit[7], muto linguam solvit[8], ægrotos a morbis liberavit, fluxum sanguinis siccavit[9], hominum millia in deserto satiavit parum panis multiplicando, pisces majores et ampliores reddendo, et panem sufficientem producendo[10], qui aquam in vinum convertit[11], mortuum jam fœtentem ressuscitavit[12], fluctus maris compescuit et pedibus super eos ambulavit[13]? »

4. Benedictus rex, cujus hæc sunt magna et parva! In ejus gloriam sint præclara hæc gesta, in

[1] *Joan.* II, 1-11.
[2] *Joan.* IX, 6.
[3] *Matth.* IX, 2-7.
[4] *Marc.* VIII, 22.
[5] *Luc.* VII, 11.
[6] *Matth.* XII, 22.
[7] *Marc.* VII, 32.
[8] *Matth.* IX, 32.
[9] *Matth.* IX, 20.
[10] *Matth.* XIV, 15-21.
[11] *Joan.* II, 1-11.
[12] *Joan.* XI.
[13] *Matth.* XIV, 24-31.

* Cod. 189. ܒܥܒܝܘܬܐ ܘܢܬܠܐ ܠܗ ܟܟܪ̈ܐ .

[illegible]

ejus laudem hæ actiones! Qui Dominum amat ejus gesta diligit, et qui Deum confitetur ejus miracula stupens miratur. Det creatura creatori laudem propter omnia sua opera. Agnoscat figmentum factorem suum et Domino serviat. Nemo prævaricator sit, odit enim Deus prævaricatores. Homo rex factus fiduciam in sua potestate non reponit; sciat homo se sub potestate esse regis regum, qui reges solvit et dominantium dominator existit. Supra omnes principes unus est Jesus salvator noster, qui sedet a dextris Patris. Ipse est Verbum Patris sui, magna virtus ejus et brachium; ipse ex alto in terram descendit et deinde in cœlum rediit. Descendit absconditus, ascendit revelatus; descendit ut Verbum, ascendit ut corpus. Descendit et ascendit pro sua voluntate. Benedictus qui ita juxta suam potestatem agere potuit! Homines obstupescant, mortales mirentur dispensationem divinæ gratiæ quæ ita demisit se ut veniret ad nos. Benedictus qui in bonitate sua ex magno misericordiæ mare vitam nobis largitus est! Filius Dei Deus est et Deus de Deo, ipse descendit de cœlo, in terris conversatus est et accinxit se virtute prædicationis. Ignis comburens qui descendit ros factus est hominibus; Igneus operuit flammam suam; Vehementissimus compescuit se; nec vox ejus ut tonitru resonavit nec velocitas fulgura emisit. Tremen-

[a] Cod. 180, [illegible]. — [b] A. [illegible].

[illegible]

Una in Christo persona, duæ operationes.

dus occultavit suam majestatem; et Vehemens suam vehementiam. Totus in cœlo est et totus in terra versatur. Ubi eum in cœlo aspicis nihil ei simile apparet, et ubi eum in terra invenis, homo simplex tibi videtur. Si oculos ad dextram dirigas, ecce millia millium coram eo, et myriades myriadum angelorum ministrantes in conspectu ejus, dum Seraphim Vigilesque innumeri clamant ei : « Sanctus, sanctus. » Si illico consideras eum in terra, ecce circumscribitur ut homo, ecce *vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos,* et ille qui est Filius Dei *locum non habet ubi caput reclinet*[1]. Ubinam enim se abscondisset qui omnes tegit creaturas? ubinam caput reclinasset illa columna quæ orbem sustinet, quæ dextra et sinistra terram cœlumque tenet, quæ abyssum mundumque universum pugillo suo includit?

5. Sapientes, ne elanguescite ab audienda ejus doctrina assidue; sitis omnes sani et confessione et fide, ut in die festo oblationibus laudis placeamus Domino festi. Obtulit Noe suam innocentiam et Abel suam puritatem, eos imitemur, et offeramus creatori hostias laudis. In eis magnificavit suam virtutem, in nos suam misericordiam multiplicavit; illos in eorum sæculis exaltavit, nos in novissimis temporibus. Amavit antiquos in mysterio et omnia sua sacra-

[1] *Matth.* VIII, 20.

[2] Cod. 189. [illegible] .

ܒܪ̈ܝܬܐ : ܘܟܠ ܢܘܗܪܐ ܐܠܦ ܐܢܘܢ . ܘܡܢ
ܕܝܕܥܘܗܝ ܐܚܪ̈ܝܐ ܠܒܣܘܦܐ : ܓܠܐ ܫܪܪܗ ܘܗܝܡܢܘ
ܗܘܘ ܒܗ . ܒܪܝܟ ܦܘܪܢܣܐ ܕܛܝܒܘܬܗ .
ܕܥܠ ܩܕܡܝ̈ܐ ܘܐܚܪ̈ܝܐ : ܢܫܒܚ ܠܗ ܡܟܝܟܘܬܗ ܀
ܕܠܐ ܢܫܬܘܩ ܡܪܚܡܢܘܬܗ . ܕܗܘ ܓܝܪ ܨܒܐ ܕܢܗܘܐ
ܒܪܢܫܐ : ܘܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܢܣܒ ܠܗ .
ܬܪ̈ܬܝܗܝܢ ܥܒܕ ܒܐܪܥܐ : ܕܐܠܗܐ ܘܕܒܢܝ̈ܢܫܐ .
ܗܘ ܚܕ ܥܒܕ ܗܘܐ : ܡܪܘܬܐ ܘܥܒܕܘܬܐ :
ܐܠܗܝܬ ܐܢܫܝܬ ܀ ܐܝܟ ܦܬܓܡܗ ܕܐܫܥܝܐ .
ܐܬܝܠܕ ܥܡܢܘܐܝܠ ܀ ܘܥܠ ܠܐܘܪܫܠܡ ܪܟܝܒ ܥܝܠܐ
ܕܙܟܪܝܐ . ܘܫܪܟܐ ܕܢܒܝ̈ܐ ܒܥܒܕܐ ܫܡܠܝ
ܦܬܓܡܐ ܀ ܕܢܝܐܝܠ ܗܘ ܡܣܟܝܐ ܗܘܐ .
ܕܢܦܫܘܩ ܡܘܬܗ ܘܫܡܗ . ܡܫܝܚܐ ܠܡ ܕܐܬܐ
ܘܡܐܬ ܘܡܬܩܛܠ ܒܡܘܬܗ ܠܡܘܬܐ[a] . ܘܗܠܝܢ
ܟܠܗܝܢ ܕܗܘܝ ܘܐܫܬܠܡ ܣܗܕܐ ܥܕܬܐ
ܒܥܐܕ̈ܝܗ . ܕܐܠܘ[b] ܠܐ ܗܘܝ ܘܐܫܬܠܡ :
ܚܕܐ ܚܕܐ ܟܠܗܝܢ ܕܟܬܝܒܢ . ܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܥܠܬܐ
ܠܥܕܬܐ : ܕܠܗ ܥܐܕ̈ܐ ܠܡܥܒܕܘ .

ܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܒܟܠ ܕܘܟ̈ܝܢ ܀ ܥܐܕ̈ܐ ܥܒܕܐ
ܘܥܐܕ̈ܥܐܕ̈ܐ : ܕܡܪܢ ܫܪܪ ܫܬܐܣܘܬܗ . ܘܒܕܡܗ
ܒܢܗ ܗܘܐ ܘܐܬܥܠܝ . ܠܗܝ ܩܕܡܝܬܐ ܦܪܩ
ܡܪܢ . ܦܪܩ ܘܐܦܩܗ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܕܩܥܝܐ
ܠܗ ܒܕܡܥܐ ܕܢܦܪܩܝܗ . ܘܡܢ ܕܦܪܩܗ ܟܦܪܬ
ܠܗ ܒܗ . ܘܗܝ ܐܝܟܐ ܕܡܪܕܘܬܐ : ܗܘܬ

menta eos docuit; quum autem recentiores agnovissent eum, tandem revelavit veritatem suam et crediderunt. Benedicta sit benefica sua in antiquos et in recentiores Providentia! Ita prædicemus ejus humilitatem ut non taceamus ejus misericordiam. Quandoquidem homo fieri et formam servi assumere voluit, utraque in terris peregit: nempe quæ Dei sunt et quæ sunt hominis. Ipse unus exercuit et divinum dominatum et humanam servitutem. Natus est Emmanuel[1] juxta Isaiæ vaticinium[2]; asino vectus Jerusalem ingressus est et oraculum Zachariæ adimplevit[3]. Cetera prophetarum oracula opere complevit. Daniel expectabatur qui explicaret ejus mortem et nomen, prædicendo Christum venturum, moriturum et nece sua occisurum mortem[4]. Hæc omnia evenisse gestaque fuisse testis est Ecclesia in suis solemnitatibus. Quod si non evenissent nec adimpleta fuissent quæcumque scripta sunt, nullam habuisset Ecclesia rationem festa peragendi.

Ecclesia comparatur cum synagoga.

6. Magna nostra Ecclesia ubique locorum celebrat festa et solemnitates, quia Dominus firmavit ejus fundamenta et in sanguine suo eam fundavit; deinde elevatus est. Dominus liberavit et eduxit ex Ægypto priorem synagogam, quæ ad eum cum fletu clamabat donec liberaretur, liberata autem abne-

[1] Deus nobiscum.
[2] *Is.* VII, 14.
[3] *Zach.* IX, 9.
[4] *Dan.* IX.

[a] A. forte pro ܘܗܠܝܢ habet ܘܠܝ. — [b] Cod. 180. ܐܠܐ ܕܠܘ.

ܒܙܢܝܐ ܘܐܣܝܬܐ. ܗܘܬ ܣܢܝܬܐ ܡܓܝܪܬܐ
ܘܙܢܝܬ ܛܒ ܚܢܦܬܐ. ܗܘܬ ܝܠܕܬ ܒܢܝܐ.
ܡܡܪܡܪܢܝܬܐ ܡܬܦܢܩܬܐ. ܐܟܠܐ ܘܡܬܪܓܓܐ ܡܢܐ:
ܠܚܡܐ ܕܟܝܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܟܕ ܐܟܠܬܗ ܘܣܒܥܬܗ:
ܠܬܘܡܐ ܥܠܝܒܐ ܢܦܫܗ. ܘܒܨܠܐ ܘܟܪܬܐ
ܐܬܕܟܪܬ: ܒܪܝܚܗܘܢ ܣܢܝܐ ܪܓܬ. ܘܐܝܟ
ܪܓܬܗ ܗܘܬ ܡܥܒܕܢܘܗ. ܕܡܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ
ܘܥܒܕܘܗܝ. ܣܪܝܚܝܢ ܐܦ ܥܝܕܘܗܝ. ܣܓܝ
ܥܠ ܕܚܠܢܘ ܢܣܪܝܢ. ܣܪܝܚ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ
ܒܗܘܢ: ܡܢ ܗܝ ܐܡܬܐ ܕܥܠܝܗ ܢܣܦܩ.
ܣܓܝ ܠܢ ܕܢܐܡܪ ܕܣܪܝܚ (ܐܝܟ ܬܘܡܐ): ܘܠܐ
ܢܣܒܝ ܪܝܚܐ ܕܒܨܠܐ. ܘܦܫܛ ܪܝܚܐ ܕܒܨܠܐ
ܡܢ ܗܘܦܐ ܕܦܘܡܗ ܘܟܪܬܐ. ܟܢܘܫܬܐ
ܕܐܝܣܪܝܠ ܟܠܗ. ܠܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܗܘܬ ܡܢ
ܫܘܪܝܗ. ܠܢܒܝܐ ܘܡܪܐ ܕܢܒܝܐ ܪܕܦܬ ܐܠܨܬ
ܐܦ ܩܛܠܬ. ܘܚܠܦ ܕܐܬܦܩܕܬ ܠܡܘܕܝܘ ܠܗ.
ܣܓܕܬ ܠܥܓܠܐ ܘܐܬܟܬܫܬ ܠܗ. ܐܬܐ ܒܪܐ ܠܘܬ
ܘܒܕܩ ܠܗ. ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܟܝ.
ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܕܐܡܪ ܠܗ: ܙܩܦܬ ܨܠܝܒܐ
ܘܙܩܦܬܗ. ܫܒܩܗ ܠܐܡܬܐ ܕܐܬܡܪܕܬ.
ܘܦܩܪ ܫܒܩܗ ܡܢ ܒܝܬܗ. ܘܐܙܡܢ ܥܕܬܐ
ܪܗܛܬ ܒܚܘܒܐ: ܘܗܝ ܐܬܟܬܒܬ ܥܡܗ. ܘܟܬܒ
ܠܗ ܦܢܩܝܬܐ ܕܝܪܬܘܬܐ: ܘܚܬܡܗ ܠܗ
ܒܕܡܗ ܒܪܐ. ܘܣܡܘ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܐܝܕܝܗܘܢ:
ܘܐܫܪܬ ܐܝܟ ܡܘܡܬܐ. ܐܦ ܗܝ ܐܫܬܪܪܬ
ܠܗ: ܕܠܐ ܬܦܪܘܫ ܡܢܗ ܠܥܠܡ. ܗܘܬ ܟܠܗ

gavit eum. Unde effecta est ancilla infamis, adultera, scortatrix, turpiter ethnica quæ filios peperit pervicaces; facta est delicatior in deserto, infidelis, murmuratrix, quæ manducabat mannam; panem de cœlo purum, usque ad satietatem, et postquam manducavit et satiata fuit, allium mannæ prætulit et cæparum porrorumque memor gravem eorum odorem cupivit. Pravo huic desiderio similes fuerunt ejus actiones, fœtidi fuerunt ejus mores. De ista ancilla reproba sufficiat nobis dicere; quod omnes ejus actiones gravius olent quam allium quod amavit. Elige tibi cæparum odorem potius quam fœtorem vultus illius; suavior est odor porrorum quam halitus morum ejus. Tota Israelis synagoga ab initio infidelis fuit, prophetas et ipsum prophetarum Dominum persecuta est, oppressit, occidit. Pro eo quod jussa erat verum Deum confiteri conflavit vitulum ipsumque adoravit. Venit Filius et declaravit ei : « Ego sum Christus rex tuus. » Propter hoc verbum synagoga crucem erexit crucique eum affixit. Idcirco Filius dereliquit ancillam rebellem, eam e domo sua ejecit, et vocavit Ecclesiam, quæ conversa annuit et invitata cum amore ad eum cucurrit adscripsitque se ei in filiam. Filius igitur schedulam hæreditatis sanguine suo Ecclesiæ conscripsit, et manum apposuerunt angeli. Quod cum firmasset juramento, Ecclesia vicissim se obstrinxit ut non deficeret ab eo unquam.

ܠܣܘܦܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ ܀ ܒܝܬ ܓܘܣܐ ܠܟܠ
ܚ̈ܛܝܐ ، ܘܡܒܘܥܐ ܢܒܥܝܢ ܚܘ̈ܣܝܐ ،

ܥܕܬܐ ܩܒܠܬ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܀ ܕܠܡܐܣܪ
ܘܠܡܫܪܐ ܒܫܡܝܐ . ܚܬܢܐ ܝܗܒ ܠܗ̇ ܩܠܝܕܐ :
ܕܬܪ̈ܥܝ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܟܠ ܕܩܢܐ ܡܪܢ
ܕܟܠܬܗ ܝܗܒ ܘܫܠܛܗ̇ ܥܠ ܓܙ̈ܘܗܝ ، ܡܠܟ̈ܐ
ܣܢܝܩܝܢ ܠܥܘܬܪܗ̇ ؛ ܕܠܗ̇ ܗܘܘ ܝܗܒܝܢ
ܡܥܣܪ̈ܐ ، ܘܪ̈ܝܫܝܗܘܢ ܟܪܥܝܢ ܩܕܡܝܗ̇ :
ܘܡܟܝܟܝܢ ܠܐܝܩܪܗ̇ ܐܝܩܪ̈ܝܗܘܢ . ܒܗ̇ ܗܝ ܥܕܬܐ
ܡܫܒܚܬܐ : ܩܝܡܐ ܐܝܩܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܘܒܟܘܪܣܝܗ̇ ܕܝܠܗ̇ ܝܬܒܝܢ : ܡܠܐܟܐ ܘܟܗܢܐ
ܐܟܚܕ ؛ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܒܓܘܗ̇ . ܩܝܡܝܢ
ܟܗ̈ܢܐ ܘܣܪ̈ܦܐ . ܚܠܦ ܗܘ ܡܢܐ ܕܐܟܠܬ
ܗ̇ܝ ܐܡܬܐ ܡܬܚܪܝܢܝܬܐ . ܝܗܒ ܡܪܝܐ ܠܥܕܬܐ
ܦܓܪܗ : ܘܕܡܗ ܟܣܐ ܕܦܘܪܩܢܐ : ܕܠܗܘܢ
ܕܐܟܠܝܢ ܐܦ ܠܗ ܢܫܬܘܢ ܀ ܒܢ̈ܝܗ̇ ܘܡܫܬܝܢ
ܕܥܕܬܐ ܘܢܚܘܢ . ܚܠܦ ܗܘ ܚܘܛܪܗ ܕܡܘܫܐ :
ܕܠܟܢܘܫܬܐ ܡܣܒܪ ܗܘܬ : ܗܐ ܨܠܝܒܐ ܨܠܝܒ
ܐܝܩܪܐ . ܓܦܘ̈ܗܝ ܒܝܬ ܩܘܕ̈ܫܐ ܦܪ̈ܝܣܢ
ܘܡܓܢܢ ܥܠ ܣܓܘ̈ܕܘܗܝ . ܘܡܓܢܢ
ܠܡܘܕܝ̈ܢ ܒܗ . ܘܡܢܐ ܡܘܣܦ ܐܢܐ ܕܐܡܪ :
ܫܘܦܪܗ̇ ܕܟܠܬ ܡܠܟܐ ܕܫܒܝܚܐ ܐܝܟ
ܡܫܬܡܠܝܢ : ܕܐܝܬ ܠܗ̇ ܒܪܘܡܐ ܘܒܥܘܡܩܐ ❖

ܫܠܡ ❖

Quare facta est asylus omnibus peccatoribus usque ad fines terræ fousque unde profluunt omnes condonationes.

7. Ecclesia omnem accepit potestatem ligandi atque solvendi in cœlo. Sponsus dedit ei claves portarum cœli et terræ; Dominus sponsæ suæ tradidit omne quod habebat eamque suis thesauris præfecit. Ejus divitiis indigent reges, qui ei decimas solvunt, capita sua coram ea inclinant et suas dignitates ejus dignitati cum veneratione subjiciunt. In hac gloriosa Ecclesia constituta est regia majestas et in throno ejus sedent simul angelus et sacerdos. Super altare in medio ejus stant sacerdotes et Seraphim. Pro illa manna, quam manducavit ancilla æmulatrix, dedit Dominus Ecclesiæ corpus suum et suum sanguinem calicem salutis, ut eum manducantes atque bibentes filii Ecclesiæ vitam haberent. Pro virga Moysi, quæ infideli synagogæ abunde sufficiebat, ecce crux, crux majestatis: ejus alæ in sacris ædibus extenduntur foventes veros adoratores et protegentes fideles confessores. Quid amplius addam? O sponsæ regis majestas quantæ sunt tuæ pulchritudines in cœlo et in terra!

Explicit.

II.

ܡܐܡܪܐ ܕܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ ܕܩ̈ܪܝ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ :

Peccatrix Jesum ungit.

ܩܕܡ ܦܛܝܪܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ : ܠܘ ܕܥܕܬܢ ܐܠܐ
ܕܥܡܐ : ܒܒܝܬ ܥܢܝܐ ܩܪܝܬܐ ܓܕܫܬ :
ܘܐܫܬܟܚ ܝܫܘܥ ܬܡܢ . ܒܗ ܒܒܝܬܗ
ܕܫܡܥܘܢ ܓܪܒܐ : ܟܕ ܥܠ ܗܘܐ ܘܣܡܝܟ ܝܫܘܥ .
ܘܡܫܬܠܛ ܡܛܬ ܚܛܝܬܐ : ܘܩܪܒܬ ܠܘܬ ܡܪܢ ܟܕ ܫܩܝܠܐ
ܗܘܬ . ܟܕ ܡܠܝܐ ܕܒܣܡܐ ܡܫܚܐ . ܦܠܠ
ܫܛܝܦܬܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ . ܡܫܚܐ ܕܢܪܕܝܢ
ܢܨܝܚܐ . ܒܕܡ̈ܝܐ ܝܩܝ̈ܪܐ ܙܒܢܬܗ . ܘܐܫܦܟܬܗ
ܗܘܬ ܥܠ ܪܫܗ . ܘܙܠܚܬܗ ܥܠ ܟܬܦܬܗ .
ܟܡܐ ܕܡܚܫܒ ܗܘܐ ܠܒܗ . ܠܫܡܥܘܢ ܪܫ
ܟܠܗ ܦܓܪܐ ܗܘܐ . ܘܬܡܝܗ ܗܘܐ ܠܒܗ ܗܘ
ܕܩܪܝܗ : ܟܠ ܡܫܘܐ ܕܦܓܪܐ ܗܘܐ ܠܗ .
ܒܬܪܝܗܘ ܡܚܫܒܬܗ ܗܘܐ . ܘܡܫܝܚܐ ܓܠܐ
ܚܫܒ̈ܘܗܝ . ܘܩܕܡܗ ܘܩܪܝܗ ܘܐܡܪ ܠܗ :

II.

FERIA TERTIA HEBDOMADIS PASSIONIS AD STATIONEM NOCTIS, SERMO S. EPHRÆMI[1].

1. Ante dies azymorum non nostræ ecclesiæ sed populi Judaici accidit quod sequitur in vico Bethaniæ[2]. Aderat ibi Jesus, qui, cum in domo Simonis leprosi ingressus recumberet, illico advenit peccatrix[3], et ad Dominum accessit ferens, ut scriptum est, alabastrum plenum unguenti suave olentis, nempe nardi eximii, quod multo pretio emerat. Dum igitur ab hero domus invitatus Jesus ibi recumberet, illa effudit super caput ipsius istud unguentum quo et scapulæ ejus respersæ sunt. Attonitus mente Simon qui Jesum invitaverat stupebat. Christus autem qui cogitationes ejus perscrutatus erat, prævenit eum; advocans igitur Simonem ei significat se scire quis ipsum unxerat. Ita autem

[1] Iste sermo duas partes easque prorsus diversas complectitur, prima agit de iis quæ habentur apud *Matth.* XXVI, 6-13; secunda explicat quæ sequuntur XXVI, 17-19. Cum prima parte conferenda sunt quæ habet S. Doctor de peccatrice. Hæc indicata sunt supra p. 311.

[2] Cfr. *Matth.* XXVI, 6-13; *Marc.* XIV, 3-9; *Joan.* XI, 2; XII, 1-8.

[3] Mulier illa quæ in Bethania in domo Simonis leprosi ad Christum accessit eumque unxit, ut narrant Matthæus, Marcus et Joannes in locis mox indicatis erat Maria, soror Marthæ et Lazari, quod diserte docet Joannes XI, 2; an autem eadem sit cum peccatrice de qua agit S. Lucas VII, 37, sqq. multis voluminibus disputatum est. Quamvis alia fuerit unctio a S. Luca narrata, alia unctio Bethaniæ facta, plura tamen suadent unam eamdemque mulierem duas illas unctiones peregisse. Fuit hæc sententia communis apud antiquos. « *Multi* quidem existimant, inquit Origenes qui tamen ipsis non adstipulatur, de una eademque muliere quatuor Evangelistas exposuisse, quia conscripserunt tale aliquid de muliere et omnes alabastrum unguenti nominaverunt. » In *Matth.* n. 77, *Opp.* III, 892. Eamdem sententiam tenent Tertullianus, *De pudicitia*, 11; S. Ambrosius in *Luc.* et *De Pœnit.* 2, 7, 62; S. Hieronymus, *Præf. in Os.*; aliique apud Latinos. Consentit apud Syros sanctus Ephræmus, tum hic tum in *Parœn. IV*. Gregorius Barhebræus (In *Matth.* pag. 57, syriace ed. Spanut Gottingæ 1879), dicit Severum Antiochenum tres distinguere unctiones et tres mulieres, alios vero unam mulierem peccatricem, Lazari sororem, et duas unctiones, alios denique peccatricem a sorore Lazari distinguere.

[illegible]

suis interrogationibus et responsionibus Simonem leprosum redarguit, ut confusus ille non amplius quid mali suspicari auderet adversus Jesum. Peccatrix autem tremebunda, fide tamen animata, caput ejus et pedes unguento ex integro ungebat; idcirco a peccatis absoluta fuit. Etenim Christum non unxit ut voluptatem ei afferret, sed ut condonationem ab ipso acciperet; munus obtulit vindici ut vindex ei parceret. Agnoscebat enim sua delicta et palam intuebatur sua peccata; credebat autem Christum posse tum vindictam sumere tum condonare. Studiose accessit cum unguento et lacrymis ut unguento orationem efficacem redderet et lacrymis pœnitentiam ostenderet. Si enim ut voluptatem Christo afferret unxit eum, cur tot lacrymæ? cur ista pedum oscula, munus vindictam timentium? cur ista cum capillis abstersio, muta veniæ petitio? Humilitas cum osculis conjuncta petitionem proferens, eo ipso testabatur peccatricem misericordiam implorare. Idcirco etiam non caput sed pedes cum fletu et cum punctione cordis osculabatur. Ubi quis gaudio afficitur, caput alacriter, osculatur; amantis exultatio os premit osculis; ardor amatorum pectori affert oscula; amor vehemens amplectitur amatum. Ubi autem animæ resipiscentia in corde habetur; oculi demissi, humilitas cum mœstitia, lacrymæ ab oculis prorumpentes,

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] B. [illegible]. — [e] B. add. [illegible]. — [f] B. [illegible].

ܡܫܪܐ ܚܫܘܐ[a]: ܕܥܡܩܐ ܕܓܘܐ ܡܢ ܚܕ̈ܝܐ. ܘܐܬ̈ܢܚܬܐ
ܡܢ ܓܘ ܠܒܗ. ܘܐܝܢܐ ܕܩܐܡ ܘܡܬܬܢܚ:
ܣܓܕ ܘܬܗܪ ܘܡܬܕܡܪ. ܠܪܫܐ ܘܠܦܘܡܐ
ܫܒܩ، ܕܢܦܠ[b] ܥܠ ܪ̈ܓܠܝ ܡܟܝܟܘܬܐ. ܗܝ ܓܝܪ
ܡܣܒܐ ܚܢܢܐ ܡܢ ܡܚܣܢ: ܘܡܥܝܪܐ ܚܘܣܗ ܕܬܒܘܥܐ[c]
ܕܡܚܘܒܐ. ܗܘ ܕܠܐ[d] ܡܢܛܪܬܐ. ܡܢ ܒܥܘܬܗ
ܡܣܬܒܪ، ܕܢܩܢܐ ܠܗ ܥܘܕܪܢܐ܆
ܗܠܝܢ ܠܬܡܝܗܘܬܐ ܢܣܒܐ. ܘܡܢ ܕܐܬܟܪܝܥ[e]
ܨܠܐ . . . . ܡܟܝܟ ܠܬܦܠܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܣܒܪ
ܘܡܬܪ̈ܥܝܢ. ܠܡܪܝܐ[f] ܩܪܒܐ ܠܒܥܘܬܐ ܡܢ
ܥܠ ܕܗܟܢ ܡܩܒܠܐ: ܠܐ ܡܬܒܛܠܐ ܒܥܘܬܗ܀

et ex imo pectore gemitus ostendunt ejus sinceritatem. Qui stat gemens, adorans et admirans, caput et os relinquit ut ad pedes se demittat. Humiliatio quippe misericordiam obtinet et clementiam vindicis excitat. Qui immoderate petit putat ex deprecatione sua protectionem nancisci . . . . . . Si autem prostratus orat, humilis iste orandi modus acceptabilem Domino reddit deprecationem quæ idcirco non rejicitur.

Peccatrix absoluta.

ܗܕܐ ܐܢܬܬܐ ܚܛܝܬܐ܆ ܒܚܟܡܬܐ ܗܘܬ
ܡܬܡܠܟܐ. ܕܒܙܒܢܐ ܡܫܚܐ ܒܣܝܡܐ. ܠܡܘܒܠܗ
ܝܘܩܪܐ ܚܛܗܐ. ܘܒܡܫܚܗ ܒܣܝܡܐ ܗܘܐ܇
ܠܡܪܐ ܪ̈ܝܚܐ ܝܩܪܬ. ܕܒܪܝܚܐ ܪܓܝܫܐ ܢܚܘܐ܇
ܕܚܘܒܗ ܗܘ ܝܬܝܪ ܡܢܗ. ܘܒܡܫܚܗ ܕܪܝܫܗ
ܕܡܫܝܚܐ، ܪܡܙܬ ܕܪܚܡܬܗ. ܘܒܢܘܫܩܐ
ܐܝܟܢ ܕܪ̈ܓܠܘܗܝ، ܚܘܝܬ ܨܠܘܬܗ ܕܫܪܝܪ
ܗܘ. ܘܒܕܡ̈ܥܝܗ ܟܕ ܪ̈ܘܝܐ. ܒܥܘܬܐ ܕܫܪܝܪܬܐ
ܩܪܒܬ. ܘܒܣܥܪ̈ܝܗ ܟܕ ܟܦܪܐ ܗܘܬ. ܫܘܒܩܢܐ
ܕܚ̈ܛܗܝܗ ܩܢܬ ܠܗ. ܚܘܝܬ ܕܥܝܕܐ ܗܘܐ܆
ܠܡܫܝܚܐ ܕܒܣܚܝܬܐ ܢܥܒܪ ܚ̈ܛܗܐ. ܘܥܒܕܬ ܢܦܫܗ
ܣܘܕܪܐ ܕܒܗ ܢܬܟܦܪܘܢ ܚ̈ܛܗܝܗ. ܠܟܠܗܝܢ[g]
ܕܗܠܝܢ ܚܬܡܐ، ܫܘܒܩܢܐ ܕܚ̈ܛܗܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ،
ܘܦܘܪܥܢܐ ܛܒܐ ܕܡܫܚܗ، ܘܩܒܠܬ ܡܢ
ܦܪܘܩܐ. ܘܫܒܚܗ ܥܠ ܗܝ ܕܐܬܬ. ܡܛܠ ܡܢܗ

2. Hæc mulier peccatrix, sapienti consilio usa, emptione unguenti peccati pondus allevavit et unguento suave olenti Dominum odorum honoravit, ut indicaret suum amorem odore isto sensibili præstantiorem esse; caput autem Domini ungens significavit se Dominum diligere, pedes vero ejus amplectens ostendit suam precem sinceram esse; denique lacrymis suis rigans eos veram supplicationem obtulit, et capillis suis tergens peccatorum suorum deletionem obtinuit. Hac ratione ostendit Christo consuetum fuisse ut per ablutionem peccata auferret; et ipsa effecit se veluti sindonem, qua ipsius peccata abstergerentur. Ad hæc omnia obsignanda remissionem peccatorum, laudationem, unguenti sui retributionem bonam, a Salvatore obtinuit, atque ab eo glorificata fuit de eo quod

3. Quum igitur adimpleta fuissent quæ scripta sunt Jesum nempe servi formam accepisse, quumque Apostolis ministrasset et eousque se dimisisset ut lavaret pedes eorum eosque abstergeret,

Institutio Eucharistiæ.

[1] *Joan.* XIII, 13.
[2] *Psal.* XL, 10. Recitatur quoad sensum.
[3] *Joan.* XIII, 16-19.

[a] B. [illegible]. — [b] [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] A. [illegible]. — [e] A ad. [illegible]. — [f] A om. — [g] A. om [illegible]. — [h] A. add. [illegible]. — [i] B. [illegible]. — [k] B. [illegible].

ܘܟܕ ܐܝܬܝ ܠܦܝܣܐ ؛ ܕܢܐܠܦܘܢ ܘܢܠܦܘܢ
ܡܟܝܟܘܬܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܚܪܢܐ ܩܝܡܐ ܗܘܐ : ܕܒܗ
ܦܨܚܐ ܠܒܛܠܐ ܗܘܐ . ܘܦܨܚܐ ܕܥܡܡܐ ܠܡܗܘܐ ؛
ܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ؛

ܢܣܒ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܒܐܝܕܘܗܝ : ܒܫܘܪܝܐ
ܚܡܪܐ ܠܚܡܐ . ܘܒܪܟܗ ܘܪܫܡܗ ܐܦ
ܩܕܫܗ ؛ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܫܡܗ ܕܪܘܚܐ . ܘܩܨܐ
ܘܦܠܓ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ؛ ܦܬܘܬܐ ܦܬܘܬܐ
ܒܛܝܒܘܬܗ : ܠܠܚܡܐ ܩܪܐ ܦܓܪܗ ܚܝܐ ؛
ܘܡܠܝܗ ܡܢܗ ܘܡܢ ܪܘܚܐ . ܘܐܦܫܛ ܐܝܕܗ
ܝܗܒ ܠܗܘܢ . ܠܚܡܐ ܕܩܕܫܬ ܝܡܝܢܗ .
ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܟܠܟܘܢ ؛ ܡܢ ܗܢܐ
ܕܩܕܫܬ ܡܠܬܝ . ܗܢܐ ܕܝܗܒܬ ܗܫܐ . ܠܟܘܢ
ܠܐ[a] ܠܚܡܐ ܬܚܫܒܘܢܗ . ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܗܢܐ[b]
ܘܠܐ ܬܕܪܘܢ ܦܪ̈ܬܘܬܘܗܝ ؛ ܘܠܐ ܬܕܪܘܢ ܦܪ̈ܬܘܬܘܗܝ .
ܗܢܐ ܕܩܪܝܬܗ[c] ܦܓܪܝ ܗܘ ܒܫܪܪ . ܙܥܘܪܐ
ܦܪܬܐ[d] ܡܢ ܦܪ̈ܬܘܬܘܗܝ ؛ ܠܐܠܦܐ ܐܠܦܝܢ
ܡܩܕܫܐ . ܘܡܣܦܩܐ ܗܝ ܠܟܠܗܘܢ[e] ܚܝ̈ܐ ؛
ܕܐܟܠܝܢ ܠܗ̇ ܠܐܟܠܘܗ̇[f] . ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ
ܒܗܝܡܢܘܬܐ ؛ ܟܕ ܠܐ ܡܬܦܠܓܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܗܢܘ

quum eos denique in hanc persuasionem adduxisset ut discerent et docerent humilitatem, tunc aliud fœdus sancivit quo hoc pascha aboleretur et populorum pascha institueretur in vitam æternam.

4. Accepit Jesus in manibus suis merum in initio panem et benedixit, signavit ac sanctificavit[1] eum in nomine Patris et in nomine Spiritus sancti, et fregit atque distribuit discipulis suis[2] minutatim in sua bonitate propitia; panem vocavit corpus suum vivum, et seipso atque Spiritu replevit eum; extendens autem manum dedit eis panem quem dextera sua sanctificaverat : « *Accipite, manducate omnes* ex hoc quod sanctificavit verbum meum. Quod nunc vobis dedi ne panem existimetis, accipite, manducate illud, nec conteratis micas ejus; quod vocavi corpus meum hoc revera est. Minima ejus mica millia millium sanctificare valet et sufficit ut vitam præbeat omnibus qui manducant eam. Accipite, manducate in fide nihil hæsitantes quia hoc est corpus meum et

[1] ܪܫܡܗ ܐܦ ܩܕܫܗ *signavit eum ac sanctificavit*, id est consecravit. ܪܫܡ hoc verbum in re liturgica significat *signare signo crucis*. Fecit ergo Christus signum crucis super panem et quidem manu dextra ut infra dicit S. Doctor. In Ecclesia syriaca, ut in Ecclesia latina, sacerdos, ex traditione apostolica, quando recitat verba : « elevatis manibus ad te Deum Patrem omnipotentem gratias agens, benedixit, » facit manu dextra signum crucis super oblata. Hoc idem fecerit Christus juxta S. Ephræmum, cui sententiæ subscribit Cornelius a Lapide *Comment. in Matth.* XXVI, 26. Porro hac benedictione, crucisque obsignatione panem sanctificavit seu consecravit; ut expresse hic docet S. Ephræmus, et sua auctoritate confirmat S. Thomas, 3 part q. 78, art. 1. In proferenda autem hac benedictione super panem usurpaverit verba : « Hoc est corpus meum. » Cfr. Lucas Brugens. et Maldonatus ad *Matth.* XXVI, 26.

[2] *Matth.* XXVI, 26; *Luc.* XXII, 19; *I. Cor.* XI, 24.

[a] B. ܐܝܟ . — [b] A. ܐܦ ܩܕܫ . — [c] B. ܕܩܪܝܬ . — [d] B. ܕܦܪܬܐ . — [e] B. ܠܟܠ ܚܝ̈ܐ . — [f] A. ܠܐܟܠܘܗ̇ ܕܐܟܠܝܢ ܠܗ̇ .

ܦܓܪܝ . ܘܐܟܠ ܠܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܢܘܪܐ
ܘܪܘܚܐ ܐܟܠ ܒܗ . ܘܕܡܬܦܠܓ ܘܐܟܠ
ܠܗ . ܠܚܡܐ ܫܚܝܡܐ ܗܘܐ ܠܗ . ܘܡܢ
ܕܡܗܝܡܢ ܘܐܟܠ ܠܗ . ܠܠܚܡܐ ܕܒܫܡܝ
ܡܩܕܫ . ܐܢܗܘ ܕܕܟܝܐ ܗܘ ܢܛܪ ܠܗ . ܘܐܢ
ܚܛܝܐ ܗܘ ܡܫܬܒܩ . ܡܢ ܕܝܢ ܕܒܣܐ ܠܗ :
ܐܘ ܠܗ ܫܐܛ ܘܡܨܥܪ . ܢܗܡܢ ܠܗ ܕܠܒܪܐ
ܡܨܥܪ . ܗܘ ܕܩܪܝܗ ܘܥܒܕܗ ܦܓܪܗ .
ܣܒܘ ܡܢܗ ܐܟܘܠܘ ܟܠܟܘܢ : ܘܐܟܘܠܘ
ܒܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܦܓܪܝ ܗܘ ܫܪܝܪ
ܫܪܝܪܐܝܬ . ܕܐܟܠ ܠܗ ܚܝܐ ܠܥܠܡ . ܗܢܐ
ܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ . ܗܘ ܕܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܐ ܠܬܚܬܐ .
ܗܢܘ ܕܐܟܠܘ ܐܝܣܪܝܠ : ܒܡܕܒܪܐ ܘܠܐ ܚܫܒܘ
ܐܝܩܪܗ ܗܘ ܡܢܐ ܕܡܠܩܛܝܢ ܗܘܘ : ܕܢܚܬ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܪܘܡܐ . ܐܪܙܗ ܗܘܐ ܕܗܢܐ
ܪܘܚܢܐ . ܠܚܡܐ ܕܗܫܐ ܢܣܒܬܘܢ . ܣܒܘ
ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ : ܒܗ ܠܚܡܐ ܦܓܪܝ
ܐܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܡܒܘܥܐ ܫܪܝܪܐ ܕܚܘܣܝܐ . ܐܢܐ
ܐܝܬܝ ܠܚܡܐ ܕܚܝܐ .

ܗܘ ܓܡܘܪܬܐ ܕܩܪܒܬ ܩܕܫܬ . ܠܣܦܘܬܗ
ܕܐܫܥܝܐ . ܐܢܐ ܐܢܐ ܕܗܫܐ ܩܪܒܬ . ܒܝܕ
ܠܚܡܐ . ܠܟܘܢ ܩܕܫܬ ܗܘ ܟܠܒܬܐ ܕܚܙܐ
ܢܒܝܐ ܕܡܢ ܡܕܒܚܐ ܓܡܘܪܬܐ ܢܣܒܬ . ܒܪ

qui manducat illud in fide ignem et Spiritum [1] in illo manducat; si quis autem dubitans manducat illud, merus panis fit ei, at qui cum fide manducat panem in nomine meo sanctificatum, si purus sit purus conservatur, si peccator condonatur. Qui autem illum despicit, aut spernit vel contumelia afficit, pro certo habeat quod contumelia afficit Filium, qui panem vocavit et realiter effecit corpus suum. Sumite ex eo, comedite omnes et in eo comedite Spiritum sanctum; est enim vere corpus meum. Qui manducat illud vivet in æternum: hic est panis cœlestis qui ex alto descendit in terram [2]. Manna quam manducaverunt Israelitæ in deserto et in honore non habuerunt, manna, quam e cœlo delapsam colligebant, figura fuit hujus panis spiritualis quem nunc accepistis. *Accipite et comedite ex eo omnes;* hoc pane corpus meum veræ remissionis fontem manducatis; *ego sum panis vitæ* [3].

Eucharistia cur carbo appellata.

5. « Carbo qui admotus sanctificavit labia Isaiæ, ego sum qui nunc per panem ad vos admotus vos sanctificavi; forceps quem vidit propheta ex altare carbonem sumentem me in magno sacramen-

[1] Ignis et spiritus, locutio est apud Ephræmum sæpe obvia quam ille desumpsit ex *Matth.* III, 11. ubi Joannes Baptista de Christo dicit : *ille vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.* In illo loco ignis designat efficaciam gratiæ quam dat Spiritus sanctus. Vult igitur S. Doctor hic significare abundantiam gratiarum quam recipienti Eucharistia præbet : qui manducat corpus Christi ignem et spiritum seu ignem Spiritus sancti id est efficacissimam ejus gratiam in illo manducat et recipit. Eadem locutio « ignis et spiritus » adhibetur ab Ephræmo supra *De Epiph. hymn.* V, 4; VI, 7: VIII, 6. Sed hanc locutionem fusius ipse explicat *Advers. scrutatores, Opp. syr. lat.* III, 22-24.

[2] Cfr. *Joan.* VI, 50, sqq.

[3] *Joan.* VI, 48.

[illegible]

« ... to figurabat. Prophetia eventum præcessit; me intuebatur Isaias sicut me nunc videtis dextram extendentem et oribus vestris admoventem panem vivum. Forceps dextra mea est; locum teneo Seraphim; carbo corpus meum est; vos omnes Isaias estis; altare hæc mensa est, templum cœnaculum hoc; Dominus ego. Ecce prophetia adimpleta. Olim Isaias de Spiritu meo accepit et de me locutus est[1]. »

[1] Visionem Isaiæ VI, 1-8. S. Doctor in suo *Commentario* ad h. l. ita explicat in cod. Mus. Brit. 12144 : [illegible] « Carbo quem vidit Isaias quid significat? Mente vidit et cogitatione sibi repræsentavit futuram Dei manifestationem; divinam scilicet Unigeniti Verbi naturam ignis ille immaterialis significat. Quod autem Carbo forcipe apprehenditur hoc significat Verbum Dei post suam cum corpore unionem apprehendi et percipi. Quod vero idem admotus est labiis prophetæ significatur Verbum naturæ nostræ se univisse et factum esse cibum animas nostras sanctificantem. Altare autem repræsentat futurum illud altare in quo mystice conficiendum erat sacramentum corporis et sanguinis sancti. Alio modo, Carbo Emmanuelem significat, qui, dum corpori nostro unitus fuit, in eodem corpore tanquam forcipe apprehensus est. Forceps autem quum labia prophetæ tetigisset, eumdem ab iniquitate et immunditia purgavit. » Prima quidem hujus explicationis pars « Uni ex interpretibus » tribuitur in cod. Rom. (*Opp. Syr-lat.* II, 31), at in codice Londinensi Ephræmo adscribitur et omnino convenit cum iis quæ habet hic S. Doctor. In hymno 16 de azymis Ephræmus Christum appellat [illegible] carbonem ignis. In *Sermone de Domino* supra p. 256 : « Sanctus quippe carbo occultavit se sub indumento carnis. » Visionem Isaiæ explicans Jacobus Sarugensis etiam *carbonem* de corpore Christi in Eucharistia interpretatur. En ejus verba : « [illegible] » Margaritam hic super altare positam Carbo figuravit, quem unus de Seraphim Isaiæ porrexit. Ignea manu flammeam forcipem apprehendit. Et *Carbonem* mysteriorum de mensa sustulit, viditque propheta plenam imaginem futurorum : quomodo, cujusve opera peccatum mundi foret expiandum. Non illum angelus manu tenuit, ne ureretur : nec propheta suo illum ore sustulit, ne periret. Carbonem gloriosum nec ille tetigit nec iste manducavit. Quia incorporeus

[a] B. [illegible].

6. Postquam manducaverunt discipuli panem novum et sanctum et fide intellexerunt se per eum manducavisse Christi corpus, continuavit Christus explicare et tradere totum sacramentum. Accepit miscuitque calicem vini; deinde eum benedixit, signavit ac sanctificavit profitens suum sanguinem esse qui effundendus erat. Extendens porro dextram versus Simonem ipsi primum porrexit calicem ut sacramentum sumeret ex eo, porrexit deinde discipulo qui proximus erat. Accesserunt omnes et e calice biberunt, scilicet undecim ex eis. Etenim quum Jesus panem undecim absque discrimine distribueret, accessit Judas ut acciperet sicut acceperant socii qui accesserant, sed Jesus intinxit panem in aquam, eum consecratione destituit et hac ratione buccellam Judæ distinxit. Exinde apostolis notum fuit Judam esse qui Jesum traditurus erat. Intinxit igitur panem Jesus ut consecratio auferretur et dedit Judæ. Judas non manducavit panem consecratum neque ex calice vitæ bibit. Ex intincto pane cognovit se vita dignum non fuisse habitum, idcirco ira abreptus separavit se, nec bibit e calice sanguinis Jesu sed exivit ad crucifi-

erat non tenebatur nec edebatur. At quia idem post corporatus apparuit, ideo nunc manducatur de mensa divinitatis. (Cfr S. Ephræmi *Opp. Syr.-lat.* II, 31). » Syri particulas consecratas *Carbones* ([illegible]) appellant (Cfr. *Antirrheticon adv. Kohlium*, Ephræmi Opp. Syr.-lat. II; mea *Dissert. De Syrorum fide in Re Eucharistica*. Lovan. 1839 p. 19). Recte autem Christi corpus in Eucharistia *Carbo* appellatur quemadmodum enim Carbo labia Isaiæ prophetæ purificavit, sic nos vivum Christi corpus in Eucharistia sumentes a peccatis purgamur. » Cfr. *Auctor quæst. ad Orthod.* 44; S. Joan. Damasc *De fide orthod.* IV, 13.

a R. [illegible]. — b R. [illegible].

[illegible]

xores et ita calicem consecratum non vidit[1]. Festinavit Satanas separare Iscariotem a suis collegis ut non fieret cum eis particeps sacramenti vivi et vivificantis. Quum igitur e dextra Jesu accepissent discipuli calicem salutis accesserunt biberuntque ex eo omnes in communi unus post alium. Jussit eos bibere Christus et explicavit sanguinem suum esse quem bibebant : *Hic est verus meus sanguis, qui pro vobis omnibus effunditur : Accipite, bibite ex eo omnes, quia novum testamentum est in sanguine meo. Sicut*

[1] Judam Eucharistiam non recepisse, sed panem in aqua intinctum et per hanc intinctionem sua consecratione destitutum singularis est S. Ephræmi opinio quam hic fuse explicat et pluries alibi memorat, nempe in *Hymnis Azymorum*, hymn. XIV, 13-18; hymn. XVIII, 16-17, et in *Evangelii concordantis expositione* p. 222. Patres Græci et Latini, ut SS. Hieronymus, Augustinus, Leo, Cyrillus Jerosolymitanus, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, communiter tenent Judam institutioni Eucharistiæ interfuisse et corpus ac sanguinem Salvatoris ex ipsius manibus accepisse. Non desunt tamen Patres et interpretes qui velint Judam sacramenti vivifici non fuisse participem. Ita sentiunt S. Hilarius *in Matth.* cap. 30, 2; Victor Capuanus in *Harmonia evang.* ap. Migne, *Patrol. lat.* t. 68, col. 340; Rupertus *in Joan.* VI, 31; Innocentius III, *De sacro altaris mysterio* IV, 13; *Constit. apost.* V, 14. Apud Syros Aphraates eandem sententiam tenet ([illegible] p. [illegible] ed. Wright, Londini 1860) syriace hisce verbis : « [illegible]. Salvator enim noster comedit pascha cum discipulis suis in nocte decimæ quartæ diei et sacramentum veri paschatis tradidit eis. Postquam exivit ab eis Judas, accepit panem et benedixit ac dedit discipulis suis et dixit : *Hoc est corpus meum, accipite, comedite ex eo omnes*, etc. « Diversas de hac re Syrorum sententias sic exponit Gregorius Barhebræus Jacobitarum maphrianus : [illegible]. Dominus Ephraem et Dominus Jacobus dicunt quod Dominus participem effecit Judam panis consecrati, sed postquam panem benedictione privasset eum in aquis intingendo. Sanctus autem Severus et Joannes (Chrysostomus) dicunt Christum ei præbuisse panem sanctum consecratione non destitutum. Sanctus Philoxenus dicit non præbuisse ei quia jamdiu invaserat eum Satanas et idcirco nos non præbere communionem energumenis. Denique David monachus Pauli filius dicit Christum ei præbuisse particulam consecratam et non intinctam, at Judam ex fidei defectu eam ut merum panem comedisse (*Gregorii Abulfaraq Bar Ebraya in Evangelium Matthæi scholia e recognitione* Joannis Spanuth. Gottingæ 1879, p. 59, Syriace). »

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] A. [illegible]. — [e] B. [illegible]. — [f] A. [illegible].

ܠܕܘܟܪܢܝ[a]܆ ܘܗܘܐ ܐܡܪ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ.
ܒܫܡܝ ܒܥܕܬܐ ܒܟܠ ܦܢܝܬܐ܆ ܥܒܕܘ ܠܕܘܟܪܢܝ
ܗܕܐ ܕܥܒܕܬ܆ ܘܐܟܘܠܘ[b] ܦܓܪܝ ܘܐܫܬܘ
ܐܦ ܕܡܝ܆ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܘܥܬܝܩܬܐ. ܐܒܐ
ܝܗܒ ܩܫܬܐ ܒܥܢܢܐ. ܕܟܕ ܩܫܬܐ ܕܡܬܚܙܝܐ
ܢܟܠܐ ܡܘܒܠܐ ܕܡܝܐ. ܐܢܐ ܒܪܗ ܕܐܒܐ ܚܝܐ.
ܒܗܢܐ ܐܠܦܐ ܫܬܝܬܝܐ܆ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬܬ
ܕܐܬܠ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܠܥܕܬܝ܆ ܘܒܕܘܟܪܢܐ
ܕܦܓܪܝ ܘܕܡܝ܆ ܢܒܛܠ ܚܒܠܐ ܘܡܘܬܐ.
ܕܝܗܒܬ[c] ܐܢܐ ܥܠ ܪ̈ܫܝܥܐ. ܕܡܪܓܙܝܢ ܠܝ ܐܝܟ
ܩܕܡܝܐ. ܐܚܪܢܐ ܡܘܠܦܢܐ ܕܚܝܐ. ܐܠܦ ܡܪܢ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ܆ ܒܗܘ ܪܡܫܐ ܕܦܠܓ ܦܓܪܗ܆
ܘܡܙܓ ܠܕܡܗ ܠܡܫܬܝܐ.

ܪܡܫܐ ܗܘܐ ܓܡܝܪ ܡܫܡܠܝܐ܆ ܕܦܨܚ ܠܫܪܪܐ
ܡܫܝܚܐ. ܪܡܫܐ ܗܘܐ ܐܚܪܝܐ ܕܪ̈ܡܫܐ܆ ܚܬܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܝܘܠܦܢܗ. ܪܡܫܐ ܗܘܐ ܕܢܗܪܘ ܒܗ.
ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܒܢܘܗܪܐ܆ ܘܠܐܪܒܥܣܪ ܕܣܗܪܐ
ܥܒܕܗ[d]܆ ܐܝܘܡܐ ܕܫܡܫܐ ܚܕܬܐ. ܒܐܪܒܥܣܪ[e]
ܕܣܗܪܐ ܒܢܝܣܢ܆ ܦܩܕ ܒܐܘܪܝܬܗ ܐܠܗܐ.
ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܬܕܒܘܚ ܐܡܪܐ. ܘܟܠ ܫܢܐ ܫܢܐ
ܦܛܝܪܐ. ܘܒܪܡܫܐ ܕܗܢܐ ܦܨܚܐ܆ ܣܡ ܗܘܐ
ܢܡܘܣܐ ܠܥܕܬܗ. ܕܢܗܘܐ ܥܒܕܐ[f] ܕܘܟܪܢܗ.
ܕܐܡܪܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܢ܆ ܕܗܘ ܩܕܡ ܕܢܬܩܛܠ ܚܠܦܝܢ
ܘܢܬܕܒܚ[g]. ܦܓܪܗ ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܡܛܠ ܚܛܗܝܢ.
ܗܘ ܪܡܫܐ[h] ܕܗܘܐ ܦܨܚܐ. ܕܒܗ ܦܬܓܡܐ

vidistis me facientem, sic facietis in meam commemorationem [1]. Quando congregabimini in nomine meo in Ecclesia ubique locorum facite quod feci in mei memoriam; manducate corpus meum, et bibite sanguinem meum testamentum novum et vetus. Pater meus arcum posuit in nubibus ut arcu visibili arcerentur aquæ diluvii. Ego sum filius Patris vivi, in hoc sexto millenario e cœlo descendi ut darem fœdus novum Ecclesiæ meæ et per memoriam corporis et sanguinis mei aboleretur exitium a me latum in impios qui me offendunt ut antiqui. Aliam vitæ doctrinam tradidit Dominus noster discipulis suis in ea vespera qua distribuit corpus suum et sanguinem suum in potum miscuit.

7. Vespera fuit perfectissima qua Christus absolvit pascha verum; vespera fuit vesperarum ultima qua obsignavit Christus suam doctrinam; vespera fuit cujus illuminatæ sunt tenebræ; vespera fuit quæ decimam quartam lunam effecit diem Solis novi; jussit Dominus ut luna decima quarta Nisan synagoga immolaret agnum et quotannis azyma conficeret; in vespera autem hujus paschatis imposuit Ecclesiæ suæ legem ut memoriam faceret agni filii Dei nostri, qui antequam pro nobis occideretur corpus et sanguinem suum dedit. In illa vespera, in qua

[1] *Matth.* XXVI, 27-28; *Marc.* XIV, 23-24; *Luc.* XXII, 19-20; *I. Cor.* XI, 23.

[a] B. ܠܥܘܗܕܢܝ ܠܗ. — [b] A. ܘܐܟܘܠܘ. — [c] B. ܕܝܗܒܬ. — [d] B. ܥܒܕܗ. — [e] B. ܒܐܪܒܥܣܪ ܝܘܡܝܢ. — [f] B. ܥܒܕܐ ܕܘܟܪܢܐ. — [g] B. ܘܢܬܩܛܠ. — [h] B. ܗܘ ܪܡܫܐ.

[illegible]

azymis utebantur Judaei Jesus Ecclesiam in mundo constituit haeredem sanguinis sui. O vespera illustris in qua explicata sunt mysteria, obsignatum antiquum foedus, locupletata Ecclesia gentium! Benedicta vespera, benedictum tempus, quo cœna consecrata est! benedicta mensa quæ altare facta est apostolis! In illa cœna perfecit Dominus cibum spiritualem et miscuit potum cœlestem ut prædixerat Isaias. In illa accepit formam servi et adimplevit verbum filii Amos. In illa cœna doctor omnium disseruit de humilitate occasione contentionis ad mensam exortæ qua disceptarunt quis eorum esset major[1]. Qui occulta cognoscit statim ac eorum cogitationes perspexit eos allocutus cum persuasione absque increpatione, cum amore non cum arrogantia : « *Si ignoratis, discite quod reges gentium domini sunt earum, et qui potestatem habent super eas benefici vocantur, vos autem non sic, non eritis sicut ceteræ gentes, sed qui major est in vobis fiat sicut minor, et qui caput appellatur sicut qui ministrat. Quis enim major est : qui recumbit vel qui ministrat? Manifestum est illum qui rebumbit majorem esse illo qui ministrat*[2]. Scitis me, qui Dominus et magister vester sum, majorem esse. Ecce elegi vos in discipulos : accipite et discite mandata

[1] *Luc.* XXII, 24.

[2] *Luc.* XXII, 25-27.

a B. [illegible]. — b B. [illegible]. — c B. [illegible].

[illegible]

ܫܠܡ

V.

mea; qui permansistis mecum in tentationibus do vobis promissionem, sicut promisit mihi Pater meus. Dabo vobis regnum et in mensa mea delectabor vos et admirabitis virtutes cœlestes. Non manducetis neque bibetis mecum, nisi sitis mei discipuli. Constituam vos tanquam judices super thronos duodecim et congregabo coram vobis duodecim tribus Israel. Vos, vice mei, judicabitis fratres vestros et condemnabitis eos[1]. Hæc dixit Jesus, et, cum laudassent, exierunt in Montem olivarum ut implerentur omnia quæ scripta sunt.

EXPLICIT.

V.

EJUSDEM SANCTI EPHRÆMI

AD STATIONEM NOCTIS FERIÆ SEXTÆ[2] CRUCIFIXIONIS.

ܩܘܡܐ ܕܠܠܝܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܙܩܝܦܘܬܐ :

[illegible]

1. Nocte adhuc perdurante execrabiles illi apprehensum Jesum adducentes introduxerunt in aulam Hanan sacerdotis senectute gravati. Hic socer erat Caïphæ summi pontificis hujus anni[3]. Erat autem Caïphas qui consilium de-

Jesus ducitur ad Hanan.

[1] Cfr. *Luc.* XXII, 28-30.

[2] [illegible], a [illegible] *occidit sol*, proprie *occasum* notat, deinde *feriam sextam*, quæ cum ad finem hebdomadis posita sit ejus quasi occasum format. Cfr. Steph. Borgia *De cruce vaticana*, Romæ 1779, p. XLII. Is auctor e *strophis passionis*, quæ forsan sunt sancti Ephræmi stropham sequentem adducit qua confirmatur significatio vocis [illegible] : « In occasu ([illegible]); — id est in feria sexta —, extendit Adam manum suam et accepit pomum in quo latebat mors, et in ipso occasu (in feria 6.) Dominus noster manus suas extendit supra lignum et factus est fructus in quo latet vita. » *Lib. cit.* p. XXII.

[3] *Joan.* XVIII, 13.

a A. [illegible]. — b B. [illegible]. — c B. add. [illegible]. — d B. [illegible].

ܠܝܗܘܕܝܐ ܀ ܕܦܩܚ ܕܚܕ ܓܒܪܐ ܢܡܘܬ . ܐܠܐ
ܚܛܗܐ ܕܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܢ . ܝܗܘܕܐ ܕܚܙܐ ܠܝܫܘܥ ܀
ܕܟܕ ܐܚܝܕ ܠܗ ܥܘܠܐ ܆ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܨܗܐ
ܠܕܡܐ . ܒܚܡܬܐ ܗܘܐ ܕܢܒܙܚ ܠܝܫܘܥ . ܩܐܡ
ܗܘܐ ܘܡܩܛܦܝܢ ܠܗ ܆ ܙܝܬܐ ܫܡܝܢܬܐ ܕܡܫܚܐ ܀
ܘܗܘ ܩܐܡ ܘܫܬܩ ܘܡܫܬܠܐ . ܝܡܐ ܘܡܒܘܥܐ
ܕܚܟܡܬܐ . ܟܣܝܗ ܠܙܝܘܗ ܕܠܐ ܢܚܙܘܢܝܗܝ ܆
ܘܐܠܐ ܢܐܩܕܘܢ ܗܘܘ . ܫܠܚ ܫܘܒܚܗ
ܡܢ ܦܓܪܗ ܆ ܘܐܬܐ ܩܡ ܠܗ ܒܝܢܬܗܘܢ ܆
ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܠܐ ܥܕܪܐ ܆ ܗܘ ܕܐܠܦܝ ܐܠܦܝܢ
ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܘܗܝ . ܣܟܠܐ ܕܚܙܐܘܗܝ ܒܣܪܘܗ . ܘܗܘ
ܚܫܒܘܗܝ ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܆ ܩܡ ܠܗ ܡܪܝܐ ܗܘ
ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘ ܕܚܝܠܝܢ ܪܘܡܐ ܕܝܠܗ .
ܘܫܡܥܘܢ ܒܬܪܗ ܐܙܠ ܗܘܐ ܆ ܘܗܘ ܚܕ ܡܢ
ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܚܪܢ . ܠܗܘ ܕܝܕܝܥ ܗܘܐ ܗܘܐ
ܠܗ ܀ ܐܦ ܟܗܢܐ ܕܦܩܕ ܩܠܐ ܆ ܐܥܠܘܗܝ
ܘܠܕܪܬܐ ܐܥܠܘܗ[a] ܆ ܠܝܘܚܢܢ ܠܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܆
ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܠܒܪ ܩܐܡ ܗܘܐ ܆ ܘܐܬܛܫܝ
ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܥܐ[b] ܆ ܘܬܠܡܝܕܐ ܚܒܪܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ .
ܥܪܩܘ ܘܐܬܛܫܝܘ ܡܢ ܕܚܠܬܐ[c] . ܢܦܩ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ
ܘܐܡܪ[d] . ܠܬܪܥܬܐ ܬܪܥܐ ܥܠ ܫܡܥܘܢ[e] . ܘܐܥܠܗ
ܠܫܡܥܘܢ ܘܐܝܬܝܗ ܠܗ . ܡܢ ܫܘܩܐ ܠܓܘ
ܡܢ ܬܪܥܐ . ܘܠܠܝܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܒܟܠܝܐ . ܬܪܥܐ
ܕܝܢ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ . ܘܝܗܘܕܝܐ ܠܡܚܣܕܘ ܗܘܐ
ܠܗ ܀ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܐܝܬܝܘܗܝ ܠܫܡܥܘܢ .

ܘܡܛܐ ܗܘܐ ܠܗ ܙܒܢܐ ܆ ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ

derat Judæis quia expedit ut unus homo moriatur pro populo[1], etsi, aiebat, in nos minus sit reus. Judas videns Jesum a nefariis apprehensum tanquam vir sanguinem sitiens ardebat cupiditate Jesum probris afficiendi. Stabat autem olea pinguis, dum ejus fructus decerpebant; stabat, inquam, silens et tacens. Qui mare est et scaturigo sapientiæ occultavit splendorem suum, ne qui cum videbant comburerentur. Exuit se gloria sua venit et stetit inter eos, sicut homo omni defensore destitutus, ille cui millia millium assident. Insipientes, illum aspicientes spreverunt et vilem habuerunt; solus quippe stabat Dominus virtutum supernarum. Sequebatur autem Jesum Simon et alius discipulus, qui notus erat summo pontifici Hanan. Pontifice jubente introductus fuit Joannes ad Jesum in atrium[2]. Simon autem foris remanebat ad januam et ad januam se occultabat. Alii autem Simonis socii fugerunt et præ timore se absconderunt. Exivit autem Joannes et locutus est ostiariæ de Simone et introduxit Simonem e platea intus ultra januam. Nox erat, januæ clausæ erant. Judæi ut ipsi exprobrarent eum ad Jesum adduxerunt.

2. Advenerat tempus quo Simon

[1] *Joan*. XI, 49; XVIII, 14.

[2] *Joan*. XVIII.

[a] B. ܐܥܠܘܗܝ . — [b] A. ܘܩܡ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܥܐ . — [c] A. ܥܪܩܘ ܘܐܬܛܫܝܘ ܠܬܠܡܝܕܐ ܡܢ ܕܚܠܬܐ . — [d] B. ܢܦܩ ܕܝܢ ܚܕ ܠܬܪܥܬܐ ܥܠܘܗܝ . — [e] B. ܫܡܥܘܢ .

[illegible]

Magistrum suum abnegaturus erat. Irritum utique fieri non poterat verbum Domini quo dixerat : « *Hac nocte ter abneges me*[1]. » Advenerat itaque tempus quo perficienda erat Petri abnegatio, et ecce ancilla ostiaria verbo aggreditur eum dicens : « Nonne et tu, o vir, Jesu discipulus es? » Respondit Simon et deficiens abnegavit, altaque voce dixit : « *Quia non novi eum*[2]. » Mox ad servos et satellites accedens Simon stabat et calefaciebat se. Testatur Scriptura acre fuisse illo die frigus, præsertim quia nox erat. Hac nocte summe culpandum effecit se Simon. Eia, obstupescite quod Magistrum suum reliquerit, eumque abnegaverit. Oblitus est Jesum ad tribunal prope Hanan ingressum esse. Abjecta omni sollicitudine Magistri sui qui suo aspectu confortaverat eum, Simon rursus deficiens abnegavit eum et ad servos se contulit, nedum fleret et ejularet quod Magister ejus in judicio staret et ad Magistrum suum non adduceretur, nedum animi tristitia actus deprecaretur ut ingredi posset ad Jesum. Tentatio quæ Simoni accidit nimia pro ejus ignavia fuit. Fortis in ceteris in hac re ignavus et remissus fuit. Quamvis virtute accinctus viriliter se gereret, in hac tentatione debilis extitit. Qui confortare debebat socios suos timore correptos et in fugam versos plus

[1] *Matth.* XXVI, 34.

[2] *Matth.* XXVI, 72.

[a] B. [illegible]. — [b] B [illegible]. — [c] A. [illegible]. — [d] A [illegible].

ܟܕ ܠܐ ܡܙܕܥ ܠܗ ܕܢܕܚܠ. ܐܢܬܬܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ
ܫܐܠܬܗ. ܕܐܢ ܐܢܬ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ.
ܘܕܚܠ ܫܡܥܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗ̇: ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ
ܠܝܫܘܥ ܀

ܡܢ ܠܐ ܢܨܠܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܠܢܣܝܘܢܐ ܠܐ
ܬܥܠܢ. ܕܐܢ ܗܘ ܕܫܡܥܘܢ ܐܬܢܣܝ. ܡܢ
ܠܐ ܢܕܚܠ ܡܢ ܦܘܕܝ. ܐܢ ܗܘ ܪܫܐ ܕܬܠܡܝܕܘܬܢ:
ܕܛܘܒܐ ܡܩܒܠ ܡܢ ܡܪܢ: ܠܢܣܝܘܢܐ ܕܚܝܠܐ
ܢܦܠ ܗܘܐ. ܟܡܐ ܕܟܦܘܪܐ ܢܗܘܐ: ܚܢܢ
ܡܟܝܟܐ ܘܕܘܝܐ. ܐܝܟܐ ܡܢܝܐ ܢܦܩܦܩ ܠܢ. ܘܗܐ
ܗܦܟ ܠܢ ܒܝܫܐ ܒܟܠܥܕܢ: ܘܛܥܝܢ ܒܢܝܪܗ
ܟܒܫ ܠܢ. ܐܢ ܫܡܥܘܢ ܡܚܠ ܘܟܦܪ ܗܘܐ:
ܚܛܝܐ ܡܢܐ ܢܥܒܕ. ܐܢ ܪܫ ܫܠܝܚܐ ܐܬܢܣܝ:
ܠܢܣܝܘܢܐ ܡܢ ܓܒܗ ܠܗ. ܠܫܡܥܘܢ ܩܕܡ
ܐܡܪ ܗܘܐ. ܗܘ ܝܕܘܥ ܟܣܝܬܐ. ܕܗܐ ܒܥܐ
ܣܛܢܐ ܢܪܒܠܟ. ܘܒܥܘܬܝ ܐܝܟ ܕܚܛܐ ܘܒܥܝܬ
ܠܐܒܐ ܥܠܝܟ: ܕܠܐ ܬܚܣܪ ܗܝܡܢܘܬܟ. ܐܢ
ܠܫܠܝܚܐ ܗܟܢ: ܒܥܐ ܕܢܪܒܠ ܣܛܢܐ:
ܘܠܫܡܥܘܢ ܗܘܐ ܕܐܟܦܪ: ܘܠܚܒܪܘܗܝ
ܗܘܐ ܕܐܥܪܩ. ܚܢܢ ܦܫܝܪܐ ܘܪܦܝܐ:
ܐܝܟܐ ܢܥܪܘܩ ܡܢ ܣܛܢܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܐ
ܪܫ ܫܪܪܐ. ܘܡܢܗ ܗܘܐ ܥܬܪ ܫܪܪܐ.
ܗܟܢ ܐܡܪܚ ܣܛܢܐ. ܕܢܛܡܐ ܕܗܒܐ ܢܒܥܐ.
ܚܢܢ ܢܟܝܠܐ ܘܪܦܝܐ. ܕܛܠܠܐ ܘܛܠܢܝܬܐ: ܠܐܝܟܐ
ܢܥܪܘܩ ܡܢ ܒܝܫܐ: ܕܗܐ ܟܠܗ ܨܢܥܘܗܝ ܟܪܝܟ ܠܢ.
ܙܘܥܐ ܘܕܚܠܬܐ ܐܚܕ ܠܢ. ܡܢ ܢܣܝܘܢܐ ܕܡܬܩܪܒܝܢ.

ceteris timuit, etsi nihil timendum haberet. Mulier dumtaxat interrogaverat eum an esset e discipulis ejus, et Simon timore correptus negavit dicens ei : « quia non novi Jesum. »

3. Quis non oraret prout scriptum est « *Et ne nos inducas in tentationem?* » Si Simon tentatus est, quis non pertimesceret sibi a lapsu? Si disciplinæ nostræ caput, quem beatum dixerat Dominus, in tentationem adeo terribilem incidit ut abnegator fieret, nos labiles et miseros quanto magis metus subvertet. Ecce Malus quacumque hora nos aggreditur et seductio jugo suo nos subjicit. Si Simon deficiens abnegavit, quid faciet peccator? Si princeps apostolorum tentationi cessit, quid parvo homini accidet? Simoni prædixerat cognitor occultorum : « *Ecce Satanas expetivit ut cribraret vos sicut triticum, sed Patrem rogavi pro te ut non deficiat fides tua*[1]. » Si ita expetiit Satanas ut cribraret omnes apostolos; si Simonem abnegatorem effecit et socios ejus ad fugam impulit, nos flaccidi et remissi quomodo e manibus Satanæ effugiemus? Si ubi aderat caput veritatis a quo veritas ditata fuerat, ita procace egit Satanas ut aurum macularet, nos debiles et remissi, nos meræ umbræ quonam a Malo effugiemus? Ecce omnes ejus illecebræ nos circumdant, ecce trepidamus tremore et timore correpti a tentationibus quæ nos

[1] *Luc.* XXII, 31.

ܟܕ ܪܫܐ ܠܫܠܝ̈ܚܐ ܒܟܦܪܐ ܗܘܐ : ܟܕ ܡܬܐܠܨ
ܒܠܠܝܐ ܕܚܫܐ : ܝܫܘܥ ܡܢ ܚܢܢ ܟܗܢܐ :
ܓܘ ܒܝܬܐ ܡܫܬܐܠ ܗܘܐ . ܫܥܬܐ ܗܘܬ ܗܘܐ ܕܠܐ
ܗܘܬ ܕܡܟܝܠ ܀ ܫܠܡ ܗܘܐ ܗܘܐ ܟܘܦܪܗ
ܕܫܡܥܘܢ . ܡܢ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ܕܐܡܪ ܠܗ :
ܕܒܗܢܐ[a] ܠܠܝܐ ܬܟܦܘܪ ܒܝ : ܬܪ̈ܬܝܢ ܦܫ̈ܝܢ
ܗܘܝ̈ ܠܗ ܕܢܟܦܘܪ ܫܡܥܘܢ ܒܐܠܗܗ .
ܬܪܢܓܠܐ ܗܘܐ ܠܣܘܡܗ[b] ܫܡܥܘܢ . ܕܒܗ ܢܫܪܐ
ܟܘܦܪܗ ܒܫܠܡ : ܫܘܠܛܢܗ ܗܘܐ ܕܚܫܘܟܐ .
ܘܟܡܝܪ ܠܠܝܐ ܒܥܠܡܗ . ܐܢܬܬܐ ܕܐܓܪܬܗ
ܠܫܡܥܘܢ ܀ ܒܩܠܗ ܩܕܡܝܐ[c] ܐܓܪܬܗ .
ܥܕܝ ܗܘܐ ܓܝܪ ܓܢܣܐ ܢܫܝܐ . ܕܢܗܘܐ ܥܠܬܐ
ܢܣܝ̈ܘܢܐ . ܙܒ̈ܢܝܢ ܓܝܪ ܣܓܝ̈ܐܢ ܓܢܒ̈ܪܐ ܐܬܙܟܝܘ[d]
ܒܟܠ ܕܪ̈ܝܢ ܕܡܢ ܥܠܡܐ . ܠܐܕܡ ܓܢܒܪܐ
ܩܕܡܝܐ ܟܕ ܐܢܬܬܐ ܢܣܝ ܚܘܝܐ . ܘܠܓܢܒܪܐ ܪܒܐ
ܫܡܫܘܢ ܀ ܐܢܬܬܐ ܓܠܚܬܗ ܒܦܢ̈ܩܝܗ . ܘܠܕܘܝܕ
ܗܝ ܕܐܘܩܕܬܗ : ܘܗܘܐ ܩܛܘܠܐ ܙܟܝܐ . ܘܠܫܠܝܡܘܢ
ܢܫ̈ܐ ܐܪܟܢ ܀ ܘܗܘܐ ܚܢܦܐ ܒܣܝܒܘܬܗ .
ܘܠܝܘܣܦ ܡܛܠܡ ܒܠܥܕܗ ܀ ܘܡܢ ܪܒܐ
ܢܟܝܠܬܗ . ܠܙܟܝܐ ܕܝܢ ܗܝ ܠܚܝܒܬܗ ܀ ܘܠܐܚܐܒ
ܕܢܫܕ ܕܡܗ ܕܙܕܝܩܐ . ܘܠܐܠܝܐ ܗܝ ܢܣܝܬܗ :
ܕܢܚܠ ܡܢܗ ܘܢܥܪܘܩ ܗܘܐ . ܠܡܥܡܕܢܐ ܗܝ
ܩܕܝܡܐ . ܥܠ ܦܝܢܟܐ ܪܫܗ ܣܡܬ . ܘܗܝ
ܗܘܬ ܓܪܡܐ ܠܫܡܥܘܢ ܀ ܘܢܟܠܬܗ ܠܫܡܥܘܢ

circumdant. Dum princeps apostolorum in nocte passionis ad abnegandum impellebatur, Jesus ab Hanan pontifice intus in domo interrogabatur[1]. Hora erat quæ hucusque nunquam fuerat : consummabatur abnegatio Simonis. E tribus vicibus ipsi prædictis in hæc verba : « *In hac nocte abnegabis me,* » duæ remanebant Simoni ut Deum suum abnegaret. Galli cantus terminus erat Simoni positus ut suam finiret abnegationem. Potestas erat tenebrarum, atra erat nox. Mulier quæ Simonem ad abnegandum induxit, sua eum voce primo induxit. Solet enim muliebris sexus tentationum causam esse. Sæpius enim succubuerunt viri strenui ab omnibus retro sæculis usque nunc. Adamum primum illum heroem serpens per mulierem tentavit. Fortissimum heroem Samsonem mulier suis adulationibus rasit. Alia Davidem inflammavit eumque innocentis homicidam effecit. Salomonem mulieres ita prostraverunt ut ad idololatriam in senectute declinaverit. Mulier summa injuria Josephum innocentem tanquam reum traduxit. Achabum alia mulier incitavit ut justi sanguinem effunderet. Eliam adeo tentavit ut timore correptus aufugeret. Mulier præcursoris caput in disco posuit; mulier Simonem

[1] Plerique interpretum tenent tres Petri abnegationes apud Caipham peractas fuisse. Sunt tamen qui docent primam Petri abnegationem apud Hanan locum habuisse, quam opinionem hic amplectitur S. Ephræmus.

[a] B. ܕܟܘܢ. — [b] B. ܠܣܘܡܐ. — [c] B. ܩܕܡܐ. — [d] B. ܐܬܙܟܝ.

aggressa est et incusso metu eum in abnegationem traxit. Mulier causa est tentationum et Satanæ organum. Libera nos, Domine, a Malo et prorsus etiam a mulieribus.

Christi ab Hanan interrogatio.

4. In nocte qua Salvator passus est, Hanan sacerdos[1] interrogavit Jesum de doctrina ejus et de discipulis ubinam essent, qua de causa populum in occulto doceret. Cur, inquit, sabbatum nostrum, solvis? Morbos curasti in eo, quod non licet; sprevisti legem; lutum enim in sabbato fecisti et oculos cæci aperuisti; quod etiam in sabbato licitum non est, sanasti paralyticum, qui jusso tuo grabbatum tulit, abjecta omni legis verecundia. Moyses legem docuit qua sabbatum pie observandum est, et tu insurrexisti in Moysen solvens sabbatum ac legem, et quod præcipuum est et maxime intolerabile fecisti te Filium Dei; hinc populus prophetam te reputat, quia sanasti morbos; dum autem nos contemnit, te cum reverentia audit. Idcirco misimus qui te apprehenderent ut non amplius sabbatum violes nec legem solvas. Sententiam contra te requirimus, quia legem Moysi convitiis lacerasti et coram turbis sacerdotes Jerusalem sprevisti; parabolas contra nos proposuisti; relatum nobis est nos nostrosque scribas et pharisæos a te probris

[1] Hanc Christi interrogationem apud Hanan factam fuisse tenet etiam S. Augustinus *De consensu Evang.* III, 6, n. 24. At optimi interpretes Lucas Brug., Maldonatus, Cornelius a Lap., Toletus, cum Cyrillo Alexandrino docent interrogationem factam esse apud Caipham.

ܠܟ[a] : ܘܠܡܩܕܫܟ ܐܦ ܠܚܘ̈ܪܒܐ . ܦܘܠܐ
ܦܘܡܟ ܗܘ ܡܠܐ . ܥܠ[b] ܐܘܪܫܠܡ ܘܥܠ
ܗܝܟܠܐ . ܕܒܫܘܒܩܢܐ ܘܚܪܒܐ ܢܫܬܒܩܘܢ[c] .
ܘܡܕܡ ܗܘ ܠܐ ܡܚܫܒ ܠܟ[d] . ܕܥܒܕܬ
ܢܦܫܟ ܐܠܗܐ : ܠܐܒܘܟ ܝܘܣܦ ܝܕܥܝܢ ܀
ܘܠܡܪܝܡ ܐܡܟ[e] ܕܝܠܕܬܟ . ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܕܠܐ
ܢܟܠܐ . ܠܐܠܗܐ ܩܪܝܬܝܗܝ ܐܒܘܟ . ܗܐ
ܫܐܠܬܟ ܗܐ ܠܟ . ܥܠ ܝܘܠܦܢܟ ܘܥܠ
ܬܠܡܝܕܘܬܟ ܀ ܩܕܡ ܕܝܢܐ ܩܐܡ ܐܢܬ . ܐܢ ܠܐ
ܬܦܫܩ ܝܘܠܦܢܟ ܀ ܕܒܓܠܐ ܠܥܡܐ
ܡܠܠܬ ܀

affici; os tuum plenum est diris et maledictionibus contra Jerusalem et templum, ipsum scilicet excidio et vastatione derelinquendum esse. Quid non es ausus quum teipsum Deum feceris. Cognoscimus patrem tuum Josephum et genitricem tuam Mariam. Quomodo ergo absque artificio Deum vocasti patrem tuum? Ecce interrogavi te, responde mihi de doctrina tua et de disciplina tua. Ante judicem comparebis si non exposueris mihi doctrinam quam populo aperte proposuisti.

ܠܪܒ ܟܗܢܐ ܦܢܐ ܝܫܘܥ ܀ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ
ܗܟܢܐ . ܕܒܟܢܘܫܬܐ ܘܒܗܝܟܠܐ ܀ ܐܠܦܬ ܐܝܟܐ
ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ . ܘܒܛܘܫܝܐ ܠܐ ܡܠܠܬ ܡܕܡ ܀
ܘܡܢܐ ܗܫܐ ܫܐܠܬ ܠܝ . ܩܪܝ ܫܐܠ ܠܗܢܘܢ
ܕܫܡܥܘ ܀ ܘܐܡܪܝܢ ܠܟ ܡܢ ܡܠܠܬ . ܗܢܘܢ
ܓܝܪ ܝܕܥܝܢ ܡܢ ܀ ܟܠ ܡܐ ܕܐܡܪܬ
ܠܗܘܢ . ܐܢ ܗܘ ܕܫܪܝܬ ܢܡܘܣܐ ܀ ܐܘ
ܦܘܩܕܢܘ̈ܗܝ ܒܛܠܬ . ܡܢܐ ܗܫܐ ܒܚܫܘܟܐ ܀
ܫܐܠܬ ܠܝ ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܢܘܗܪܐ . ܠܟܠ ܕܫܡܥܘ
ܝܘܠܦܢܝ ܫܐܠ ܀ ܘܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܩܛܝܓܘ̈ܪܝ .
ܒܢܘܗܪܐ ܐܠܦܬ ܀ ܒܢܘܗܪܐ ܫܐܠ
ܥܠ ܝܘܠܦܢܝ . ܩܪܝ ܠܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܀
ܕܐܚܝܬ ܘܓܪ̈ܒܐ ܕܕܟܝܬ ܘܠܡܫܪ̈ܝܐ ܀
ܘܠܣܡܝ̈ܐ ܫܐܠ ܥܠ ܝܘܠܦܢܝ . ܠܒ̈ܢܝ ܩܛܢܐ
ܕܓܠܝܠܐ ܀ ܐܢ ܐܢܐ ܥܒܕܬ ܢܟܠܐ : ܕܡܝ̈ܐ

5. Summo pontifici respondit Jesus hisce verbis : « *In synagogis et in templo docui, ubi Judæi conveniunt, et in occulto nunquam locutus sum. Quid me nunc interrogas? Voca et interroga eos qui audierunt et dicent tibi quid locutus sim. Illi quippe sciunt quidquid locutus sum eis*[1], si solverim legem aut ejus mandata irrita fecerim. Cur nunc in tenebris interrogas me et non in luce; interroga omnes qui audierunt doctrinam meam et ipsi sint accusatores mei; in luce docui, in luce interroga de doctrina mea; voca omnes illos quorum mortuos ad vitam revocavi, et leprosos quos mundavi. Sanavi paralyticos et cæcos, interroga eos de doctrina mea; incolas Canæ in Galilæa interroga an fraudulenter egerim quando aquam in

[1] *Joan.* XVIII, 20.

[a] B. ܗܘܐ ܠܟ ܡܢ ܦܘܡܟ. — [b] B. ܥܠ ܗܝܟܠܐ ܘܥܠ. — [c] B. ܘܚܪܒܐ. — [d] B. ܠܟ ܚܫܒܬ. — [e] B. ܐܡܟ ܡܪܝܡ ܘܠ.

ܚܡܪܐ ܡܢ ܡܝܐ. ܠܡܕܒܪܐ ܥܪܩܬ ܡܢ ܪܘܒܐ܆
ܘܢܦܩܘ ܠܘܬܝ ܟܢܫܐ ܒܬܪܝ܆ ܠܘܬܗܘܢ ܫܐܠ
ܕܡܢܐ ܚܙܘ ܒܝ: ܘܡܢܗܘܢ ܝܠܦ ܣܘܥܪܢܝ.
ܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ ܓܒܪܐ ܒܡܢܝܢܐ: ܣܛܪ ܡܢ ܢܫܐ
ܘܛܠܝܐ. ܝܠܦ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟܢܐ. ܘܡܢܐ ܥܒܕܬ
ܩܕܡܝܗܘܢ. ܠܡ ܐܘܪܝܬܐ ܟܬܝܒ ܗܘܐ ܒܗ܆
ܕܠܟܦܢܐ ܠܐ ܐܢܫ ܢܬܠ܆ ܐܢܐ ܫܪܝܬܗ ܕܡܢ
ܚܡܫܐ: ܠܚܡܝܢ ܕܣܥܪܐ ܥܡ ܢܘܢܐ. ܠܚܡܫܐ
ܐܠܦܝܢ ܡܣܒܥܬ ܐܢܘܢ. ܐܢܗܘ ܕܐܡܪ ܢܡܘܣܐ:
ܕܠܐ ܬܩܨܐ ܠܟܦܢܐ ܠܚܡܟ: ܫܪܝܬܗ ܡܟܝܠ
ܠܢܡܘܣܐ. ܕܠܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܒܡܕܒܪܐ ܡܣܒܥܬ:
ܕܡܢ ܟܦܢܐ ܠܚܝܨܝܢ ܗܘܘ. ܐܢܗܘ ܕܦܩܕ
ܢܡܘܣܐ܆ ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܚܘܣ ܥܠ ܚܒܪܗ: ܗܘܝܬ
ܠܗ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ܆ ܕܡܢ ܓܒܪܐ ܐܦܩܬ
ܠܓܝܘܢ. ܢܐܬܐ ܓܪܒܐ܆ ܘܢܣܗܕ
ܠܝ ܕܕܟܝܬܗ܆ ܘܫܕܪܬܗ ܠܟܗ̈ܢܐ ܡܚܘܬܗ܆ ܕܢܚܘܐ
ܠܗܘܢ ܕܐܬܕܟܝ. ܘܐܦܩܕܬܗ ܠܘܬ ܐܦ
ܦܩܕܬܗ. ܕܠܟܗ̈ܢܐ ܢܚܘܐ ܢܦܫܗ. ܘܢܩܪܒ
ܩܘܪܒܢ ܡܘܪܟܒ: ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܡܘܫܐ ܪܒܐ
ܠܣܗܕܘܬܗܘܢ. ܐܢ ܢܡܘܣܐ ܫܪܐ ܗܘܝܬ:
ܠܡܢܐ ܗܠܝܢ ܥܒܕ ܗܘܝܬ. ܘܒܕܠܗܝܢ ܗܠܝܢ
ܥܒܕܬ: ܗܐ ܠܢܡܘܣܐ ܡܪܝܡ ܐܢܐ. ܠܐ ܫܪܝܬ
ܡܡܬܘܡ ܢܡܘܣܐ܆ ܘܠܐ ܚܕܐ ܝܘܕ ܫܩܠܬ
ܡܢܗ܆ ܠܟܠܗ ܐܘܪܝܬܐ ܡܠܝܬܗ. ܘܥܕܡܐ
ܕܩܘܝܐ ܕܬܫܠܡ: ܘܐܦ ܗܘ ܘܠܐ ܕܬܫܬܠܡ ܀

vinum converti; fugiens tumultum secessi in desertum et secutæ sunt me turbæ, eas interroga quid in me aspexerint et ab eis disce gesta mea. Viri numero quinque millia absque mulieribus et parvulis ad me exierunt[1], disce ab eis quomodo et quid fecerim coram eis. Scriptum-ne est in lege ut nemo esurientibus escam præbeat? Eam-ne solvi quia quinque millia quinque panibus hordeaceis cum piscibus satiavi? Si lex dicit: « Non franges esurienti panem tuum[2]. » solvi utique legem quando satiavi in deserto quatuor millia qui fame premebantur[3]; si lex præcipit ut nemo misereatur proximi sui, factus sum transgressor legis, quando e viro expuli legionem dæmonum[4]. Veniat leprosus et testimonium reddet mihi quod mundavi eum et ad sacerdotes misi ut se mundatum eis ostenderet, nec tantum præcepi ut sacerdotibus se ostenderet sed ut non negligeret offerre in testimonium illis oblationem a magno Moyse præscriptam[5]. Si legem voluissem solvere, cur hæc fecissem? Quia ergo hæc omnia feci, legem utique exalto. Nunquam legem solvi, nec unum « iud[6] » ab ea abstuli; totam legem adimplevi, et utique donec illa stabit impleatur oportet. »

Alapa Christo inflicta.

ܟܕ ܥܡ ܪܒ ܟܗܢ̈ܐ ܡܡܠܠ܆ ܡܚܐ ܠܠܠܐ

6. Dum loquebatur cum prin-

[1] Cfr. *Matth.* XIV, 13, sqq.
[2] Allusio ad *Is.* LVIII, 7.
[3] Cfr. *Matth.* XV, 32.
[4] Cfr. *Luc.* VIII, 30, sqq.
[5] Cfr. *Matth.* VIII, 2, sqq.
[6] Cfr. *Matth.* V, 18, in versione syriaca.

ܪܒܐ ܀ ܘܡܬܥܠܝܢܘܬܐ ܣܥܪ ܠܗ ܆ ܩܛܝܠܐ
ܡܠܐ ܠܗܘܬܐ[a] ܆ ܚܕ ܡܢ ܕܬܫܥܐ ܩܐܡ ܗܘܐ .
ܘܫܡܥ ܗܘܐ ܕܚܝܒ ܕܝܫܘܥ ܀ ܥܠ ܒܗ
ܣܛܢܐ ܒܛܘܫܝܐ[b] ܆ ܘܠܒܫ ܗܘܐ ܚܨܝܦܘܬܐ .
ܘܐܙܕܝܢ ܒܪܫܝܥܘܬܐ ܀ ܗܘ ܕܚܒܠܗ ܗܘܐ ܠܐܒܕܢܐ .
ܘܐܬܩܪܒ ܗܘܐ ܢܩܫܗ ܆ ܘܡܚܝܗ ܠܝܫܘܥ ܥܠ
ܦܟܗ . ܘܐܚܕ ܪܘܬܐ ܠܒܝܫܐ . ܘܐܟܣܝ
ܦܪܨܘܦܗ ܡܝܟܐܝܠ . ܘܙܥܘ ܒܐܬܪܐ ܪܘܡܐ ܥܝܠܝܐ ܆
ܥܡ ܢܦܫܬܐ ܙܕܝܩܬܐ ܀ ܕܚܙܘ ܠܡܪܗܘܢ
ܕܐܬܡܚܝ ܆ ܥܠ ܦܟܗ ܡܢ ܗܘ ܥܒܕܐ ܆
ܘܪܬܝܬܐ ܢܦܠܬ ܒܣܪ̈ܦܐ ܆ ܟܕ ܐܪܝܡ ܐܝܕܐ ܡܚܒܠܗ
ܠܡܚܝܘ ܗܘܘ ܠܗ ܠܒܕܢܐ ܀ ܘܟܠܝܘܗܝ
ܣܬܟܠܘ ܦܘܩܕܢܐ ܀ ܘܡܛܠ ܕܐܝܬ ܗܘܬ ܦܩܕܬܐ ܕܐܒܐ
ܘܕܒܪܗ ܘܠܐ ܚܒܠܘܗܝ . ܐܘ ܥܒܕܐ ܕܡܚܐ
ܠܡܪܗ[c] . ܐܘ ܕܝܒܐ ܕܢܩܫ ܐܪܒܗ . ܗܘ[d] ܕܝܢ
ܠܐ ܗܘܝܬ ܒܪܢܫܐ ܆ ܕܚܝܒܬ[e] ܡܘ̈ܬܐ ܟܠܗܘܢ
ܐܢܬ . ܒܥܒܕܐ ܠܝܛܐ ܟܠܗ ܆ ܐܝܟܢܐ ܐܬܬܥܝܪܬ
ܥܠ ܡܪܟ . ܘܗܐ ܬܒܥܬܐ ܠܪܫܝܥܘܬܐ . ܗܝ
ܕܡܘܬܐ ܗܝ ܕܡܚܝܪ ܥܒܕܐ ܀ ܘܝ ܠܟ ܥܒܕܐ
ܪܫܝܥܐ ܕܐܬܒܪܝܬ[g] ܠܬܪܝܢ ܡܪ̈ܘܢ . ܠܥܒܕܘܬܐ
ܗܝ ܕܦܓܪܐ ܘܠܣܛܢܐ ... ܘܝ ܗܝ ܪܫܝܥܘܬܐ .
ܘܝ ܠܟ ܡܚܝܠܐ ܘܠܥܠܡ . ܗܘ ܕܡܚܝܗ
ܝܡܝܢܟ ܆ ܗܘܝܘ ܕܒܪܗ ܠܝܡܝܢܟ ܆ ܗܘܝܘ
ܥܒܕܟ ܆ ܘܐܢܬ ܡܚܝܬܝܗܝ . ܠܝܛ ܐܢܬ ܐܘ

cipe sacerdotum Jesus in hac nocte prima et arrogantia ac maledicis verbis ab eo impeteretur, unus e satellitibus stabat et audiebat condemnationem Jesus, ingresso autem clam in eum Satana, scelestus iste impudentia indutus et impietate exitiali armatus accessit et percussit Jesum in maxilla[1]. Illico terror miserum invasit; faciem suam Michael velavit; tremuerunt in locis supernis angeli cum animabus justis videntes Dominum suum in maxilla percussum ab isto servo; tremor Seraphim exagitavit. Ubi sceleratus ille manum levavit ut percuteret eum, virtutes cœlestes minatæ sunt ei exitium, sed cohibiti præcepto Patris et Filii ejus non interemerunt eum. O serve qui Dominum tuum percussisti! O diabole qui magistrum tuum cædisti! tu non amplius homo es, quum omnium mortium reus sis. Serve maledictissime quomodo insurrexisti in Dominum tuum? Vindicta imminet impietati tuæ, cujus atrocitas minatur tibi perditionem. Væ tibi serve impiissime qui elegisti tibi duos Dominos : servitutem carnis et Satanam..... Væ igitur tibi in æternum! quem percussit dextera tua ipse est qui creavit dexteram tuam. Ipse fecit te et tu cædisti eum! Maledictus sis ô qui natus es ad servitutem et impietatem! Maledictio Noachi transeat in te, o proles

[1] Cfr. Sermo de passione, *Opp. græc.* III, 245.

[a] B. ܠܗܘܬܐ ܠܡܪܗ. — [b] A. ܒܛܘܫܐ. — [c] B. ܐܝܟ. — [d] B ܚܕ. — [e] B. ܕܚܝܒ. — [f] B. ܘܡܟܣܟܣ. —
[g] B. ܕܐܬܒܪܝܬ.

ܟܢܥܢ ܥܒܕܐ : ܘܡܚܨܦܢܘܬܐ ܡܢ ܡܬܩܪܒܬ .
ܘܡܚܝܬܗ ܕܗܘܐ ܡܬܛܫܐ ܐܢܬ ، ܐܢܬ ܐܝܟܐ
ܕܚܨܝܦܬܐ . ܐܘ ܥܒܕܐ ܕܦܪܨ ܘܡܚܐ . ܠܡܪܟ
ܡܪܐ ܕܟܠ ܟܗܢܐ : ܝܬܝܒ ܗܘܐ ܡܢܝܚ . ܘܠܡܚܐ
ܠܗ ܗܘܐ ܠܡܫܠܚܘ . ܐܦ ܒܐܝܕܐ ܡܕܝܢ
ܢܚܬ : ܘܠܐ ܐܘܫܛ ܐܝܕܗ ܘܡܚܝܐ . ܘܐܢܬ
ܚܨܝܦܐ ܩܫܝܐ ܠܒܐ ، ܦܪܨܬ ܘܡܚܝܬܗ ܐܝܟ
ܩܛܘܠܐ . ܥܒܕܐ ܗܘܐ ܗܝ ܕܡܠܟܗ ، ܕܐܝܩܪܐ
ܠܡܪܗ ܢܬܠܝܘܗܝ . ܡܚܝܗܝ ܓܝܪ ܠܝܫܘܥ
ܘܐܡܪ ܠܗ : ܕܗܟܢܐ ܠܪܒ ܟܗܢܐ ܡܦܢܐ :
ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܕܠܐ ܡܨܝܢ ܚܢܢ
ܕܢܦܪܥ ܠܟ ، ܕܡܚܝܬ ܡܛܠܬܢ ܗܘܝܬ : ܡܢ
ܥܒܕܐ ܒܦܘܪܩܢܐ ܛܠܝܐ . ܗܘܐ ܕܬܦܪܘܩ ܠܢ ܒܐܕܡܐ .
ܘܥܒܕܐ ܡܚܝܟ ܘܐܢܬ ܚܪܪܬܢ . ܘܥܒܕܐ ܕܗܘ
ܚܪܝܪ[a] ܡܬܚܐ . ܘܥܡ ܚܪܘܪܐ ܡܚܐ ܢܩܒܠ[b] .
ܐܢܬ ܡܪܐ ܘܚܢܢ ܥܒܕܐ . ܘܐܢܬ ܡܚܐ[c] ܩܒܠܬ
ܘܚܢ ܚܪܪܬܢ . ܠܐ ܥܒܕܬ[d] ܒܢܡܘܣ ܥܒܕܐ .
ܐܢܬ ܒܠܛܡܐ ܠܡܚܐ ܚܠܦܝܢ . ܡܢܐ ܕܢܬܕܡܪ
ܐܢܬ ܕܢܚܬܬ : ܡܢܐ ܛܝܒܘܬܐ ܠܡܘܕܝܘ ܠܟ :
ܕܐܢܬ ܢܚܬܬ ܡܫܡܝܐ[e] . ܘܗܘܝܬ ܥܒܕܐ ܥܒܕܬܢ
ܚܐܪܐ[f] . ܘܗܘ ܥܒܕܐ ܕܡܚܝܗ ܡܚܐ ، ܥܘܠܐ
ܗܘܐ ܘܡܢܝܚܐ . ܐܘ ܬܕܡܘܪܬܐ ܕܠܐ ܡܬܡܠܠܐ :
ܕܐܝܟܢ ܠܐ ܐܘܩܕ ܘܐܬܐܟܠ ، ܗܘ ܩܠܐ ܡܢ
ܚܝܠܐ : ܘܗܘ ܚܨܕܐ ܡܢ ܢܘܪܐ . ܒܪܝܟ

Chanaan! O serve qui ausus es accedere ad Dominum omnium creaturarum eumque percutere! Ubinam abscondes te impudentissime? Infinita est enim tua arrogantia. Princeps sacerdotum Dominus tuus sedebat, sed non ausus est manum extendere ut percuteret, sed tu impudentissime et corde durissime accessisti et ut carnifex eum percussisti! Hoc autem est servi officium ut Domino suo honorem exhibeat. Percussit porro servus Jesum dicens : « *Sic respondes pontifici*[1] *?* » Benedictus sis, o Domine Deus noster! Non possumus debitas tibi agere gratias quod pro nobis percussus fuisti a servo ut puer ut hoc pretio (?) nos redimeres. Servus percussit te et tu nos liberasti. Servus qui manumittitur vapulat et cum manumissis colaphum accipit; tu Dominus es et nos servi; tu colapho cæsus es et nos liberasti. Non egisti juxta legem servorum, tu colapho vapulasti pro nobis. Quis satis mirari, quis debitas agere poterit gratias quod descendisti de cœlo pro nobis et factus es servus ac liberos nos effecisti? Ille autem servus qui in maxilla te percussit iniquus et sceleratus fuit. O ineffabile prodigium quomodo non defecit et consumpta est hæc festuca ab illa natura comburente, hæc stipula ab illo qui flamma est? Benedictus qui conclusit in se gloriam suam,

[1] *Joan.* XVIII, 22.

[a] B. ܘܥܒܕܐ ܕܗܘܐ ܚܪܝܪ . — [b] B. ܡܚܐ . — [c] B. ܗܘ ܐܢܬ . — [d] B. ܗܘ ܥܒܕܬ . — B. [e] ܡܢ ܫܡܝܐ . — [f] A. ܚܐܪܐ .

ܘܗܘ ܗܘ ܒܫܢܩܗ : ܘܠܐ ܫܢܩ ܠܡܫܐܠܢܘܗܝ
ܒܪܝܟ ܕܟܣܝ ܚܡܬܐ ܕܓܘܪܗ ܒܦܓܪܗ ܀ ܐܝܟ
ܠܗ ܠܐܝܕܐ ܕܡܚܬܗ . ܒܪܝܟ ܕܐܥܒܪ ܚܡܝܡܘܬܐ
ܡܢܗ : ܘܠܐ ܦܩܕ ܕܢܗܘܘܢ ܝܒܝܫܝܢ ܐܚܝܕܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܢܓܝܪ ܪܘܚܐ : ܘܠܐ ܦܩܕ ܠܐܪܥܐ
ܕܬܒܠܘܥ ܠܕܘܝܐ ܪܕܘܦܘܗܝ . ܒܪܝܟ ܕܫܡܥ
ܓܘܕܦܐ ܘܣܝܒܪ :. ܘܠܐ ܐܬܚܡܬ ܥܠ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܫܡܥ ܠܐܟܠܩܪܨܘܗܝ :. ܘܠܐ ܩܪܐ
ܠܡܠܐܟܐ ܣܗܕܘܬܐ ܠܗ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܫܒܩܘܗܝ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܘܠܐ ܦܩܕ ܕܢܦܨܘܢܝܗܝ ܡܠܐܟܐ .
ܒܪܝܟ ܕܐܫܬܒܩ ܒܠܚܘܕܘܗܝ :. ܕܠܐ ܠܓܝܘܢܐ
ܕܡܠܐܟܐ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܫܒܩ ܠܟܪܘܒܘܗܝ :
ܘܩܡ ܠܗ ܩܕܡ ܒܝܡ ܝܚܝܕܐ ܀

et non cruciavit interrogatores suos! Benedictus qui occultavit vehementiam ardoris suæ in corpore suo, ita ut frigesceret ad manum quæ percussit eum! Benedictus qui transire fecit a se calorem et non jussit ut qui eum tenebant aridi fierent! Benedictus longanimus qui non jussit ut terra absorberet miseros suos persecutores. Benedictus qui audita convitia patienter tulit et nullam concepit iram contra adversarios suos! Benedictus qui, auditis calumniatoribus suis, non advocavit angelos in testes! Benedictus qui a discipulis suis derelictus non jussit ut angeli eum liberarent! Benedictus qui derelictus est solus absque legionibus angelorum! Beatus qui, relictis suis Cherubim, solus stetit in tribunali!

ܫܠܡ ܕܠܠܝܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܀

EXPLICIT SERMO NOCTURNI FERIÆ SEXTÆ.

VI.

ܬܘܒ ܕܩܘܡܐ ܕܨܦܪܐ ܕܝܠܗ ܕܝܘܡܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܨܠܝܒܘܬܐ* .

EJUSDEM FERIÆ SEXTÆ CRUCIFIXIONIS AD STATIONEM MATUTINI.

ܟܕ ܨܦܪܐ ܕܢܓܗܬ ܗܘܐ : ܥܪܘܒܬܐ ܝܩܝܪܬܐ ܕܒܪܘ ܠܡܪܢ . ܐܘܒܠܘܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܩܝܦܐ : ܠܦܪܛܘܪܝܢ . ܦܫܘ ܕܝܢ ܪ̈ܒܝ ܟܘܡܪ̈ܐ . ܒܒ̈ܬܝܗܘܢ ܡܢ ܙܒܢܐ . ܘܠܐ ܥܠܘ ܠܦܪܛܘܪܝܢ : ܕܢܡܘܣܐ ܘܠܐ ܢܬܛܡܘܢ : ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘ . ܕܡ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܦܨܚܐ . ܘܡܫܝܚܐ

1. Mane, quum jam illucesceret pretiosa feria sexta, abduxerunt Dominum nostrum a domo Caïphæ in prætorium. Remanserunt autem principes sacerdotum in suis domibus aliquo tempore, et non introierunt in prætorium secundum legem ut non contaminarentur sed

Jesus coram Pilato.

* B. habet : ܬܘܒ ܕܩܘܡܐ ܕܨܦܪܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܨܠܝܒܘܬܐ ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܠܐ ܟܕ ܡܢ ܕܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ .

ܘܫܕܪܘ ܣܦܪܐ : ܕܢܬܪܘܢ ܠܡܐܟܠ ܠܦܨܚܐ
ܕܥܡܐ . ܩܫܝܫܘ ܕܝܢ ܕܥܡܐ : ܠܡܫܝܚܐ ܠܒܝܬ
ܕܝܢܐ ܘܐܡܪ ܕܝܢ ܦܝܠܛܘܣ ܡܢܐ ܕܕܝܢܐ : ܥܠ
ܗܢ ܓܒܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ . ܗܐ ܓܝܪ ܕܦܐ ܠܝ
ܚܙܘܗܝ : ܕܠܐ ܚܛܝܬ ܡܕܡ ܒܚܘܒܘܗܝ .
ܘܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܣܟܠܬ ܠܗ : ܕܗܘܐ ܓܘܢܗ
ܢܗܝܪ ܘܙܗܐ . ܩܕܡܝ ܐܬܘ ܐܬܦܪܣܘ : ܘܓܘ
ܕܚܠܬܐ ܡܙܝܥܐ[a] ܦܓܪܝܗܘܢ . ܘܥܕ ܠܐ ܐܫܐܠ
ܠܐܢܫܘܢ : ܡܢ ܚܙܘܬܗܘܢ ܡܬܟܪܝܢ . ܗܢܐ
ܕܝܢ ܕܩܪܒܬܘܢ ܠܝ : ܗܐ ܙܗܐ ܘܢܗܝܪ ܩܐܡ .
ܦܪܨܘܦܟܘܢ ܕܝܢ ܕܢܦܩ . ܠܘܪܩܐ ܡܢ ܒܝܫܬܐ.
ܘܗܢܐ ܕܩܪܒܬܘܢ ܠܝ : ܡܓܪܓ ܠܝ ܕܐܬܒܩܐ
ܒܗ : ܘܠܐ ܐܫܩܘܠ ܥܝܢܝ ܡܢܗ . ܠܐ ܒܚܡܬܐ
ܐܠܐ ܒܛܝܒܘܬܐ . ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܬܟܝܠ ܩܐܡ :
ܘܠܒܗ ܠܐ ܪܦܐ ܠܗ . ܐܢ ܙܥ ܗܘܐ
ܪܥܝܢܗ : ܟܕ ܕܝܢ ܙܥ ܡܢ ܕܚܠܬܐ . ܕܡܐ
ܠܝ ܓܒܪܐ ܗܘ ܛܒܐ : ܘܬܟܝܠ ܐܢܐ ܕܕܟܝܐ
ܗܘ ܠܒܗ . ܕܗܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܠܘܗܝ ܩܥܝܢ .
ܗܘ ܩܐܡ ܫܬܝܩ ܘܫܠܝܐ : ܘܐܢܬܘܢ ܟܠܟܘܢ
ܒܩܥܬܟܘܢ . ܡܛܠ ܕܟܠܟܘܢ ܠܙܩܝܦܐ . ܘܗܘ
ܫܬܩ ܐܝܟ ܬܡܝܡܐ . ܚܪܫ ܠܗ ܠܩܠ
ܩܥܬܟܘܢ . ܕܠܝ ܩܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܚܝܒܝܗ .
ܘܟܕ ܕܚܙܐ ܠܬܟܠܬܗ . ܐܣܒܪ ܕܙܟܝܐ[b]
ܡܢ ܟܠܟܘܢ . ܐܡܪܘ ܠܝ ܡܘܟܠܣܢܐ . ܕܐܝܬ
ܠܟܘܢ ܥܠ ܗܢܐ[c] ܓܒܪܐ . ܐܡܪܘ[d] ܡܘܟܣܝܢ

miserunt scribas et seniores dum manducabant Pascha[1]. Seniores autem et scribæ populi duxerunt Jesum ad tribunal. Itaque Pilatus judex assumens seniores dixit : Quamnam accusationem judicialem habetis contra hunc virum, ecce enim vultu apparet mihi tanquam qui innocuus sit, et puto illum nihil deliquisse. Color enim ejus nitidus splendescit. Coram me comparuerunt viri, corpora eorum metu tremebant, et antequam interrogarem eos, ex aspectu suo jam deprehendebantur; hunc autem mihi obtulistis et ecce candidus et serenus stat coram me. Vultus autem vestri eo afficiuntur pallore qui ex malefacto oritur; hic vero quem obtulistis desiderium mihi ingerit eum examinandi ita ut oculos continuo in eum intendam non animo vindictæ sed ex benevolentia. Stat velut homo securus. Nunc cor ejus non videtur palpitare. Si mens ejus tremesceret forsan ipse tremore marcesseret. Vir mihi videtur bonus et confido cor ejus purum esse. Dum omnes contra eum vociferantur, ipse remanet tacens et quietus. Vos omnes vestris clamoribus impellitis me ad eum crucifigendum, et ipse ut vir probus tacet. Surdus fit clamoribus vestris quibus clamatis mihi ut condemnem eum, et ubi considero confidentiam arbitror illum præ omnibus vobis innocentem. Dicite mihi quamnam accusationem ha-

[1] Cfr. *Joan.* XVIII, 28.

[a] B. ܘܣܒܪܘ. — [b] B. ܘܙܟܝ. — [c] B. ܗܢ. — [d] B. ܐܡܪܘ.

ܕܥܠܘܗܝ : ܘܐܣܝܪ ܐܢܐ ܠܡܫܐܠܘܬܗ. ܐܡܪܘ
ܠܝ ܐܢ ܓܢܒܐ ܗܘ : ܣܗܕܘ ܣܗܕܘܬܐ ܥܠ
ܓܢܒܘܬܗ. ܘܗܘܐ ܡܚܝܪܐ ܐܬܒܥ ܐܢܐ ܠܗ :
ܐܝܟ ܕܠܓܢܒܐ ܓܢܒܐ : ܒܪܡ ܠܐ ܕܡܐ ܠܓܢܒܐ :
ܗܘ ܡܟܝܟܐ ܘܫܠܝܐ ܘܫܬܝܩ : ܐܦܠܐ ܕܡܐ
ܠܚܨܝܦܐ : ܕܗܘ ܠܐ ܡܬܪܓܙ ܡܢ ܚܣܕܝܟܘܢ. ܐܣܗܕܘ
ܠܝ ܐܢ ܩܛܘܠܐ ܗܘ : ܘܩܕܡܝ ܐܟܣܘܗܝ.
ܘܐܢ ܐܫܟܚܬܘܢ ܕܬܚܘܘܢ : ܒܣܝܦܐ ܕܩܛܘܠܐ
ܢܬܩܛܠ. ܗܐ ܚܪܬ ܒܗ ܘܡܬܚܙܐ ܠܝ : ܕܐܢ ܡܨܐ
ܡܝܬܐ ܠܡܚܝܘ. ܘܐܢ ܡܡܝܬ ܡܘܬܐ ܠܡܩܛܠ[a].
ܗܢܐ ܐܢܐ ܕܐܣܒܪ ܥܠܘܗܝ. ܕܡܩܛܠܢܐ[b] ܗܘ
ܕܒܝܫܬܐ. ܐܡܪܘ ܠܝ ܡܐ ܥܠܬܐ[c]. ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ
ܓܒܪܐ ܗܢܐ ܠܘܬܗ. ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ ܒܫܪܪܐ.
ܕܚܣܡܐ ܡܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܠܘܗܝ. ܕܠܡܐ ܛܒ
ܓܒܪܐ ܗܘ ܛܒܐ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܗܘܐ ܠܐ ܕܚܠ ܩܐܡ :
ܕܠܡܐ ܡܛܠ ܛܒܬܗ[d] : ܚܣܡܬܘܢ ܒܗ[e]
ܘܐܫܠܡܬܘܢܝܗܝ. ܘܐܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܚܣܡܐ
ܗܘ : ܠܐ ܬܚܛܘܢ ܘܬܨܚܢܘܢܝܗܝ. ܗܐ ܕܫܘܝܐ
ܡܫܪܪܐ : ܕܚܣܡܐ ܡܠܝܢ ܠܒܒܟܘܢ.
ܘܚܙܘܐ ܠܗ ܚܙܘܗ ܕܠܗ : ܐܝܟ ܗܘ ܕܗܘܐ
ܝܠܝܕ ܠܚܣܡܐ ܀

ܣܦܪܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܥܡܐ : ܩܕܡ ܦܝܠܛܘܣ
ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܟܠܝܢ ܩܪܨܐ ܥܠ ܝܫܘܥ :
ܕܢܥܒܕܘܢ ܥܠܘܗܝ ܣܟܠܘܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪܘ
ܠܗ ܠܕܝܢܐ : ܩܘܡ ܩܛܪܓܐ ܩܕܡܝܐ. ܕܐܠܘ
ܠܐ ܡܢ ܐܫܬܘܕܥܢ. ܕܥܒܕ ܒܝܫܬܐ ܗܢܘ.

betis contra hunc virum? Ubi cognovero accusationem vestram contra eum tunc interrogabo eum. Dicite mihi an fur sit? Testimonium emittite de ejus furtis et illico illum ut furem puniam; sed furibus assimilari nequit vir mansuetus et tranquillus qui tacet, neque impudentibus assimilari potest qui probris vestris non movetur. Testamini mihi an sit homicida et eum coram me arguite, et si potueritis crimen demonstrare gladio homicidarum necabitur. Ecce consideravi eum, et mihi videtur quod si potest mortuos vivificare mortemque occidere putandum mihi est ipsum malorum interfectorem esse. Dicite mihi quam accusationem habetis adversus hunc virum; videmini mihi in veritate pleni invidia in eum. Numquid ipse vir bonus est et idcirco impavidus stat? Numquid propter bona facta ejus ipsi invidetis et tradidistis eum? Et, si scitis invidiam esse, ne peccemini et ne conviciamini ei. Ecce consensus vester verisimile facit corda vestra invidia plena esse et talis mihi videtur aspectus ejus qualis est aspectus illius qui natus est ad dilectionem.

2. Scribæ et seniores populi coram Pilato vociferabant accusantes Jesum ut reum criminis eum facerent. Responderunt ergo judici primam accusationem renovantes : « Domine, si certiores non essemus effecti ipsum malefacto-

[a] B. ܩܛܘܠܐ. — [b] B. ܡܩܛܠܐ. — [c] B. ܥܠܬܐ ܗܘ. — [d] B. ܛܒܬܗ. — [e] B. ܠܗ.

ܕܠܐ ܠܟ ܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܡܫܠܡܝܢ ܗܘܝܢ ܠܗ
ܕܬܚܝܒܝܘܗܝ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܢ ܀
ܟܒܪ ܩܛܝܠ ܗܘܐ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܢ . ܡܛܠ ܕܝܢ
ܕܐܢܬ ܕܝܢܐ . ܠܒܐܡܐ ܕܝܠܟ ܩܪܒܢܝܗܝ ܀
ܠܡܫܩܠܘܗܝ ܐܢܬܘܢ ܘܕܘܢܘܗܝ : ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ
ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ . ܠܣܦܪܐ ܐܡܪ ܦܝܠܛܘܣ ܀
ܕܝܕܥ ܕܝܫܘܥ ܙܟܝܐ ܗܘ . ܠܐ ܠܢ ܫܠܝܛ ܠܢ
ܠܡܩܛܠ . ܩܥܘ ܝܗܘܕܝܐ ܠܦܝܠܛܘܣ . ܐܢܬ
ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ . ܩܛܘܠ ܠܢ ܠܗܢܐ
ܝܫܘܥ ܀

ܢܦܩ[a] ܦܝܠܛܘܣ ܡܢܗܘܢ . ܘܥܠ ܗܘܐ
ܠܦܪܛܘܪܝܢ . ܘܩܪܐ ܠܝܫܘܥ ܕܢܫܐܠܝܘܗܝ
ܘܢܫܡܥ ܡܠܬܐ ܡܢ ܦܘܡܗ . ܐܢܬ ܗܘ ܡܠܟܐ
ܕܝܗܘܕܝܐ : ܠܝܫܘܥ ܐܡܪ ܦܝܠܛܘܣ . ܕܡܬܚܙܐ
ܕܐܢܬ ܗܘ ܠܡܠܟܐ ܘܩܢܐ ܐܢܬ ܐܝܟ ܒܪܡܠܟܐ .
ܠܡܠܟܐ ܗܘ ܕܡܕܡܝܢܐ ܠܟ . ܐܡܪ ܠܝ ܐܢ
ܡܠܟܐ ܐܢܬ . ܘܐܢ ܡܠܟܐ ܐܢܬ ܗܘ ܝܐܐ
ܫܦܝܪ . ܕܡܛܝܐ ܠܟ ܡܠܟܘܬܐ . ܘܐܢ ܗܘ
ܒܪ ܡܠܟܐ ܐܢܬ . ܝܐܐ ܠܟ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܐܒܘܟ . ܐܢ ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܝ ܫܦܝܪ . ܘܒܡܠܟܘܬܐ
ܕܗܕܪܐ ܚܙܘܟ . ܟܡܐ ܒܐܒܘܟ ܒܫܘܠܛܢܗ .
ܡܕܚܠ ܠܚܙܝܘܗܝ . ܐܢ ܐܢܬ ܡܠܟܐ ܐܢܬ
ܐܘܕܥܢܝ[b] . ܐܚܙܐ ܒܟ ܐܝܟ ܕܒܡܠܟܐ . ܘܐܠܐ
ܠܡܢܐ ܣܢܝܢ ܠܟ ܝܗܘܕܝܐ : ܐܢ ܐܢܬ ܡܠܟܐ
ܕܝܗܘܕܝܐ ܐܢܬ : ܚܘܐ ܐܢܘܢ
ܡܠܟܘܬܟ . ܓܠܐ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܟ : ܟܒܘܫ
ܐܢܘܢ ܘܐܪܡܐ ܠܗܘܢ . ܕܚܠܬܐ ܐܡܐܢ

rem esse non tibi judici justo eum tradidissemus[1], ut ad mortem eum damnares; si enim nobis licitum esset, jam a nobis universis necatus foret. Quia vero tu solus judex es, ad tuum tribunal adduximus eum. » « Accipite eum vos et judicate eum secundum legem vestram, respondit scribis Pilatus, qui sciebat Jesum innocentem esse. » « Nobis non licet interficere, clamarunt Pilato Judæi, tu solus potestatem habes, interfice nobis hunc Jesum. »

3. Recedens ab eis Pilatus ingressus est prætorium et vocavit Jesum ut eum interrogaret et responsum ab ore ejus obtineret : « Tu es rex Judæorum[2], dixit Pilatus Jesu, mihi enim videris rex et majestatem habes filii regis, regi te assimilo, dic mihi an rex es tu? Quod si rex es utique bonum est, regnum enim tibi convenit, si filius regis es, decet te regnum patris tui; si tali sis majestate decorus, si regis incedis aspectu, quanto magis pater tuus majestate sua terreat se aspicientes. Si tu es rex indica mihi, te ut regem considerabo. Si autem rex es cur Judæi oderunt te? Si tu es rex Judæorum ostende eis regnum tuum, manifesta eis potestatem tuam, reprime eos et terrorem eis incute; cur imperium exerces ut homo vilis? et sinis eos contemnere regiam tuam potestatem? Si rex es Judæorum, expelle eos a nobis et

[1] *Joan.* XVIII, 30-31.

[a] B. ܐܬܐ . — [b] B. ܐܘܕܥܢܝ .

[2] *Ibid.* XVIII, 33.

compesce eorum clamores, ecce enim vociferantur necem tuam expetentes, nec cessabunt quin occiderint te. » Pilato respondit Dominus noster ut prius et dixit : « A temetipso hoc dicis quod sum rex Judæorum, an audivisti ab aliis qui dicebant me regem esse[1]? » « Numquid ego Judæus sum? dixit Pilatus Jesu[2]; gens tua odit te, principes sacerdotum tradiderunt te mihi, ostende mihi quid feceris ut sciam an inique egeris? » — « Regnum meum, o Pilate, non est de hoc mundo. Si enim ex hoc mundo esset regnum de quo interrogasti me, ministri mei decertarent ut non traderer Judæis; regnum meum non est hinc, oculis absconditum est regnum meum. Nemo regnum meum aspicere potest nisi qui illo dignus est. Quis potest meam majestatem agnoscere nisi qui me diligit? Quis hæres meus erit, nisi qui confitetur me? et quis mysteriis meis initiabitur nisi qui mihi ministraverit? » Pilatus dixit Jesu : « Igitur rex es tu; responsionis tuæ sensus est te regem regisque filium esse; ostendas igitur mihi regnum tuum, ostendas an potestas tua terrena sit vel abscondita; volo videre coronam tuam; si rex es ostende mihi palatium tuum. » Pilato Jesus respondit : « Tu dixisti quia rex sum ego. Ego ad hoc natus sum et ad hoc veni in mundum; testimonium perhibeo veritati, et omnis qui verax est audit me. Qui

[1] *Joan.* XVIII, 34.

[2] *Ibid.* XVIII, 35-37.

ܘܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ ܗܘ ܐܢܫ. ܘܩܠܝ ܠܐ ܫܡܥ:
ܘܟܠ ܕܪܚܡ ܫܪܪܐ ܫܡܥ ܠܝ. ܐܢܐ ܕܝܠܗ ܠܐ ܫܡܥ.
ܫܪܪܐ ܠܘܬܗ ܠܐ ܡܢܗ. ܘܐܢܐ ܕܡܫܡܠܝܐ ܟܠܗ
ܠܗ: ܕܝܠܝ ܗܘ ܘܐܢܐ ܕܝܠܗ: ܫܐܠܗ
ܦܝܠܛܘܣ ܠܝܫܘܥ. ܡܢܐ ܫܪܪܐ ܘܫܬܩ ܠܗ.
ܘܢܦܩ ܠܗ ܠܘܬ ܝܗܘܕܝܐ. ܕܢܚܙܐ ܡܢܐ
ܥܢܝܢ ܠܗ. ܡܢܐ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܝܗܘܕܝܐ:
ܥܠ ܓܒܪܐ ܕܠܝ ܐܫܠܡܬܘܢ. ܡܢܐ ܨܒܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܐܥܒܕ ܠܗ. ܡܢܐ ܣܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ
ܕܢܗܘܐ ܠܗ. ܓܒܪܐ ܕܥܠܬܐ ܚܙܝܬ ܒܗ ܠܐ:
ܐܫܟܚܬ ܒܗ ܟܕ ܫܐܠܬܗ. ܐܝܬܝܬܘܢ ܠܝ ܓܒܪܐ
ܚܝܒ: ܠܐ ܡܘܬܐ ܐܦܠܐ ܨܥܪܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܕܢܩܛܠܝܘܗܝ ܠܢ: ܐܢ ܚܝܒ ܘܐܢ ܠܐ ܚܝܒ.
ܫܡܝܥ ܠܢ ܥܠ ܢܡܘܣܝܟܘܢ. ܕܟܐܢܐ ܐܢܘܢ
ܘܬܪܝܨܐ. ܘܐܢ ܟܐܢܐ ܐܢܬܘܢ. ܠܐ ܡܚܝܒܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܠܗܢܐ. ܠܝ ܠܐ ܦܣܩ ܢܡܘܣܐ:
ܐܢܐ ܕܐܩܛܘܠ ܐܢܫ: ܕܐܩܛܘܠ ܐܢܫ ܕܠܐ
ܣܟܠܐ: ܘܐܚܝܒ ܕܠܐ ܫܘܐܠܐ. ܝܕܥ ܐܢܐ
ܕܫܡܝܐ: ܠܐ ܐܪܥܐ[a] ܡܨܝܢ ܕܢܚܝܒܘܢ
ܠܗ. ܐܢ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܢܛܪܝܢ ܢܡܘܣܐ
ܢܡܘܣܐ: ܡܚܝܒܝܢ ܠܗ ܒܕܝܢܐ ܟܐܢܐ.
ܐܝܢܘ ܕܢܡܘܣܐ ܙܕܩ ܐܢܬܘܢ: ܕܠܐ ܐܬܚܝܒ
ܗܘܐ ܐܬܚܝܒ. ܒܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܠܐ ܚܝܒ. ܟܠܗ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܙܟܝܐ ܗܘ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܥܠܬܐ
ܕܡܘܬܐ: ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ ܠܗ ܒܟܐܢܘܬܐ. ܠܐ
ܫܒܩܝܢ ܠܗ ܢܡܘܣܐ. ܕܠܐ ܣܟܠܐ ܘܠܐ
ܚܘܒܐ[b]. ܩܫܝܐ ܗܘ ܠܝ ܕܐܚܝܒ.

vocem meam non audit, veritas non est apud eum; qui cor veritate repletum habet, mei est et ego ipsius. » Jesum Pilatus interrogavit : « Quid est veritas, » et conticuit.

ܢܣܒ. ܗܘ ܡܠܬܐ ܐܡܪ ܡܪܢ: ܘܐܪܘܝ

[1] *Joan.* XIX, 28.

[a] B. ܡܢܝ.

fuit militibus qui te crucifixerunt. In quatuor partes diviserunt crucifixores indumenta corporis tui, sicut in quatuor mundi partes diviserunt apostoli corpus tuum sanctum. Tunica inconsutilis Evangelium tuum est, o Salvator noster, cui immixtæ non sunt doctrinæ quæ fidem perturbant, tunica tua fides est quæ erroribus non scinditur. et sors in eam missa, dum pacem conciliat, veritas est quæ contentiones sedat. Discussiones veritas solvit sicut sors discussionem de tunica tua, et amor tuus iram sedat sicut crux tua pacem attulit. Quis autem dabit mihi ut cognoscam, Domine, de indumento tuo an existat adhuc, aut in aliquo loco occultaveris illud, ut Jeremias arcam, propitiatorium, urnam et virgam quæ abstulit Pater tuus ut servarentur donec tribus Jacobi congregentur. Forsan etiam, Domine, de indumento tuo præcipisti ut occultaretur donec venias congregare populos in unum et appareat testimonium vestium tuarum.

Sitio.

20. Adimpleta erant omnia quæ scripta sunt, unum adhuc remanebat; hora octava transierat, incipiebat hora nona. *Sitio,* inquit Salvator noster, ut prophetia impleretur[1]. E vase autem aceto pleno spongiam impleverunt eique obtulerunt; accepit acetum ut impleretur vaticinium : « *et in siti mea potaverunt me aceto*[2]. »

[2] *Ps.* LXVIII, 22.

[illegible]

Descensus ad inferos.

« *Ecce consummatum est,* inquit Jesus, *et, inclinato capite, tradidit spiritum.* » Quænam mens non obstupesceret et dolore tota non afficeretur quod huic omnis vitæ fonti acetum propinarunt Adami nepotes? Finita hora nona, tradidit spiritum in cruce, cum ejus spiritu transiit hora nona, et cum hora nona adimpletæ sunt Scripturæ. Omnia igitur adimpleta sunt cum hora illa et momento.

21. Duo quæ facta sunt rursus inspiciamus ut illis absolvamus res crucem spectantes. Feria sexta consummata sunt omnia prophetarum sacramenta. Judæi a Pilato petierunt de crucifixis ut tollerentur. Facta igitur licentia, fregerunt crura primi et solutum dimiserunt e cruce, similiter et secundi crura fregerunt, Jesus autem non fregerunt, sed lancea transfixerunt eum et illico exiverunt aqua et sanguis et adimpleta fuit tota prophetia. Et post crucifixionem, quam propter peccatores passus est, Jesus in sepulcro conditus fuit, ut descenderet ad inferos et eos prorsus spoliaret propter nos; descendit ut inviseret et adimpleret, invisit et adimplevit oracula prophetarum et finem imposuit legi. Ex viginti duobus libris sacris nihil reliquit intactum quod non perficeret. Conceptus, deinde in præsepio repositus, puer factus est et servus, occisus est et vivificavit, vitamque præbuit omnibus mortalibus. Inimicitia posita erat mortem inferens

* B. [illegible].

[Syriac text]

Adæ posteris. Jesus autem fecit reconciliationem in cœlo, in terra et in inferis. Cœlum lætatum est quod rediit ad se Filius Domini cœli et terræ; terra lætata est pacem obtinens a calce pedum ejus cum elevatus est in cœlum; inferi lætati sunt quod ad eos descendisset et gloriati sunt quum intraret[1]; ipse eis innuit ut illum susciperent: tres dies ibi remansit, cum autem resurgens exinde abiisset, tristitia ex ejus discessu affecti sunt, viaticum et honorem ei præstiterunt, dederunt ei obsides quos postulaverat quum illuc ingrederetur. Morte sopitus perrexit ad inferos, ressuscitatus autem ex illis exivit factus angelus fortis. Solus perrexit ad eos ut viator qui præterit; quum autem surrexit et exivit, exegit ab eis computi rationes. Ivit ad inferos sicut Jacob in Harran, et pariter ex eis exivit sicut ille[2]. Benedictus qui suo descensu et ascensu explicavit typos Jacobi. Jacob solus cum baculo ivit in Harran, exivit autem cum spoliis et magno posterorum comitatu. Jesus ipse solus portans signum crucis, baculum quo creaturas regit, in inferos, Harran verum, perrexit. Quum autem resurrectione exivit, mortui cum eo e pulvere surrexerunt, et qui in sepulcro inde ab antiquo obdormierant, a somno excitati sunt. Quum Jacob fugit in terram Chanaan, filii Laban non animad-

[1] De Christi descensu ad inferos vid. carmina Nisib. 35, sqq.

[2] *Gen.* XXXI.

a A. [Syriac] — b B. [Syriac]

ܒܡܘܬܗ ܕܝܢ ܓܢܒ ܡܝܬܐ . ܪܚܝܠ ܒܚܝܠܗ
ܕܝܥܩܘܒ : ܓܢܒܬ ܗܘܬ ܨ̈ܠܡܐ ܕܐܒܘܗ .
ܘܩܝܡܬ[a] ܡ̈ܝܬܐ ܐܝܟ ܪܚܝܠ . ܓܢܒܬ ܡ̈ܝܬܐ
ܒܚܝܠ ܡܫܝܚܐ ⁘

Sepultura.

ܠܟ ܫܘ̄ ܐܡܪܐ ܕܢܟܝܣ : ܠܟ ܬܘܕܝ ܙܩܝܦܐ
ܩܛܝܠܐ . ܒܪܝܟ ܐܢܬ ܗܘ ܕܣܝܡܬ ܒܩܒܪܐ :
ܣܓܝܕ ܐܢܬ ܡܝܬܐ ܡܩܝܡ ܢܦܫܗ ⁘ ܢܥܒܕ
ܡܪܢ ܠܚܢܛܘܬܟ . ܘܠܒܝܬ ܩܒܘܪܬܟ .
ܘܐܝܟܢܐ ܘܒܝܕ ܡܢܘ . ܠܩܒܪܐ ܗܘܐ ܡܫܬܠܡ
ܦܓܪܟ . ܠܒܪ ܚܐܪܐ ܝܘܣܦ ܢܩܪܐ . ܕܗܘ
ܝܕܥ ܒܗ ܒܣܘܥܪܢܐ . ܘܗܘ ܡܓܠܐ ܫܪ̈ܝܪܬܐ
ܠܡܫܐ̈ܠܢܘܗܝ ܚܟܝܡܐ ⁘ ܒܪ ܚܐܪܐ ܛܒܐ
ܝܘܣܦ . ܕܒܝܠ ܫܡ ܝܘܣܦ ܢܓܪܐ . ܬܐ
ܗܫܐ ܐܫܬܥܐ ܠܢ : ܥܠ ܣܘܥܪܢ ܕܚܘܒܟ ܠܘܬ ܝܫܘܥ .
ܝܕܝܥ ܫܡܟ ܐܦ ܕܡܕܝܢܬܟ[b] . ܗܘ ܕܝܬܝܪ
ܡܪܓܓ . ܫܡܝܐ ܪܡܬܐ ܡܬܩܪܝܢ : ܪܡܬܐ
ܡܕܝܢܬܟ ܡܬܟܢܝܐ . ܡܛܠܬܟ ܢܬܠ ܠܗ ⁖
ܐܝܩܪܐ ܠܪܡܬܐ ܡܕܝܢܬܟ . ܠܬܪܝܢ ܝܘܣܦ ܐܕܡܝܟ
ܒܕܘܒܪܟ ܘܒܟܐܢܘܬܟ . ܫܘܝܬ ܗܘ
ܠܫܡܗܘܢ . ܕܠܥܒܕܝܗܘܢ ܐܬܕܡܝܬ . ܡܢ
ܝܘܣܦ ܗܘ ܒܪ ܝܥܩܘܒ ⁖ ܕܠܡ̈ܝܬܐ ܐܠܦܬ
ܩܒܘܪ . ܘܐܦ ܡܢ ܝܘܣܦ ܢܓܪܐ . ܕܠܡܫܝܚܐ
ܠܡܝܩܪܘ ܝܠܦܬ . ܠܐ ܐܢܫ ܢܚܫܒ ܗܘܐ ܒܓܠܐ .
ܕܠܡܝܩܪܘ ܗܘܬ ܕܡܫܝܚܐ . ܘܡܢ ܕܒܬܪܗܘܢ
ܐܬܝܠܕܬ ⁖ ܠܥܬܝܪܐ ܕܠܡܝܩܪܘ ܐܢܬ . ܡܢ

verterunt, nec custodes animadverterunt quum Jesus mortuos furatus est. Rachel per Jacobi virtutem furata est idola patris sui, et resurrectio, ut Rachel, per virtutem Christi mortuos furata est.

22. Gloria tibi, agno immolato, tibi laudes crucifixo, occiso! Benedictus es, ô tu, qui conditus in sepulcro fuisti, adorandus es, ô tu, qui a morte teipsum suscitasti! Memoriam faciamus, Domine, conditurae et sepulturae tuae, quomodo et per quem sepulcro traditum fuit corpus tuum; nobilem Josephum advocemus ipse enim rem novit et ipse veritatem aperiet iis qui sapienter interrogant. O vir liber et bone Joseph qui nomine decoratus es Josephi fabri, veni nunc narra nobis de actu amoris tui erga Jesum. Notum est nomen tuum et nomen oppidi tui, quod magis adhuc impellit ut præclarum tuum opus exaltemus. Cœlum *ramtha* (altum) vocatur, *Ramtha* oppidum tuum[1] cognominatur. Propter te honorem reddamus Ramthæ (alto) oppido tuo. Duobus Josephis comparabo te, propter tuam agendi rationem et propter tuam justitiam; dignus es eorum nomine quia eorum opera imitatus es. A Josepho, Jacobi filio, didicisti artem sepeliendi mortuos, a Josepho fabro institutus fuisti in ratione honorandi Christum. Nemo pu-

---

[1] Oppidum seu vicum unde Josephus oriundus erat, græce Αριμαθαιάν appellatur; versio autem simplex illud *Ramtha*, id est, altum appellat. Ad nominis significationem hic alludit S. Doctor.

[a] A. ܘܩܝܡܬ. — [b] B. add. ܘܡܢ ܫܡܟ ܝܕܝܥ ܦܠܣܛܝܢܐ . ܡܕܝܢܬܟ ܗܘ ܡܬܩܪܝܐ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܐܪܡܬܝ ܡܪܓܓ .

ܕܬܠܡܝܕܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܡܟܝܠ ܗܘܬ ܘܩܒܪܬܝܗܝ .
ܘܠܚܟܝܡܐ ܓܠܝܐ ܫܦܝܪ ܕܬܠܡܝܕܗ ܗܘܝܬ ܀
ܗܘܬ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܡܛܫܝܐ
ܗܘܬ ܗܝܡܢܘܬܟ . ܟܕ ܒܥܬ ܥܠܬܐ : ܒܥܒܕܐ
ܚܘܝ ܚܘܒܟ ܠܡܦܩܢܘܬܗ[a] ܠܗ ܦܘܡܐ
ܕܝܘܣܦ . ܠܡܦܩܢܘܬܗ[b] ܢܥܒܕ ܦܘܡܐ . ܥܒܕ
ܚܝܠܗ ܠܦܝܠܛܘܣ . ܘܐܦ ܗܘ ܫܐܠܗ
ܗܘܐ ܠܦܓܪܗ . ܘܐܦ ܗܘ ܝܗܒ ܠܗ ܦܓܪܗ
ܗܘܐ . ܘܢܝܩܘܕܝܡܘܣ ܠܬܠܡܝܕܐ . ܗܘܐ ܐܝܟ ܡܢ
ܕܝܠܗ . ܡܛܠ ܠܝܗܘܕܝܐ ܡܘܕܐ ܘܡܟܠܐ[c]
ܡܫܝܚܬܐ ܡܝܩܪܐ ܛܒ : ܐܝܟ ܕܠܡܢܚܡܘ
ܠܩܒܝܪܐ . ܘܐܝܬܝ ܝܘܣܦ ܡܢ ܒܝܬܗ . ܟܬܢܐ
ܝܩܝܪܐ ܘܢܗܝܪܐ . ܠܩܒܘܪܬܐ ܕܗܘ ܕܩܒܪ
ܠܚܛܗܝܢ ܘܡܝܘܬܘܬܢ . ܝܘܣܦ ܥܡ
ܢܝܩܘܕܝܡܘܣ . ܫܘܬܦܐ ܗܘܘ ܠܩܒܘܪܬܐ .
ܘܠܦܓܪܗ ܕܝܫܘܥ ܟܪܟܘ . ܘܒܩܒܪܗ
ܕܝܘܣܦ ܣܡܘܗܝ .

ܒܪܝܟ ܚܘܒܟ ܡܪܢ ܝܫܘܥ . ܕܟܡܐ ܫܦܝܪ
ܕܫܪܐ . ܕܐܚܕ ܚܘܠܐ ܘܚܛܦ . ܠܪܥܝܢܐ ܕܢܪܚܡܘܢ
ܠܗ . ܗܘܝܘ ܠܗ ܠܪܥܝܢܝܗܘܢ . ܕܝܘܣܦ
ܘܢܝܩܘܕܝܡܘܣ ܕܢܝܩܪܘܢ ܠܩܒܘܪܬܟ .
ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܚܝܠܗ . ܝܗܒ ܝܘܣܦ
ܩܒܪܗ ܚܕܬܐ . ܕܟܠܗ ܗܘܐ ܠܐ ܚܒܝܠܐ .
ܘܝܗܒ ܟܬܢܐ ܥܡ ܒܣܡܐ . ܕܗܘ ܢܩܢܐ
ܠܦܓܪܐ ܘܩܒܪܐ ܀ ܘܦܠܓܘܬܐ ܢܝܩܘܕܝܡܘܣ .
ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܚܘܠܩܐ ܒܡܫܚܬܐ . ܢܗܘܐ

blice noverat te Christi esse discipulum. Ex quo cum sepelivisti sapientibus perspicuum fuit te ejus esse discipulum. Præ Judæorum metu occultabatur fides tua; ubi autem causa illud requisivit, opere tuum demonstrasti amorem. Efficiamur Josepho quasi os ut ejus apologiam faciamus, quanta fortitudine ivit ad Pilatum eumque rogavit ut sibi daret corpus Jesu. Acceptum corpus abstulit. Junxit se ei Nicodemus, qui et ipse discipulus erat Jesu, sed fidem suam coram Judæis non profitebatur. Hic attulit e sua domo centum libras myrrhæ et aloes unguentum multi pretii quasi in suscitationem sepultorum. Attulit Joseph e sua domo linteamina pretiosa et nitida ad sepulturam illius qui sepelit peccata nostra, et mortalitatem nostram vivificat. Joseph et Nicodemus ad sepulturam conjuncti corpus Jesu sindone involverunt et in sepulcro Josephi posuerunt.

23. O Jesu, Domine noster, benedictus sit amor tuus! Quam pulchrum est iste amor qui inhabitat, invadit et arripit mentes ut Jesum diligant. Idem iste amor invasit mentes Josephi et Nicodemi ut te sepultura honorarent, unusquisque juxta suas facultates. Dedit Josephus sepulchrum suum novum, prorsus intactum et recens; dedit linteamina et aromata ut ipse possideret corpus et sepulchrum. Partem suam præbuit Nicodemus

[a] B. ܠܗܘܢ . — [b] B. ܠܗܘܠܐ . — [c] R. ܡܟܠܐ .

ܐܝܬ ܠܗ ܕܘܟܪܢܐ܆ ܒܟܬܒ̈ ܚܝ̈ܐ ܘܥܠ ܐܪܥܐ.
ܫܘ̄ ܠܟ ܡܪܘܒ ܥܘܬܪ̈ܐ܆ ܕܐܝܬ ܗܘ ܡܥܬܪ
ܠܥܬܝܪ̈ܐ. ܕܟܡܐ ܡܡܟܟܬ ܪܒܘܬܟ܆ ܕܬܥܠܐ
ܪܘܡܪܡܗ̇ᵃ ܕܓܢܣܢ. ܠܫܢܐ ܗܘ ܕܢܐܡܪ
ܫܟܝܚ܆ ܚܒ ܐܬܐ ܠܝܠܕܘܬܐ ܒܫܘܒܚܗᵇ. ܐܬܝܠܕ
ܡܣܟܢܐܝܬ. ܟܕ ܐܢܬ ܗܘ ܡܥܬܪ ܟܠ. ܘܟܕ
ܚܣܪ ܕܒܝܬܐ ܘܥܪܣܬܐ܆ ܐܬܪܡܝܬ ܠܟ ܒܐܘܪܝܐ
ܕܚܝܘܬܐ. ܘܟܕ ܐܫܠܡ ܦܘܪܢܣܐ ܘܡܠܝܘ
ܡܠ̈ܐ ܕܢܒܝ̈ܐ܆ ܐܬܡܠܝ ܙܒܢܐ ܕܢܦܩ ܚܝܐ܆
ܘܠܝܬ ܠܗ ܕܘܟܬܐ ܕܡܛܝܒܐ. ܘܠܐ ܡܩܒܪܢܐ
ܐܦܠܐ ܩܒܪܐ܆ ܘܠܐ ܦܓܪܐ ܕܡܣܝܒܝܢ. ܐܠܐ
ܟܢܫܐ ܫܡܝܢܐ. ܕܣܓܝܐܝܢ ܡܢ ܐܪܥܢܝܐ. ܘܒܨܠܘܬܐ
ܕܒܨܠܘܬܗܘܢ ܠܦܓܪܟ. ܘܩܒܪܐ ܠܩܒܪܐ
ܘܠܩܒܘܪܬܐ. ܠܬܕܡܘܪܬܐ ܗܘܬ ܗܕܐ ܠܚܟܝܡ̈ܐ. ܠܬܗܪܐ
ܗܘ ܗܘܬ ܠܚܙܘ̈ܝܐ. ܕܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ ܬܠܡܝ̈ܕܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ. ܠܒܪ ܡܢ ܟܢܫܐ
ܣܓܝܐܐ܆ ܕܗܝܡܢܘ ܒܗ ܡܛܠ ܬܕܡܪ̈ܬܗܘܢᶜ.
ܘܠܒܪ ܕܬܪܥܣܪܬܐ. ܕܓܒܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܢ
ܩܕܡ. ܒܥܕܢܐ ܕܩܒܘܪܬܗ: ܠܐ ܐܢܫ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܕܒܟܐ ܗܘܐ. ܩܪ̈ܝܒܐ ܐܬܪܚܩܘ ܗܘܘ܆
ܘܪ̈ܚܝܩܐ ܐܬܩܪܒܘ ܗܘܘ. ܘܠܐ ܐܝܟ ܐܚܪ̈ܝܐ
ܗܘܘ ܩܕ̈ܡܝܐ܆ ܒܩܒܘܪܬܗ ܕܒܪ ܥܠܝܐ.
ܝܘܣܦ ܘܢܝܩܕܝܡܘܣ: ܕܠܐ ܡܣܟܠܝܢ
ܗܘܘ ܠܟܠ ܠܐ. ܘܗܘܘ ܩܒܘܪ̈ܐ ܒܛܝܒܘܬܐ܆
ܠܡܪܗ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܕܝܠܗ. ܫܠܡ ܗܘܐ
ܩܒܘܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܐܚܕ ܗܘܐ ܠܩܒܪܗ
ܝܘܣܦ. ܦܪܥ ܚܘܒܬܗ ܘܐܙܠ: ܐܝܟ ܓܒܪܐ

dans unguentum suave. Sit ei memoria in libro vitæ et super terram! Tibi gloria ô largitor divitiarum, tu divitias largiris ipsis divitibus! quantum depresseris majestatem tuam ut genus nostrum exaltares lingua non valet dicere. Amore tuo venisti ad infantiam; natus es pauper tu qui omnia ditescis. Deficiente diversorio et lecto, recubuisti in præsepe animalium. Transacta autem vita adimpletisque prophetarum oraculis, advenit tempus deponendi corpus tuum vivum, nec adfuit ei locus paratus, neque funus, neque sepulchrum, neque sepelientes qui corpus efferrent nisi turbæ cœlestes, terrestribus numerosiores, quarum precibus corpus tuum sepulchrum et sepulturam nactum est. O res mira prudentibus, stupenda cernentibus! Septuaginta duo erant discipuli qui cognoscebant Christum, præter multam in eum propter miracula credentium turbam, et præter chorum duodecim quos ab initio elegerat, attamen tempore sepulturæ ejus nemo adfuit qui eum fleret, propinqui effugerant ut dissiti accederent, et ultimi primi fierent in sepultura Filii altissimi. Joseph et Nicodemus viri minime cordati per gratiam sepultores effecti sunt illius qui omnem mundum possidet. Absolvit Josephus sepulturam Christi, clausit sepulchrum, debita explevit et abiit velut vir qui sepelivit patrem. Mente tristissimi erant

ᵃ B. ܢܗܘܐ ܠܗ. — ᵇ B. ܣܘܥܪܢ. — ᶜ B. ܣܘܥܪܢܗ.

ܘܡܢ ܠܐܒܘܗܝ . ܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܒܬܚܠܘܦܝܗܘܢ ܀
ܢܩܘܕܝܡܘܣ ܥܡ ܝܘܣܦ . ܐܝܟ ܠܬܠܡ̈ܝܕܐ
ܕܩܘܘ ܡܚܠܐ ܀ ܡܢ ܚܒܠܐ ܕܒܗ ܐܢܘܢ .
ܘܐܚܝܕܐ ܠܗܘܢ ܕܡܬܟܪܝܢ ܗܘܘ ܀ ܕܡܢ ܡܚܠܐ
ܕܫܢܬܐ ܠܐ ܩܐܡ . ܐܘ ܡܬܥܩ ܠܗ ܘܠܐ ܚܝܐ .
ܘܦܬ̈ܓܡܘܗܝ ܕܓܠܐ . ܒܗܕܐ ܗܘܢܐ ܟܡܝܪܝܢ
ܗܘܘ ܀ ܘܒܡܘܥܩܬܐ ܚܫܝܫܝܢ ܗܘܘ : ܕܐܢ
ܡܬܬܥܝܩ ܒܗ ܘܠܐ ܩܐܡ : ܗܐ ܦܘܪܣܐ ܠܝܗܘ̈ܕܝܐ
ܠܓܘܕ̈ܦܐ ܦܬܝܚ ܦܘܡܐ ܀ ܗܘܐ ܐܠܐ
ܡܬܐܡܪ . ܐܢ ܩܡ ܠܒܗܬܬܐ ܗܝ ܕܝܠܢ ܀ ܕܒܡ̈ܠܘܗܝ
ܐܬܬܠܡܕܢ . ܩܒܪܢ ܡܚܠܐ ܗܐ ܕܒܪܢܫܐ .
ܐܢ ܩܐܡ ܡܢ ܩܒܪܗ ܠܢ . ܡܢܘ ܗܘ
ܕܡܣܒܪ ܀ ܐܢ ܚܝܐ ܡܢ ܐܡܪ ܠܢ . ܐܢ
ܡܚܢܛ ܗܘܐ ܚܢܛܗ ܗܘ ܠܢ : ܐܢ ܡܚܒܠ ܠܐ
ܡܬܚܒܠ . ܚܢܢ ܗܘܝܢ ܢܛܪܝܢ ܩܒܪܗ ܠܗ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܢ ܡܨܥܝܬܐ . ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܡܛܠ
ܥܡܐ ܀ ܐܠܘ ܕܝܢ ܐܢ ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ ܀
ܕܫܡܥܘܢ ܫܘܬܦܘܗܝ ܐܬܚܘܝܘ ܠܢ . ܕܐܝܟܐ ܕܫܡܥܘ
ܠܩܝܡܬܗ ܀ ܢܘܕܥܘܢ ܠܢ ܘܢܚܕܐ ܥܡܗܘܢ .
ܗܐ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܥܪܩܘ : ܘܐܢ ܡܬܬܚܕܝܢ
ܡܬܩܛܠܝܢ . ܘܟܗ̈ܢܐ ܠܡܩܛܠ ܠܗܘܢ ܐܡܪܘ .
ܦܣܝܩ ܠܢ ܗܘ ܕܡܫܬܟܚܝܢ . ܦܝܣܐ ܠܢ ܡܚܠܐ
ܟܘܢܐ ܀ ܐܢ ܦܐܝܫ ܡܠܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܩܐܡ
ܢܦܩ ܡܢ ܩܒܪܐ . ܠܐ ܡܬܛܫܝܐ ܩܝܡܬܗ ܀
ܐܝܟ ܡܠܬܗ ܐܚܪܢܐ ܕܩܐܡ . ܠܓܠܝܠܐ ܗܘ ܐܡܪ
ܕܐܙܠ ܀ ܠܢܨܪܬ ܗܦܟ ܦܢܐ : ܢܘܕܥܝܗ
ܠܐܚ̈ܘܗܝ ܘܠܐܡܗ ܬܡܢ ܐܙܠܝܢ ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ :
ܚܙܝܢ ܠܗ ܐܢ ܡܬܢܚܡ . ܘܢܦܩ ܠܗ ܫܡܥܐ
ܒܟܠ ܕܘܟ ܕܚܝ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܀ ܠܐ ܢܚܙܐ

Nicodemus et Joseph, ut discipuli qui hucusque remanserant familiares cum magistro suo et putabant quod si e dormitione non resurgeret Christus aut si vitæ eum tæderet ita ut nollet vivere, verba ejus forent mendacia. Hac cogitatione tristes mente angebantur. Quod si resurrectionem nihil curaret ansa Judæorum blasphemiis dabatur, si vero, aiebant, resurgat, hoc erit ad confusionem nostram qui verbis ejus edocti sumus. Ecce sepelivimus eum, si resurgat quis nunciabit nobis? Ecce ejus exequias perfecimus, si rursus vivat quis dicet nobis? Ecce eum condivimus, si incorruptus permaneat, quid faciemus? Posceremus ut custodiremus sepulchrum ejus, sed nullum datur medium nec possumus propter populum. Utinam discipuli ejus, Simonis socii, sese nobis indicavissent ut ubi resurrectionem ejus rescIverint notificent nobis et gaudeamus cum eis! sed omnes fugerunt et si apprehensi fuerint necabuntur, quia sacerdotes gravissime minati sunt eis mortem si inveniantur. Sit igitur nobis hæc persuasio : si verbum suum adimplens Christus e sepulchro resurgat, non occultabitur ejus resurrectio; si, juxta verbum suum, resurgat, in Galilæam se iturum dixit, ad Nazareth revertetur suam resurrectionem manifestaturus fratribus et matri; illic abierint discipuli ejus, videbunt eum si ressuscitatus fuerit, tunc quocumque disperget se fama : vivit Christus ut dixit. Non

ܘܢܕܓܠ ܡܨܐ ܀ ܝܫܘܥ ܡܚܝܒ ܕܓܠܐ ܆
ܩܐܡ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܀ ܠܚܪܬܐ ܣܒܪܬܗ
ܬܐܬܐ ܠܢ[a] .

ܫܠܡ ܩܘܡܐ ܕܘ̈[b] ܀

potest mentiri Jesus qui mendaces damnat. Resurget sicut dixit. Veniat tandem aliquando hoc nuntium ad nos.

EXPLICIT STATIO SEXTA.

VII.

ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܕܠܠܝܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܕܩܝܡܬܐ[c] ܀

EJUSDEM SANCTI EPHRÆMI

SERMO AD NOCTURNUM DOMINICÆ RESURRECTIONIS [1].

Christi resurrectio.

ܟܕ ܥܒܪ ܪܡܫܐ ܕܫܒܬܐ[d] ܕܢܓܗ ܗܘܐ ܀ ܘܒܗ
ܚܕ ܒܫܒܐ ܩܒܝܪ ܗܘܐ ܆ ܘܒܩܒܪܐ ܛܡܝܪ ܗܘܐ
ܒܟܠܗ ܀ ܝܫܘܥ ܩܒܪܐ ܘܚܣܝܢܐ ܆ ܘܩܒܪܐ
ܒܚܬܡ̈ܐ ܐܬܚܬܡ ܗܘܐ . ܒܥ̈ܙܩܬܐ ܘܒܢܛܘ̈ܪܐ ܆
ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܆ ܘܐܣܛܪ̈ܛܝܘܛܐ[e]
ܕܦܝܠܛܘܣ . ܠܩܒܪܐ ܕܡܠܐ ܣܝ̈ܡܬܐ . ܕܠܐ
ܢܬܒܙܐ ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܀ ܟܕ ܫܠܡܝܢ[f] ܬܠܬܐ
ܝܘ̈ܡܐ ܩܒܪܐ ܣܓܝ ܐܫܬܒܚ ܆ ܒܥܠܬ[g] ܣܝܡܬܐ
ܕܓܘܗ . ܬܪܥܗ ܕܩܒܪܐ ܐܬܦܬܚ ܀ ܒܟܐܦܐ
ܢܛܘ̈ܪܐ ܘܛܒ̈ܥܐ . ܕܠܩܒܪܐ ܗܘ̈ܐ ܩܪܝܒܝܢ
ܗܘܘ . ܠܓܘ ܛܡܝܪ ܗܘܐ ܒܗ ܒܪܘܠܐ ܕܡܙܠܓ
ܡܢܗ ܐܝܟ ܫܡܫܐ . ܘܟܕ ܬܪܥܗ ܘܩܒܪ̈ܐ[h] ܠܐ
ܐܝܬ ܆ ܘܦܬܚܐ ܐܦܠܐ ܡܙܠܓ[i] ܒܗ . ܩܒܪܐ
ܕܛܒܥ ܒܚܬܡܐ . ܘܐܚܝܕ ܘܡܢܛܪ ܛܒܥܗ ܆
ܘܐܬܥܒܕ ܕܢܗܘܐ ܒܗ ܡܢ ܠܓܘ ܆ ܒܝܬ ܥܡܪܐ
ܕܫܡܝ̈ܢܐ . ܫܠܐ ܒܗ ܥܝܪܐ[k] ܕܥܝ̈ܪܐ . ܘܐܢܫ

1. Quum transiisset vespera sabbati quæ illucescebat in primam sabbati, in sepulchro sepultus et conditus adhuc remanebat Jesus. Sepulchrum in tuto collocatum erat sigillis et fidelibus Judæorum custodibus. Milites Pilati sepulchrum thesauris plenum servabant ne diriperetur. Absolutis autem tribus diebus, sepulchrum valde glorificatum fuit propter thesaurum intus inclusum. Ostium sepulchri apertum fuit, depulsis saxo, custodibus et sigillis ad illud appositis. Intus reconditus fuerat berillus ex eo refulgens sicut sol. Quamvis ostium occlusum esset et nulla pateret apertura, tamen sol intus fulgebat. Sepulchrum sedulo obsignatum, servato vero illius sigillo, factum est intus habitaculum cœlicolarum. In eo requiescebat vigilum vigilantissimus cum

[1] In codice A habetur *ad nocturnum sabbati passionis*, minus recte ut patet, ex sermone qui totus de resurrectione est.

[a] B. add. ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܘܥܠܝ ܬܫܒܘܚܬܐ. — [b] B. ܩܘܡܐ ܕܫܬܝܬܝܐ. — [c] A. ܕܠܠܝܐ ܕܫܒܬܐ ܕܚܫܐ; ܕܝܠܗ ܗܘ ܡܪܝ ... ܕܩܝܡܬܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ. — [d] B. ܕܫܒܬܐ. — [e] B. ܘܐܣܛܪܛܝܘܛܐ. — [f] B. ܫܠܡܘ. — [g] B. ܒܥܠܬ. — [h] B. ܘܦܬܚܐ. — [i] A. ܡܙܠܓ. — [k] B. ܥܝܪܐ.

ܡܠܐ̈ܟܐ ܚܕܪܘܗܝ. ܫܡܝܐ ܒܐܪܥܐ ܗܘܐ ܗܘܐ
ܠܗ. ܩܒܪܐ ܠܡܪܝ ܚܝܠܘܬܐ. ܘܬܘܒ ܠܐ ܠܗ
ܩܒܪܐ ܢܩܪܘܢܝܗܝ. ܐܠܐ ܒܝܬ ܡܘܬܒܐ ܕܥܝܪ̈ܐ.
ܡܛܐ ܗܘܐ ܠܗ ܒܗ[a] ܥܕܢܐ. ܕܚܬܢܐ ܡܢ
ܓܢܘܢܗ ܢܦܘܩ: ܘܫܪܝ ܗܘܐ ܩܒܪܐ ܩܢܐ:
ܪ̈ܫܝܬܐ ܕܚܝ̈ܐ ܡܫܝܠܐ. ܒܨܦܪܐ ܫܦܝܪܐ ܫܪܝܘ
ܐܣ̈ܬ ܩܒܪܐ ܡܬܙܝܥܝܢ. ܟܡܐ ܕܥܕܢܐ ܩܪܒ
ܗܘܐ. ܩܒܪܐ ܫܘܒܚܐ ܡܠܐ ܗܘܐ. ܘܟܡܐ ܕܠܠܝܐ
ܥܪܩ ܗܘܐ. ܩܒܪܐ ܢܗܪ ܕܢܚ ܗܘܐ. ܠܐ
ܫܪܓܐ ܘܠܐ ܡܢܪܬܐ. ܘܡܬܒܪܩ ܩܒܪܐ
ܒܙܝܘܐ. ܠܐ ܕܢܦܩ ܐܝܬ ܘܥܐܠ. ܘܬܫܒܚܬܐ
ܒܓܘܗ ܡܫܬܡܥܐ. ܠܐ ܕܐܚܕ ܐܝܬ ܘܦܬܚ.
ܘܩܝܡܐ ܒܗ ܟܢܫܐ ܕܥܝܪ̈ܐ. ܠܐ ܕܢܗܪ ܐܝܬ
ܫܪ̈ܓܐ. ܘܦܠܐ ܙܘ̈ܪܐ ܕܒܣܡܐ. ܚܕ ܒܫܒܐ
ܫܪܝ ܠܡܪܗܛ. ܘܫܪܝ ܩܒܪܐ ܡܙܗܪ. ܫܒܬܐ
ܥܒܪܐ ܘܫܠܡܬ. ܘܫܪܝ ܕܢܚܬܘܢ ܥܠܝ̈ܐ. ܪ̈ܓܠܐ
ܫܠܕܐ ܠܡܗܠܟ: ܘܗܘܐ ܝܫܘܥ ܙܥ ܕܢܩܘܡ.
ܡܛܐ ܥܕܢܐ ܕܨܦܪܐ. ܘܫܪܝ ܡܬܚܠܦ
ܡܬܩܒܪܢܐ. ܡܛܐ ܥܕܢܐ ܕܥܕܢܐ. ܘܫܪܝ
ܩܒܝܪܐ ܡܬܦܢܐ. ܫܠܡ ܠܗ ܥܕܢܐ.
ܐܠܐ ܢܬܩܘ̈ ܩܡ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܗܐ ܨܦܪܐ
ܐܬܐ ܘܐܬܐ: ܘܗܘ ܟܪܝܟ ܒܣܘܕܪܐ. ܪܦܝ
ܚܫܘܟܐ ܘܐܬܐ ܢܘܗܪܐ: ܘܗܘ ܣܕܪ ܠܗܘܢ
ܠܟܬܢ̈ܐ. ܘܟܪ̈ܟܝܢ ܡܟܝܟܐ[b] ܘܣܝܡܝܢ ܗܘܘ
ܒܕܘܟܬܗܘܢ. ܘܗܢܘܢ ܚܙܘ ܒܣܘܕܪܐ ܕܪܝܫܗ.
ܡܢ ܢܗܘܪܐ ܐܬܒܠܥ ܗܘܘ. ܢܗܡ ܦܓܪܐ

duobus angelis circa se. Sepulchrum fuit velut cœlum in terra Domino exercituum, non amplius sepulchrum illud vocemus sed habitaculum angelorum. Advenerat tempus quo sponsus e thalamo suo exiret, illico incœpit sepulchrum possidere primitias vitæ. Summo mane cœperunt parietes sepulchri commoveri. Quo magis tempus appropinquabat eo magis sepulchrum gloria replebatur, quo longius nox effugiebat eo magis sepulchrum splendescebat. Nec lucerna nec candela aderat et sepulchrum splendore fulgebat. Nemo erat qui exiret aut intraret et intus laudes personabant. Nemo erat qui clauderet aut aperiret, et intus stabat turba Angelorum, nemo qui lucernas accenderet aut thimiamata adoleret et sepulchrum replebatur splendore agminum spiritualium. Dies dominica[1] cœpit currere et sepulchrum cœpit splendescere. Sabbato transacto et absoluto cœperunt superni descendere, cadaveris pes movit se ad ambulandum et Jesus movit se ad resurgendum. Ubi advenit tempus auroræ cœpit qui conditus erat transformari. Ut factum est momentum momentorum, cœpit sepultus ad vitam reverti. Absoluto ultimo instante, erexit se et stetit super pedes. Adveniente aurora ipse sudario involutus erat. Imminutis tenebris apparuit lux, et ipse disposuit lin-

[1] Syri pro die dominica constanter ponunt *primam in sabbato*, id est in hebdomada.

[a] B. ܒܗ. — [b] B. ܡܟܝܟ ܩܐܡ.

ܘܠܐ ܐܪܓܫܘ ܒܗ . ܩܛܝܢܐ ܚܪܝܦ ܗܕܡܐ .
ܠܗܕܡܘܗܝ ܥܒܕ ܐܢܘܢ . ܒܥܠܐ ܡܢ ܦܓܪܗ
ܠܥܦܪܢܐ . ܪܘܚܢܐ ܡܢ ܥܦܪܢܐ ܗܘ . ܐܝܟ
ܡܚܪܦ ܐܒܪܩܐ ܕܢܦܩ : ܟܕ ܢܦܩܗ ܟܪܡܐ
ܘܢܦܩ . ܟܕ ܥܠܠ ܗܘܐ ܠܗ ܩܒܪܐ : ܓܫܡ
ܦܓܪܗ ܠܩܒܘܪܘܗܝ . ܘܟܕ ܢܦܩ ܡܢ
ܩܒܪܐ . ܩܛܝܢ ܢܦܫܗ ܠܩܒܘܪܘܗܝ . ܟܕ
ܩܒܪܘܗܝ ܠܗ ܕܒܝܬ ܝܘܣܦ . ܒܥܪܘܒܬܐ
ܩܒܪܐ ܦܬܚܘ ܠܗ . ܘܟܕ ܥܠܘ ܠܗ
ܡܠܐܟܐ . ܟܕ ܥܠܘ ܩܒܪܐ ܚܬܝܡ ܗܘܐ .
ܟܕ ܩܒܪܐ ܦܠܛ ܙܠܓܐ . ܕܒܗܘܢ ܥܝܢܝ
ܣܡܝܢ . ܡܢ ܩܠܐ ܕܥܝܪܐ . ܙܘܥܘ
ܘܥܪܩܘ ܡܢ ܕܚܠܬܗܘܢ . ܘܫܒܩܘ ܗܘܘ
ܩܒܪܐ ܚܬܝܡܐ . ܗܐ ܩܒܪܐ ܐܚܝܕܐ
ܟܐܦܐ . ܘܗܐ ܩܒܪܐ ܣܦܝܩ . ܢܦܩ ܘܐܙܠ
ܥܝܪܐ ܕܥܝܪܐ . ܘܡܠܐ ܩܒܪܐ ܡܢ ܥܝܪܐ . ܫܘܒܚܐ
ܠܟ ܒܪ ܥܠܝܐ : ܕܡܢ ܥܠܡ ܥܠܝܐ ܐܢܬ .
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܕܐܬܡܟܟܬ . ܘܣܠܩܬ ܘܐܣܩܬ
ܠܬܚܬܝܐ .

ܚܕ ܒܫܒܐ ܐܬܬ ܡܪܝܡ . ܡܓܕܠܝܬܐ
ܠܩܒܪܐ ܕܬܚܙܐ . ܕܐܢ ܐܝܬ ܫܪܪܐ ܐܘ ܛܥܝܐ .
ܩܝܡܬܗ ܕܝܫܘܥ ܠܗܘܐ . ܒܨܦܪܐ* ܥܡܝܩܐ
ܢܦܩܬ . ܘܠܩܒܪܐ ܐܬܬ ܟܕ ܚܫܘܟ .

[1] *Joan.* XX, 1.

B. ܒܫܦܪܐ .

tegmina quibus involvebatur, depositis porro vestibus surrexit propria indutus gloria; dum custodes securi stabant, exivit nec animadverterunt. Subtilis, ager, sua membra subtilia effecit: in momento e corpore terreno effecit sibi corpus spirituale; in ictu oculi velut fulgur exivit. Quando sepulchrum ingressus est, compactum corpus tradidit sepultoribus; quando vero exivit, subtilem sepultoribus se præbuit. Quum Josephus ejusque socii feria sexta eum sepeliverunt, sepulchrum aperuerunt ei. Quum vero angeli die dominica illud ingressi sunt sepulchrum obsignatum erat. Quum sepulchrum radios emitteret quibus oculi custodum excæcabantur, custodes clamore angelorum adeo commoti sunt ut præ timore fugerent relinquentes sepulchrum obsignatum. Ecce monumentum clausum, lapis obsignatus, et tamen sepulchrum sepulto vacuum. Exivit et abiit angelus angelorum, et sepulchrum angelis plenum est. Gloria tibi, fili altissimi! Tu ab æterno altissimus es. Tibi gloria qui demisisti te ad nos et rursus ascendisti ut qui deorsum erant extolleres!

Maria Magdalena ad sepulchrum.

2. Prima sabbati venit Magdalena ad sepulchrum[1] ut videret an res esset vera vel vanus rumor Jesum resurrexisse; summo mane profecta ad sepulchrum venit cum adhuc tenebræ essent. Lege sab-

[illegible]

bati transacta, exivit ut inviseret sepulchrum. Quum egressa accessisset, vidit sepulchrum apertum lapidemque remotum et ab ore sepulchri revolutum. Apertum fuerat sepulchrum non ab hominibus sed ab angelis cœlestibus. Simile fuit sepulchrum Jesu Danielis lacui, cujus os occlusum et obsignatum erat ipso regis annulo[1]. Quum autem advenisset Habacuc et attulisset cibum « viro desideriorum » lacus sine manu apertum fuit et accepit propheta cibum, et, postquam allatum sibi prandium manducasset et refectus fuisset, tulit Habacuc catinum et avolavit, rediens ad locum unde venerat, lacus autem remansit occlusus et obsignatus, illæso servato sigillo. Quum rex accessit ut extraheret Danielem, exploravit, remanebat sigillum regium osque lacus exacte obsignatum. Daniel autem vivus erat et orans. Sic quando surrexit et exivit Dominus noster e sepulchro, non destruxit sigillum sepulchri, sicut non solverat signacula virginitatis suæ genitricis. Ipse scit quomodo e sepulchro exivit absque ostio nec audeas quærere quomodo, cum certior non sis de transformationis ratione. Ipse Deus verus, filius Dei immortalis, custodibus eum custodientibus, cito et ad modum angelorum exivit e sepulchro, illi vero cum non viderunt, quamvis oculos illæsos haberent cæci fue-

[1] *Daniel* XIV.

a B. [illegible]. — b B. [illegible].

[illegible]

runt. Quamdiu viderunt sigilla, securi sedebant. Quum accurrate inspicerent qui vere eum detinebant, discedens abiit qui in sepulchro recumbebat, et oculi eorum obcæcati sunt. Jesus migravit ad cœlum cœlorum dum custodirent eum duri corde. Mortui intellexerunt quod resurgeret, custodes vero sepulchri decepti sunt. Dum Gabrielis agmina accipiebant eum in gloria ad Patrem euntem, Pilati milites servabant eum ne forte discipuli ejus furarentur eum. Annuentes sibi invicem angeli sepulchrum replebant, et milites obstupescebant quomodo, clauso sepulchro, voces vivorum inter mortuos resonarent. Terra sub ipsis commota est, lux coram eis effulsit; Jesus ut sponsus e thalamo suo exsiliit, remansit sepulchrum cum angelis in medio. Non reliquit Dominus sepulchrum vacuum, sed exiens reliquit in eo angelos ut forent ipsi testes resurrectionis et glorificationis et Evangelium ejus confirmaretur. Institæ corporis cum angelis testabantur eum, quem Josephus condiderat ac sepelierat, viventem esse ac resurrexisse sicut promiserat. In illo benedicto mane quo resurrexit adorandus Filius, factus est motus qui tremorem metumque incussit custodibus sepulchri et simul incitavit Mariam Magdalenam ut accederet ac intueretur resurrectionem Domini. Cur autem mulieri primum resurrectio-

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] E. [illegible]. [e] B. [illegible].

[illegible]

[illegible]

nem ostendit non autem viris? Mysterium hic nobis patefactum est circa Ecclesiam et circa genitricem Domini. Primam adventus ejus in terris inchoationem virgo suscepit, et suam e sepulchro resurrectionem ipse mulieri ostendit; in initio et in fine nomen genitricis ejus adest et resonat. Maria in conceptione sua accepit eum et vidit angelum coram se, et Maria suscepit eum viventem et vidit angelos ad sepulchrum ejus. Rursus figura Ecclesiæ est Maria Virgo quæ primitias accepit Evangelii. Pro Ecclesia vidit eum Maria. Benedictus qui gaudio affecit Ecclesiam et Mariam. Mariæ nomine Ecclesiam appellemus, duplici enim nomine digna est. Maria ad Simonem fundamentum cucurrit prius et ei tanquam Ecclesiæ nuntiavit narravitque quod viderat nempe Dominum resurrexisse. Recte ad Simonem allatum est nuntium quod filius resurrexit, quia ipse erat petra et fundamentum electæ gentium Ecclesiæ.

Petrus et Joannes ad sepulchrum.

3. Maria igitur cucurrit et nuntium tulit desideratis Simoni, Petræ veræ, et Joanni, Zebedæi filio. Et primo quidem non explicavit Dominum resurrexisse nec perturbata trepidavit cum illis : « *Dominum Jesum,* inquit, *tulerunt e sepulchro : non amplius est ibi et non possum indicare ubi posuerunt eum*[1], et quo tulerunt. » Incitavit discipulos ut irent ad sepulchrum

[1] *Joan.* XX, 2.

et ipsa cum eis. Ecce enim Simon commotus est quod Jesus sepultus resurrexerit, sed sapienti consilio usus non festinavit illico ire in Galilæam. Mente igitur hæc tenens cucurrit Simon et cum eo Joannes usque ad monumentum. Quia autem filius Zebedæi junior erat prætergressus est Simonem graviorem et primus advenit. Benedicta virginitatis virtus! Quum advenit Simon, Joannes jam aderat qui intus inspiciens vidit linteamina in loco reposita et corpus Jesu non amplius ibi esse. Illic autem consistens in monumentum non ingressus est, donec advenit Simon qui videns monumentum apertum ingressus est primus et vidit ibi linteamina posita in uno loco. Sudarium autem capitis Jesu positum non erat in loco capitis, nec cum linteaminibus, nec dilaceratum sed involutum ut certiores fierent Jesum illud involvisse, deposuisse et sic reliquisse. Tunc ingressus est etiam Joannes et idem vidit ac Simon ut ambo testes essent Evangelii quando prædicaretur. Vidit igitur et credidit Petrus qui immemor scriptum esse quod Jesus post mortem resurrecturus erat, hucusque incredulus fuerat; ambo, re deliberata, recesserunt a sepulchro in locum suum, quia timebant ne Judæi scirent quonam iverant. Maria autem, figura Ecclesiæ, intus in sepulchrum prospiciebat. Apparuerunt autem illi duo angeli albis induti,

[a] B. om. ... — [b] B. ...

ܒܚܙܘ ܚܘܪܐ ܝܬܝܒܐ ܗܘܬ . ܘܐܬܚܙܝܘ ܠܗ̇
ܬܪܝܢ ܡܠܐܟܐ . ܕܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܠܪܝܫܐ ;
ܘܚܕ ܠܪ̈ܓܠܐ . ܘܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܠܐܬܪܐ ܕܣܝܡ
ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܝܫܘܥ . ܘܚܙܬ ܡܪܝܡ ܘܐܬܪܗܒܬ
ܘܩܡܬ . ܡܢܐ ܒܥܝܐ ܐܢܬܝ . ܐܡܪܝܢ ܠܗ̇ . ܘܐܬܠܒܒܬ
ܡܪܝܡ ܘܡܠܠܬ ܥܡ ܡܠܐܟܐ ܐܝܟ ܕܥܡ ܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ .
ܠܡܪܝ ܫܩܠܘܗܝ ܡܢ ܗܪܟܐ . ܘܠܐ ܝܕܥܐ ܐܢܐ ܐܝܟܐ
ܣܡܘܗܝ . ܘܟܕ ܡܠܠܬ ܐܬܗܦܟܬ ܠܡܦܩ ܘܗܐ
ܩܐܡ ܗܘܐ ܝܫܘܥ . ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ̇ ܐܝܟ ܓܢܢܐ .
ܘܠܐ ܝܕܥܬ ܕܝܫܘܥ ܗܘ . ܥܕܡܐ ܕܚܘܝܗ̇ .
ܐܢܬܬܐ ܡܢܐ ܒܟܝܐ ܐܢܬܝ . ܟܒܪ ܡܫܟܚ ܐܢܐ
ܠܡܒܝܐܘܬܟܝ . ܟܒܪ ܡܚܕܐ ܐܢ ܐܫܬܘܕܥ ܠܐܢܚܬܟܝ
ܡܚܕܐ ܡܨܐ ܐܢܐ ܠܡܚܕܝܘܬܟܝ . ܡܪܝ ܐܢ ܐܢܬ ܫܩܠܬܝܗܝ
ܐܡܪ ܠܝ ܐܝܟܐ ܣܡܬܝܗܝ . ܘܟܕ ܚܪܬ ܒܗ ܐܬܕܡܪܬ
ܘܐܡܪܐ ܗܘܬ ܒܠܒܗ̇ . ܕܠܡܐ ܗܘ ܐܘ ܠܐ ܗܘ .
ܬܪܥܝܬܐ ܓܘ ܡܬܪܥܝܐ ܗܘܬ ܗܠܝܢ : ܥܝ̈ܢܐ ܕܝܢ
ܕܠܒܪ ܡܛܥܝܢ ܗܘܘ ܠܚܙܝܘܬܗ̇ . ܡܢ ܠܒܪ ܐܝܟ ܓܢܢܐ
ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ . ܡܢ ܠܓܘ ܐܠܗܐ ܗܘܐ .
ܐܡܪ ܠܝ ܐܝܟܐ ܣܡܬܝܗܝ . ܐܙܠ ܐܣܒܝܗܝ ܡܢ ܬܡܢ .
ܕܕܚܝܠܐ ܐܢܐ ܕܠܡܐ ܒܓܢܒܘܬܐ ܐܫܬܩܠ .
ܗܘ ܕܒܥܝܐ ܐܢܐ ܠܗ . ܘܠܐ ܐܫܠܐ ܡܢ ܒܟܝܐ .
ܥܕܡܐ ܕܐܕܥ ܐܝܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܪܝ . ܢܫܒܚܝܘܗܝ
ܘܢܘܕܐ ܠܗ . ܕܕܝܠܗ ܐܢܘܢ ܟܠ . ܘܗܘ ܕܐܒܘܗܝ .
ܠܗ ܡܫܒܚܝܢ ܥ̈ܠܝܐ . ܠܗ ܡܩܕܫܝܢ ܫ̈ܡܝܢܐ .
ܗܢܘܢ ܡܠܐܟܐ ܬܫܒܘܚܬܗ ܘܩܘܠܣܗ ܐܡܪܝܢ .
ܬܘܕܝܬܐ ܡܩܪܒܝܢ ܐܪ̈ܥܢܝܐ . ܡܘܕܝܢ ܠܗ ܚܝ̈ܠܘܬܐ
ܕܠܥܠ . ܐܘ ܟܡܐ ܩܕܝܫ ܡܥܡܪܗܘܢ . ܣܓܕܝܢ ܠܗ

candido vultu sedentes unus ad caput et alter ad pedes, et glorificantes locum ubi positum fuerat corpus Jesu. Vidit Maria et tremebunda surrexit. « Quid quæris, inquiunt ei? » Confortata Maria locuta est cum angelis ac si fuissent homines : « *Dominum meum tulerunt ex hoc loco et nescio ubi posuerunt eum*[1]. » Vix locuta conversa est ut exiret, et ecce stabat Jesus qui visus est ei velut hortulanus. Nescivit igitur esse Jesum donec ipse indicaret ei. « *Mulier quid ploras?* Forsan possum te consolari; forsan statim ac cognovero gemitus tuos illico potero te delectari. » « *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum*[2]. » Quum eum esset intuita obstupuit intra se cogitans : « An ipse vel non ipse est? » Mens intus hæc recogitabat, sed oculi exterius videntem fallebant. Exterius hortulanus videbatur interius Deus erat. « *Dicito mihi ubi posuisti eum?* Ibo, tollam eum exinde. Anxia quippe sum an furto forsan sublatus fuerit ille quem quæro; nec a fletu desinam donec cognovero ubinam est Dominus meus. » Glorificemus eum eique gratias agamus, omnia ipsius sunt et ipse Patris. Ipsum glorificant superni, sanctum prædicant cœlestes, ipsi gloriam et laudes dicunt angeli, gratias agunt terreni, confitentur virtutes supernæ; o quam sanctum eorum habitaculum! Adorant eum

1 *Joan*, XX, 13.

a B. ܐܬܦܩܕܘܗܝ. — b B. ܐܬܚܙܝܬ.

2 *Ibid.* XX, 15.

ܘܐܦ ܗܘ ܕܐܬܒܪܝܘ . ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܟܠܗ
ܕܒܪܝܬܐ . ܘܐܦ ܡܫܡܫܢܐ ܕܥܒܕܐ . ܘܥܒܕܘܗܝ
ܘܡܗܠܠܝܢ ܕܚܣܝܐ ; ܐܦ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ .
ܢܩܪܒ ܠܗ ܚܢܢ ܬܘܕܝܬܐ ; ܒܦܘܡܐ ܡܠܝܐ
ܡܫܬܘܕܝܢ . ܘܢܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬ ܐܠܗܢ :
ܕܚܕܐ ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܒܪܘܚܗ : ܘܡܫܬܒܚ ܕܐܠܗܐ
ܟܠ ܐܝܠܝܢ . ܒܪܘܚܗܘܢ ܘܒܦܘܡܗܘܢ ܢܩܪܘܢ
ܠܗ . ܕܒܠܐ ܫܠܝ ܠܫܘܒܚܗ . ܕܝܕܥܝܢ
ܕܐܠܗܢ ܗܘ .

ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܩܒܝܪ . ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ
ܒܩܒܪܐ . ܐܝܟ ܕܡܢ ܫܢܬܐ ܐܬܬܥܝܪ :
ܒܫܦܪܐ ܡܢ ܩܒܪܗ . ܠܐ ܣܦܩܝܢ ܠܗ
ܒܪܝܬܐ . ܘܣܦܩ ܠܗ ܩܒܪܐ ܙܥܘܪܐ .
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܡܠܐ ܡܕܡ : ܘܐܬܚܕ ܒܬܠܬ
ܐܡܝܢ . ܐܘ ܡܠܝܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܘܣܦܘ ܠܗܘܢ
ܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܐܫܬܘ ܡܢܗ ܘܪܘܘ ܒܗ .
ܕܠܐ ܐܝܬ ܛܥܡܐ ܕܦܫܛ ܠܗ . ܗܝܡܢܘ ܒܗ
ܕܠܐ ܡܣܬܦܩܐ . ܒܗ ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ . ܐܪܚܡܝܢ
ܡܛܠܬܢ ܘܥܠܝܢ . ܡܛܠ ܗܘܐ ܕܢܩܛܘܠ
ܡܘܬܢ . ܗܘܐ ܩܒܝܪܐ ܘܩܒܪ ܐܝܟ . ܠܟܠܗ
ܫܘܠܛܢܘܗܝ ܕܚܛܝܬܐ . ܚܝܐ ܘܩܡ ܘܐܚܝ
ܠܟܠܢ : ܘܐܡܝܬܗ ܠܡܘܬܐ ܒܡܘܬܗ ܒܠܚܘܕ .
ܕܢܓܗ ܚܕ ܒܫܒܐ . ܩܡ ܚܝܐ ܘܐܚܝ ܢܦܫܗ .
ܐܬܥܝܪ ܡܪܢ ܐܝܟ ܕܡܟܐ . ܘܐܝܟ ܓܒܪܐ
ܕܢܦܩ ܡܢ ܚܡܪܐ . ܘܗܦܟ ܐܦܘܗܝ ܘܐܘܒܕ
ܐܢܘܢ . ܠܨܠܘܒܘܗܝ ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܠܡܐ . ܘܗܐ
ܒܥܠܡܐ ܚܝܪ ܠܗܘܢ . ܕܗܐ ܡܒܕܪܝܢ ܫܛܝܛܝܢ
ܘܪܗܛܝܢ . ܡܚܝܐ ܓܒܪ ܕܚܝܐ ܘܙܟܐ . ܣܠܩ
ܠܗ ܠܘܬ ܡܫܕܪܗ . ܐܫܬܝܛ ܠܗ ܡܫܟܢܐ

homines in terra : o quam admirabiles sunt ejus creaturæ! Quia igitur omnia ipsius sunt, servi ejus ejusque opera eum celebrant, laudes et nos pleno ore dicamus agnoscentes ipsum esse Deum nostrum.

4. Dominus noster Jesus quum mansisset tribus diebus in sepulchro exinde velut e sumno evigilavit diluculo. Cui creaturæ non sufficiunt, suffecit sepulchrum exiguum. Qui replet cœlum et terram tribus cubitis circumscriptus fuit. O pleni fide adaugete fidem, bibite ex ea et inebriamini, saporem ejus nihil adæquat, nunquam sitis satiati credere in eum cujus immensa est in nos et pro nobis misericordia. Necesse fuit ut occideret mortem nostram. Sepultus fuit et sepelivit omnes peccati potestates, surrexit vivus et nos omnes vivificavit mortemque sua morte necavit. In nocte quæ in primam sabbati illucessit, surrexit vivus et ressuscitavit se. Evigilavit Dominus velut qui dormit et velut vir a vino excussus. Vertit faciem et omnes qui eum crucifix erant disjecit et per mundum eos exagitavit. Ecce despecti et dispersi vagantur, statim enim ac de morte victor revixit ascendit ad suum missorem, spreto Josephi habitaculo; at non reconciliavit se

cum domo Ephraïm, sed elegit tribus gentium ut ex illis acquireret sibi laudem. Ecclesiam dilexit et appellavit eam montem suum, montem Sion in veritate. Pro illo Sione reprobo elegit Ecclesiam, in qua sibi complacuit, ædificavit eam super montem sanctum suum qui est mons beneplaciti sui, et in terra in perpetuum constituit altare sanctum intra Ecclesiam. Omnia auxilia quæ misericors ille nobis præstitit ut fons abundans, in dominica ejus resurrectionis die eruperunt et defluxerunt. Decet igitur honor diei dominico [1], primogenito dierum, multa quippe habet mysteria. Offerte illi honores vestros, jus primogeniti a Sabbato abstulit sicut Jacob qui factus est primogenitus et sicut Ephraim qui factus est caput Manassis ipsius primogeniti. Jus primogeniti Sabbato datum abstulit dies dominicus qui sic factus est primogenitus. Jus primogeniti adscitum est ei quia ipse omnis computus caput est. Diei igitur dominico sunt benedictiones et jus primogenituræ. Beatus qui illum sancta observatione colit. Sunt observantiæ, fratres, quas non expedit servare. Cessatio ab iniquitatibus hæc est quæ juvat feriantem. Lex præcipit quietem dandam servis et animalibus, ut servi, ancillæ et mercenarii a labore cessent. Dum autem requiescunt corpora nostra, cessant quidem a labore at die quietis plus

[1] Syriace « primæ Sabbati. » Celebritas celebritatum est quando Pascha pro nobis immolatus est Christus, aut potius quando ex mortuis resurrexit. Hæc enim domina et regina est omnium festivitatum. « Ephræmus, *Sermo in sanctam et vivificam Crucem*. Opp. Græco-lat. II, 247. »

[illegible]

[illegible]

Apparitio discipulis in die paschatis.

peccamus quam cæteris diebus; dum ab agris abstinemus et a labore cessamus, ingredientes officinas et domos strenuam damnationi navamus operam. Peccata quibus labor finem imponit ferians committit. Ne corpore tantum diem salutis colatis. Dies dominica dies sancta est, annunciationem [resurrectionis] continet et separat nobis sex dies a sex diebus præcedentibus. Dies dominica annunciat et in memoriam nobis revocat resurrectionem Filii, sicut apostolis nuntium et lætitiam de Jesu ressuscitato attulit. Die quippe dominica surrexit Dominus noster et mane quidem quum adhuc tenebræ essent. Vidit eum Maria et hortulano assimilavit currensque apostolis nunciavit angelum dixisse quod Dominus resurrexit. Simoni quidem Maria hæc narravit sed et ipsa vidit Jesum.

5. Usque ad vesperam diei magnæ annunciationis[1] cogitabant apostoli ut in Galilæam pergerent eum in Nazareth visuri, in qua suam resurrectionem fratribus ostensurus erat. Dum hæc aliaque mente revolverent et fores essent clausæ præ eorum timore, ecce Jesus stetit inter eos quum ad januam nec pulsasset nec eam aperuisset. Statim autem ac ostendit se eis, eos pace sua (id est salutatione sua) confortavit: « *Pax vobis,* inquit, confortamini, ego sum. » Timebant enim ne spiritus foret

[1] Syri « Sabbatum annunciationis » appellant diem quem nos « Sabbatum sanctum » dicimus (Cfr. Wright, *Catal. of Syr. manusc. in the Brit. Mus.* p. 150, not.) Dies vero magnæ annunciationis ipsa est dies dominica resurrectionis.

ܕܢ ܕܢܟܪܝܐ ܪܘܚܐ ܗܘ ܀ ܢܘܟܪܝܐ ܘܒܝܫܐ .
ܘܫܐܠ ܗܘܐ ܩܕܡ ܝܫܘܥ ܀ ܒܫܠܡܐ ܐܢܘܢ
ܒܫܠܡܗ . ܗܘ ܫܠܡܗ ܚܘܝ ܐܢܘܢ : ܕܠܐ
ܪܘܚܐ ܕܒܝܫܐ . ܒܫܠܡܗ ܦܝܣ ܐܢܘܢ ܀
ܘܒܣܒܪܗ ܫܪܪ ܐܢܘܢ . ܕܡܦܠܓܝܢ ܗܘܘ ܕܢܟܪܝܐ
ܪܘܚܐ ܗܘ . ܒܬܪܥܐ ܕܠܐ ܬܪܥܐ ܥܠ ܗܘܐ .
ܫܐܠ ܐܢܘܢ ܒܫܠܡܗ ܀ ܘܐܫܪܪ ܐܢܘܢ
ܘܡܓܫܫܢܘܬܗ ܘܡܩܒܠܢܘܬܗ . ܘܡܚܘܐ ܦܓܪܗ ܘܐܝܕܘܗܝ :
ܘܣܛܪܗ ܠܡܚܘܬܐ ܕܢܩܝܦܘܗܝ . ܒܠܐ ܐܢܘܢ
ܗܝܡܢܘܬܐ : ܘܚܙܘ ܠܗ ܘܚܕܝܘ . ܘܬܘܒ
ܠܗܘܢ ܐܘܣܦ ܠܡܫܐܠ : ܠܫܠܡ ܕܬܪܬܝܢ ܒܫܠܡܗ .
ܕܟܕ ܢܫܡܥܘܢ ܩܠܗ ܘܡܠܘܗܝ ܢܗܘܘܢ ܣܗܕܐ
ܠܩܝܡܬܗ ܀ ܕܬܠܬ ܐܢܘܢ ܫܐܠܗ ܀ ܟܕ
ܩܪܐ ܠܗ ܫܠܡܐ . ܐܢܐ ܐܢܐ ܒܝܢܬܟܘܢ :
ܫܠܡܐ ܡܟܝܟܐ ܘܠܐ ܡܚܣܪ . ܐܢܐ ܐܝܟ ܕܪܥܝܬ
ܠܐܒܐ ܀ ܗܝܘܡܐ ܥܡ ܐܢܫܘܬܐ . ܘܒܙܟܘܬܝ ܐܢܐ ܚܕܐ
ܐܒܐ : ܘܡܫܬܒܗܪ ܒܝ ܕܐܢܐ ܐܩܝܡܬ . ܝܘܡܢܐ
ܠܡܘܬܐ ܙܟܝܬܗ ܀ ܘܐܒܗܬܬܗ ܠܫܝܘܠ .
ܝܘܡܢܐ ܫܪܝܬ ܫܘܠܛܢܗ : ܕܢܚܬܬ ܠܗ ܘܣܠܩܬ
ܡܢܗ . ܢܚܬܬ ܠܫܝܘܠ ܒܠܚܘܕܝ . ܟܕ ܠܐ
ܐܢܫ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܥܡܝ . ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܩܘܝܬ
ܒܗ ܀ ܘܫܠܡܬ ܒܗ ܛܘܦܣܗ ܕܝܘܢܢ ܀ ܕܥܠܝ
ܐܬܢܒܝ . ܘܐܢܐ ܫܠܡܬ ܥܒܕܗ .
ܢܚܬܬ ܠܫܝܘܠ ܒܠܚܘܕܝ ܀ ܐܝܟ ܝܘܢܢ ܠܝܡܐ
ܒܠܚܘܕܘܗܝ . ܘܩܘܝܬ ܒܗ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ
ܐܝܟ ܝܘܢܢ ܒܟܪܣ ܢܘܢܐ . ܘܗܐ ܝܘܡܢܐ ܣܠܩܬ
ܡܢܗ ܀ ܐܝܟ ܝܘܢܢ ܡܢ ܦܘܡ ܢܘܢܐ . ܛܘܦܣܐ
ܨܪ ܒܝ ܘܥܒܪ . ܘܐܢܐ ܕܝܢ ܫܠܡܬ ܥܒܕܝ .

alienus et malignus. Idcirco Jesus apprecata pace eos prius salutavit. Hac salutatione ostendit eis se spiritum alienum et malignum non esse. Quum ancipites hærerent ne forte spiritus esset eo quod absque januis ingressus erat, eos apprecata pace salutavit et certiores reddidit palpabilem se eis præbens, corpus ostendens et manus ac latus plagasque et notum clavorum locum atque locum lanceæ in latere suo. Hac narratione in plenam fidem adducti, viso eo, gavisi sunt. Rursus eos confortavit secunda salutatione, ut quum audissent vocem ejus verbaque testes fierent ipsius resurrectionis. Tertio pacem eis iteravit vocans se ipsum pacem: « Ego sum in medio vestri pax modesta et indeficiens, ego hodie reconciliavi Patrem cum humanitate. De victoria mea Pater lætatur, exultate quod meipsum ressuscitavi. Hodie mortem devici et inferos confusione suffudi; hodie prostravi imperium mortis, quia in illud descendi et ex illo ascendi; descendi ad inferos solus, nemine angelorum comite, tribus diebus in eis permansi et ibi perfeci Jonæ typum qui de me vaticinatus erat. Ejus gestum perficiens descendi solus ad inferos, sicut Jonas in mare; fui ibi tribus diebus sicut Jonas in ventre piscis. Et ecce hodie ascendi ex eo sicut Jonas ex ore piscis. Figura adumbravit me et transiit, ego autem adimplevi opus meum. Me figurarunt lacus Danielis et fossa Jeremiæ; fossis suis ambo vaticinati sunt me ad in-

ܠܘܬ ܚܝ̈ܘܬܐ ܕܢܚܬܘܢ : ܘܒܓܘܒ̈ܐ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ
ܐܬܪܡܝܘ . ܟܕ ܙܟܝܢ ܗܘܘ ܒܥܘܠܗܘܢ ܕܡܪ̈ܫܝܥܐ : ܢܒ̈ܝܐ
ܐܬܢܒܝܘ ܥܠܝ . ܕܠܐ ܡܫܡܠܝܘ ܟܬܒ̈ܐ
ܢܒܝܘܬܐ . ܒܟܠܗܘܢ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ . ܥܡܐ
ܠܘܬ ܗܘ ܐܬܚܡܨ . ܘܗܐ ܕܐܬܡܠܝ ܟܬܝܒ
ܥܠܝ . ܐܢܐ ܡܪܗܘܢ ܕܢܒ̈ܝܐ . ܝܘܡܢܐ ܚܬܡܬ
ܟܬܒ̈ܐ . ܘܢܚܬܬ ܠܫܝܘܠ ܒܠܚܘܕܝ
ܘܣܠܩܬ . ܘܥܡ ܐܠܦ̈ܐ ܘܪ̈ܒܘܬܐ . ܘܒܬܠܬܐ
ܝܘܡܝ̈ܢ : ܒܨܝܬ ܓܙ̈ܐ ܕܫܝܘܠ ܘܒܥܝܬ
ܘܐܫܟܚܬ ܠܐܕܡ ܕܐܝܬܝ ܠܡܘܬܐ ܠܥܠܡܐ :
ܢܚܬܬ ܘܐܣܩܬ ܨܠܡܐ ܕܝܠܢ . ܐܝܟ ܕܥܒܕ ܡܠܟܐ
ܠܐܪܡܝܐ . ܘܕܪܝܘܫ ܠܕܢܝܐܝܠ . ܐܣܩܬ
ܠܐܕܡ ܡܢ ܫܝܘܠ ܒܠܘܥܬܐ . ܪܫܐ ܕܓܢܣܐ
ܕܐܢܫܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘܒ . ܬܘܬܒܐ ܠܘܬ ܡܘܬܐ
. ܘܠܐ ܢܦܠܘܚ ܠܡܪܬܐ ܡܪܝܪܬܐ . ܘܠܐ
ܢܬܠ ܬܘܒ ܫܘܥܒܕܐ . ܠܫܝܘܠ ܒܠܘܥܬ ܒܢ̈ܝܢܫܐ .
ܗܐ ܐܕܡ ܒܪ ܚܐܪ̈ܐ ; ܘܐܢܐ ܥܒܕܬ ܥܒܕܐ
ܚܠܦܘܗܝ . ܗܐ ܚܝ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܡܝܬܐ .
ܘܐܢܐ ܛܥܡܬ ܡܘܬܐ ܕܐܚܝܝܘܗܝ : ܗܐ ܢܦܩ ܡܢ
ܫܝܘܠ : ܕܐܢܐ ܐܦܩܬܗ . ܣܠܩ ܠܗ
ܡܢ ܠܒܗ ܕܐܪܥܐ . ܕܢܚܬܬ ܒܬܪܗ ܘܐܦܩܬܗ .
ܐܢܐ ܪܓܙܬ[b] ܕܚܛܐ ܒܝ . ܘܐܦܩܬܗ ܡܢ
ܦܪܕܝܣܐ . ܘܝܗܒܬ ܫܘܠܛܢܐ ܠܡܘܬܐ ܕܢܬܒܥ
ܒܗ ܕܝܠܝ ܡܢܗ . ܘܐܗܦܟܬ ܡܢܗ ܕܢܫܬܥܒܕ :
ܠܢܝܪܐ ܩܫܝܐ ܘܡܪܝܪܐ . ܡܘܬܐ ܘܣܛܢܐ
ܕܚܠܘ . ܠܐܕܡ ܕܚܛܐ ܒܝ ܘܐܟܠܘܗܝ .

[a] B. ܐܒܘܗ . — [b] B. ܐܬܒܙ .

feros descensurum; in fossas projecti sunt, etsi innoxii, per injuriam facinorosorum. Prophetæ de me vaticinati sunt quæ spiritus meus eis suggerebat, ego Dominus sum prophetarum. Populus Israel oppressit me, et ecce adimpleta sunt in me omnia quæ scripta sunt. Hodie obsignavi libros, solus descendi ad inferos, sed cum millibus et myriadibus ascendi; tribus diebus perscrutatus sum gazas et thesauros inferorum, quæsivi et inveni Adamum qui mortem in mundum adduxerat (?); descendi et extuli imaginem nostram, sicut fecit rex Jeremiæ et Darius Danieli, extuli ex inferno voraci Adamum, caput generis humani, ut non esset amplius advena apud mortem, amaram dominam, et servitutem non amplius præstaret inferis hominum voracibus. Ecce Adamus liber effectus est, ego servum me feci pro eo. Ecce vivit qui fuerat mortuus, et ego mortem subii ut eum vivificarem; ecce egressus est ex inferis quia ego illum eduxi, ascendit e corde terræ, quia ego descendi post illum eumque inde extraxi. Iratus quod in me peccavisset expuli illum ex horto, præterea potestatem dedi morti ut pro me pœnam sumeret de eo; averti me ab eo ut subjiceretur jugo duro et acerbo. Mors et Satanas paverunt Adamum quod in me peccasset eumque devoraverunt velut cibum dentibus leonum dilaniatum. Clamavit ad me Adamus in

ܘܐܝܟ ܕܒܩܛܝܢܐ ܐܪܚܬܐ . ܐܬܟܡܟܡܘ ܗܘܘ
ܐܘܟܠܐ . ܩܪܐ ܠܝ ܐܝܟ ܕܐܘܠܕܝܘܗܝ ܀ ܘܡܢ
ܦܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܦܢܐ ܠܝ . ܕܐܚܘܘܗܝ ܐܬܪܚܡ
ܘܐܦܩܘܗܝ : ܘܪܘܓܙܐ ܐܫܒܘܩ ܘܐܬܪܥܐ ܠܗ .
ܘܐܢܐ ܕܐܝܬܝ ܡܪܚܡܢܐ ܫܡܥܬ ܩܠܗ
ܘܐܬܚܫܫܬ . ܘܐܬܪܥܝܬ ܠܡܪܚܡܘ .
ܘܠܡܬܪܥܘ ܠܐܕܡ : ܘܠܡܦܪܩܘ ܠܚܒܠܘܗܝ .
ܡܢ ܚܒܠܘܗܝ ܕܒܝܫܐ ܘܕܡܘܬܐ . ܢܚܬܬ ܐܢܐ
ܘܐܦܪܩܬܗ . ܘܝܘܡܢܐ ܫܠܡ ܦܘܪܩܢܗ ܀

ܡܪܢ ܠܒܒ ܠܫܠܝܚܘܗܝ ܀ ܒܫܠܡܗ
ܘܐܚܕܝ ܐܢܘܢ . ܘܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܚܕܝܐܝܬ ܀
ܒܬܪ ܕܪܡܙ ܫܠܡܐ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܫܕܪܢܝ ܐܒܐ :
ܘܗܘܝܬ ܒܐܪܥܐ ܐܟܣܢܝܐ : ܘܡܠܝܬ ܡܘܫܐ
ܘܢܒܝܐ : ܘܡܕܡ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܒܨܪܬ[a] : ܘܡܝܬܬ
ܠܝ ܘܩܡܬ ܐܬܢܚܡܬ ܀ ܘܐܦ ܐܢܐ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܠܝ ܀ ܗܫܐ ܗܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܀ ܡܢܝ
ܩܒܠܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܀ ܕܬܡܠܘܢ ܡܢܗ ܪܘܚܐ
ܘܚܝܠܐ : ܕܬܫܒܩܘܢ ܚܛܗܐ ܠܒܢܝܢܫܐ . ܠܡܢ
ܓܝܪ ܕܬܫܒܩܘܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܀ ܘܐܦ ܐܢܐ
ܐܫܒܘܩ ܠܗ : ܘܠܡܢ ܕܬܐܚܕܘܢ ܚܛܗܘܗܝ ܠܘܬܝ
ܐܚܝܕܝܢ : ܐܦ ܡܢ ܕܫܪܝܬܘܢ ܘܐܚܕܬܘܢ . ܗܟܢܐ
ܢܗܘܐ ܒܫܡܝܐ ܀ ܘܡܠܝܟܘܢ ܠܐ ܢܦܠܢ .
ܐܠܐ ܒܪܘܚܐ ܡܡܠܠܝܢ ܐܢܬܘܢ : ܩܒܠܘ ܫܘܠܛܢܐ
ܕܠܐ ܥܒܪ . ܡܛܠ ܕܡܠܝܟܘܢ ܡܫܪܪܢ : ܘܠܐ ܡܫܪܐ
ܐܢܐ ܡܠܝܟܘܢ . ܘܐܢ ܬܪܓܙܘܢ ܀ ܐܪܓܙ
ܐܢܐ ܘܐܢ ܬܬܪܥܘܢ . ܐܬܪܥܐ ܐܢܐ . ܗܐ ܩܠܝܕܐ

angustiis suis et e specu mortis invocavit me ut ipsius misertus eum extraherem, et, dimissa ira, ei redderem meam amicitiam, ego autem qui sum misericors audivi vocem ejus et compatiens acquievi ut facerem misericordiam Adamo eique meam redderem amicitiam, jacentemque eum a funibus Maligni et Mortis liberarem; descendi et liberavi eum, et hodie ejus salus completa est. »

6. Dominus noster confortavit apostolos suos apprecata pace, eosque exhilaravit et læte eos allocutus est post significatum eis pacem[1]. «*Sicut misit me Pater,* et fui in terris peregrinus et adimplevi Moysen et prophetas, nihil ex eis imminuto, et mortuus sum et resurrexi, *ita ego,* quem hic videtis, *nunc mitto vos, accipite a me Spiritum sanctum* ut repleamini spiritu et virtute ad remittenda hominibus peccata, *cujus enim remiseritis, remittam ei et cujus retinueritis peccata etiam apud me retenta erunt*[2]. » Quod autem solveritis aut retinueritis, sic erit in cœlo, nec verba vestra fallam sed in Spiritu loquimini justitiam. Accipite potestatem quæ non transitura est nec defectura, quia verbum vestrum confirmatum est. Non solvam dicta vestra, si irasceritis, irascar ego, si reconciliati fueritis, reconciliabor. Ecce claves

[1] Cfr. *Joan.* XX, 21.

[a] B. ܒܪܬ.

[2] *Joan.* XX, 23.

ܐܢܐ . ܘܐܦ ܠܚܨܝܟܘܢ ܐܣܪܐ . ܩܠܝܕܐ ܡܫܡܫܘܬܐ
ܡܫܠܐ : ܗܘܐ ܒܡܬܪܥܝܢ ܐܠܐ ܐܢܐ . ܦܬܚܘ
ܘܐܚܘܕܘ ܙܕܝܩܐܝܬ : ܥܕ ܐܬܐ ܐܢܐ ܒܡܫܒܚܘܬܐ ◆

regni ad lumbos vestros suspendo. Aperite et claudite cum æquitate, donec veniam in gloria.

VIII.

ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ

ܩܘܡܐ ܕܬܡܢܝܐ ܕܠܠܝܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܚܕܬܐ ܀

EJUSDEM SANCTI EPHRÆMI

AD OCTAVAM STATIONEM NOCTIS DIEI DOMINICÆ NOVÆ [1].

Apparitio Thomæ.

ܟܕ ܥܠ ܗܘܐ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܠܥܠܝܬܐ ܕܝܢ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܩܡ ܡܢ ܩܒܪܐ :
ܕܢܚܘܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܢܦܫܗ : ܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ
ܚܕ ܡܢܗܘܢ : ܦܣܝܩ ܗܘܐ ܘܠܐ ܚܙܐ ܠܝܫܘܥ .
ܘܟܕ ܗܦܟ ܘܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ : ܐܫܟܚ ܐܢܘܢ
ܕܚܕܝܢ . ܘܟܕ ܫܐܠ ܥܠ ܚܕܘܬܗܘܢ ،
ܠܥܠܬܗܘܢ ܕܠܝܫܘܥ ܐܚܙܝܘ . ܐܡܪܝܢ ܠܗ
ܕܚܙܝܢ ܠܡܪܢ : ܘܡܠܠ ܥܡܢ ܘܝܕܥܢܝܗܝ .
ܘܟܕ ܠܬܪܥܐ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ : ܐܬܐ ܩܐܡ
ܒܝܢܬܢ . ܚܕܝ ܗܟܝܠ ܘܪܘܙ ܐܟܘܬܢ . ܕܗܐ
ܫܠܡܗ ܕܡܪܢ ܥܡܢ . ܢܦܚ ܒܐܦܝܢ ܐܦ
ܒܪܟ ܠܢ . ܘܩܒܠܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܘܠܐ ܐܝܬ
ܠܢ ܬܘܒ ܕܚܠܬܐ : ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܢܡܠܠ . ܗܫܐ
ܐܬܢܚܡ ܡܪܢ . ܘܒܥܝܢ ܚܙܝܢܝܗܝ ܒܦܓܪ .
ܘܠܐ ܕܚܠܝܢ ܚܢܢ ܡܢ ܥܡܐ : ܕܙܩܦܗ ܩܛܠܗ
ܘܩܒܪܗ . ܠܐ ܐܝܬ ܗܘ ܬܘܒ ܕܚܠܐ : ܕܐܢ
ܩܐܡ ܘܐܢ ܠܐ ܩܐܡ . ܡܟܝܠ ܡܢ ܗܫܐ
ܘܠܗܠ : ܠܝܬ ܦܘܠܓܐ ܐܘ ܕܚܠܐ . ܘܒܫܪܪܐ
ܩܡ ܘܐܬܚܙܝ . ܘܗܘ ܠܢ ܐܦ ܫܘܬܦܘܬܗ .
ܘܚܙܝ ܒܗܘܢ ܕܡܫܠܡ ܪܙܐ : ܕܫܘܬܦܘܬܗܘܢ ܐܢܬ

1. Quum ingressus esset Dominus noster Jesus in cœnaculum ad discipulos in die qua resurrexit e sepulchro ut manifestaret se eis, unus ex eis, Thomas apostolus, absens erat; is igitur non viderat Jesum. Quum autem reversus ad eos venisset, invenit eos gaudio perfusos. Quæsita gaudii causa, docuerunt eum quod Jesum recepissent. « Vidimus Dominum, inquiunt [2], et locutus est nobiscum et agnovimus eum, et, dum fores erant clausæ, ipse stetit in medio nostri. » Gaude igitur et exulta sicut nos, quia ecce pax Domini nobiscum; insufflavit in facies nostras et benedixit nobis et accepimus Spiritum sanctum, nec amplius ullus remansit nobis timor a Judæis ne loquamur. Nunc ressuscitatus est Dominus. Interrogavimus et vidimus eum in corpore, nec timemus populum qui cruci affixit, occidit et sepelivit eum. Nulla nunc remanet formido an resurrexerit vel non resurrexerit. Ex nunc nullum amplius dubium, nullus timor

[1] Dominica nova ea est quam vocamus « Dominicam in albis. »

[2] *Joan.* XX, 25.

ܟܠ ܐܬܪܘܗܝ . ܘܟܠܐ ܕܩܡܘ ܚܘܐ ܠܢ .
ܘܚܘܐ ܠܕܘܟܬܐ ܕܕܒܪܘܗܝ . ܘܡܚܘܬܗ ܕܟܠ
ܡܣܡܪ̈ܐ ܀ ܟܠܗ ܡܚܘܬܗ ܘܟܠܗ ܢܩܝܒܘ .
ܘܟܕ ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ ܚܕܝܢ ܗܘܘ : ܘܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ
ܠܗ ܠܬܐܘܡܐ . ܗܘ ܩܐܡ ܗܘܐ ܟܕ ܟܪܝܐ ܠܗ ܀
ܘܠܐ ܐܬܡܛܝܢ ܕܢܗܝܡܢ . ܘܟܪܝܐ ܗܘܐ ܕܠܐ
ܐܬܡܛܝܬ : ܕܢܚܙܐ ܠܝܫܘܥ ܐܝܟ ܚܒܪ̈ܘܗܝ .
ܘܦܠܝܓ ܡܬܦܠܓ ܗܘܐ ܀ ܕܐܢ ܫܪܝܪ ܐܘ ܠܐ
ܫܪܝܪ . ܚܙܐ ܠܗ ܠܫܡܥܘܢ ܕܚܕܝ[a] . ܘܡܣܗܕ
ܠܗ ܕܚܙܐ ܠܡܪܢ . ܘܩܐܡ ܬܐܘܡܐ ܘܡܬܩܫܐ ܀
ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܡܗܝܡܢܘ . ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܟܠܗܘܢ ܐܡܪ
ܗܘܐ . ܒܗ ܡܠܬܐ ܐܝܠܝܢ ܠܡܢ ܕܐܚܕܐ .
ܘܡܛܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ : ܕܐܪܘܙ ܗܘܝܬ ܗܘ
ܪܥܝܢܝ ܗܟܝܠ ܠܘܬ ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪܬܘܢ .
ܘܠܐ ܛܐܒ ܠܝ ܗܟܢܐ ܡܕܡ ܕܐܡܪܬܘܢ ܠܝ
ܡܬܩܒܠ ܠܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܬܘܢ ܠܝ ܀ ܠܡܢܐ
ܡܫܬܡܥܝܢ ܘܐܦ ܠܗ : ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܚܙܝܬܘܗܝ
ܟܠܗ . ܗܘ ܗܘܐ ܡܬܚܙܝ ܠܝ ܀ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢ
ܐܢܐ ܘܠܐ ܚܙܝܬܗ . ܚܙܘ ܕܠܡܐ ܟܒܫ ܐܬܚܙܝ :
ܕܢܚܘܐ ܠܟܘܢ ܕܡܘܬܐ[b] . ܕܒܗ ܗܘܐ ܢܣܝܟܘܢ :
ܘܢܛܥܐ[c] ܟܘܢ ܐܝܟ ܕܠܛܠܝ̈ܐ . ܠܐ ܐܗܝܡܢ ܐܢܐ
ܕܐܡܪܬܘܢ ܀ ܐܠܐ ܚܙܝܢܝܗܝ ܥܝ̈ܢܝ . ܘܟܕ ܕܚܙܝܬܗ
ܘܝܕܥܬܗ ܀ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܠܗ ܘܣܓܕ ܐܢܐ ܀
ܘܟܕ ܕܫܐܠܬܗ ܘܦܫܩ ܠܝ ܀ ܡܫܪܪ ܐܢܐ
ܕܗܘ ܗܘ ܝܫܘܥ : ܘܟܕ ܕܓܫܬܗ ܘܚܙܝܬܗ :
ܚܕܝ ܐܢܐ ܘܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܠܗ . ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ
ܡܪܝܡ ܐܢܐ . ܕܗܘ ܗܘ ܕܟܪܐ ܡܢ ܡܟܐ .

superest, quia surrexit vere et vidimus eum et ostendit nobis plagas suas et vidimus in eis locum clavorum, quorum plagæ erant in manibus ejus, ostendit nobis latus suum et monstravit locum lanceæ qua transfixus fuit. Omnes igitur testamur ejus mortem ac resurrectionem. Dum autem discipuli gaudebant hæc Thomæ nunciantes, ipse stabat tristis credendi moram faciens et dolens quod non contigisset ut videret Jesum sicut sui socii. Mente dubitabat an verum vel non quod apparuisset Simoni, qui gaudebat et testabatur se vidisse Dominum. Stans igitur Thomas obduratus et nolens credere respondit omnibus hisce verbis : « Quid cogitis me ad gaudendum? quid excitatis me ad exsultandum? Mente hucusque hæreo an accipere debeam dicta vestra, cor meum persuasum non est vera esse quæ dicitis. Si verum est Dominum nostrum resurrexisse vosque visitasse ut dicitis, cur vos reliquit et abiit, et non remansit ut omnes eum videremus. Ecce nunc hæsito nec credo quia eum non vidi. Cavete ne Malus ausus fuerit vobis ostendere phantasma ut hac ratione vos tentaret et vos ut infantes deciperet. Non credam nisi oculi mei eum viderint; postquam eum videro et agnovero credam atque adorabo. Postquam eum interrogavero et explicaverit mihi certior fiam ipsum esse Jesum; postquam eum attrectavero et vi-

[a] B. ܕܚܕܝ . — [b] B. ܕܡܘܬܐ . — [c] B. ܘܢܛܥܐ .

ܠܒܘܪ̈ܟܝ ܘܐܣܓܘܕ ܟܪܥ ܐܢܐ . ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܒܝ
ܦܘܠܓܐ . ܐܢܬܘܢ ܚܙܝܬܘܢ ܡܚ̈ܘܬܗ . ܡܢ
ܪܘܚܩܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܠܐ ܡܣܦܩܐ ܠܝ
ܗܕܐ ܠܚܘܕ : ܕܐܚܙܐ ܡܚܙܝܐ ܘܐܬܦܢܐ ܠܝ .
ܡܢܗܐ ܐܪܡܐ ܠܝ ܨܒ̈ܥܬܝ . ܒܡܚ̈ܘܬܗ
ܘܐܓܫ ܐܢܐ : ܠܕܘܟܝܬܐ ܕܨܨ̈ܐ ܕܐܝ̈ܕܘܗܝ . ܐܢ
ܣܟܝܪ ܘܐܬܚܠܡ ܐܢܝܢ . ܐܢܐ ܠܝ ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܗ .
ܐܝܕܝ ܦܫܛ ܐܢܐ ܒܓܒܗ ܕܝܠܗ . ܐܓܫܫ
ܘܐܚܙܐ ܠܕܘܟܬܐ ܕܒܠܘܓܟܝܐ : ܕܒܪ̈ܘܫܥܐ ܕܦܪܝܘ
ܡܬܪܕܐ . ܐܢ ܗܠܝܢ ܠܐ ܚܙܐ ܐܢܐ . ܘܐܢ ܗܠܝܢ
ܠܐ ܓܫܫܬ ܐܢܐ . ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܕܐܬܚܙܝ .
ܝܫܘܥ ܠܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܗܝܡܢܘ : ܘܫܪܪܘ ܐܢܬܘܢ
ܘܐܫܬܪܪܘ . ܕܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ .
ܕܟܒܪ ܦܣܐ ܢܦܠ ܠܝ : ܕܐܣܒܪ ܥܡܐ ܟܦܘܪܐ .
ܐܢ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܫܪܪܐ : ܐܝܟܢܐ ܠܠܐ ܡܗܝ̈ܡܢܐ
ܐܦܝܣ . ܢܫܐܠܘܢܢܝ ܒܚܦܝܛܘܬܐ . ܘܒܥܝܢ
ܡܢܝ ܡܢܘ ܫܪܝܪܐ . ܐܢ ܚܙܐ ܐܢܐ ܘܓܫܫ ܐܢܐ :
ܡܟܪܙ ܐܢܐ ܒܡܦܪܣܝܘܬܐ . ܕܝܬܝܪ ܗܘ ܚܙܝܐ ܡܢ
ܡܠܬܐ . ܘܚܙܝܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܫܡܥܐ . ܘܝܬܝܪ ܡܓܘܫܫܐ
ܡܢ ܡܬܚܐ[a] . ܘܨܒܘܬܐ ܡܢ ܦܠܐܬܐ . ܡܢܐ ܠܝ
ܝܬܝܪ ܕܚܙܝܬܘܢܝܗܝ : ܐܘ ܗܘܝܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬܘܢ .
ܐܘ ܪܘܚܐ ܩܒܠܬܘܢ ܚܠܦܘܗܝ . ܡܢܐ ܓܕܫ ܠܝ
ܕܠܐ ܚܙܝܬܗ . ܥܕܡܐ ܕܐܢܐ ܚܙܐ ܐܢܐ . ܘܦܣܬܐ
ܠܦܣܬܟܘܢ ܫܘܝܐ : ܠܐ ܥܒܪܐ ܡܢܝ
ܟܪܝܘܬܐ : ܕܠܐ ܢܣܒܬ ܐܝܟ ܕܢܣܒܬܘܢ . ܥܕ
ܕܚܙܐ ܐܢܐ ܠܗ . ܒܨܢܝܚܘܬܐ[b] ܡܬܟܘܝ
ܐܢܐ . ܐܝܟܘܬܟܘܢ ܬܠܡܝܕܗ ܐܢܐ . ܘܠܐ ܦܫ
ܕܐܚܙܝܘܗܝ ܥܡܟܘܢ . ܕܠܡܐ ܕܚܐ ܗܘܐ

dero, genua flectam et adorabo. Verbis non credo; nam res est omne verbum excedens. Oculis meis et manibus credo, ut non remaneat mihi dubitandi locus. Vos vidistis plagas ejus a longe, ut dicitis. Hoc mihi non sufficit; videre speciem nulla mihi cura, mittam digitos meos in plagis ejus, et palpabo loca clavorum in manibus ejus an occlusa sint et sanata. Si videro eum, manum extendam in latus ejus, palpabo et videbo locum lancea a nefariis perforatum. Si hæc non videro et non palpavero, non credam Jesum vobis apparuisse. Vos credite et certiores estote, ego vobis non credam ne forte sors obtingat mihi evangelizandi populum incredulum; si veritatem non cognosco quomodo incredulis persuadeam. Interrogabunt me diligenter quærentes a me quænam vera sint. Si videro et palpavero prædicabo cum fiducia, quia res verbis præstant et visus auditui, sicut præferendus est sensus terminis et realitas figuris. Quid prodest mihi quod vidistis eum? An ipse est ut dixistis, vel spiritum pro eo accepistis? Cur contigit mihi ut non viderem eum? Donec videam et meam sortem vestræ æquaverit, non depelletur a me tristitia quod non acceperim quod accepistis. Donec videro eum curis aduror. Sum sicut vos discipulus ejus, et non remansit ut viderem eum vobiscum. An forte me repulit, quia non aderam quando

[a] ܡܬܚܫܟܢܐ . -- [b] R. ܒܨܢܝܚܘܬܐ .

ܕܢܣܒܢ . ܘܠܐ[a] ܐܬܟܫܠܬ ܒܗ ܐܢܐ . ܘܡܛܠ
ܡܢܐ ܕܚܩ ܠܝ : ܘܡܕܡ ܕܥܘܠܐ ܠܐ ܥܒܕܬ .
ܐܚܒܬܗ ܘܡܚܒ ܐܢܐ ܠܗ . ܘܐܟܝܢܝ ܕܠܐ
ܣܟܐ ܠܝ . ܠܡܢܐ ܠܐ ܢܦܚ ܒܝ ܪܘܚܐ . ܘܠܐ
ܝܗܒ ܠܝ ܐܝܟ ܡܐ ܕܠܟܘܢ[b] . ܠܐ ܐܫܠܐ
ܡܢ ܝܠܠܬܐ . ܥܕܡܐ ܕܢܚܙܝܢܝܗܝ ܥܝܢܝ .
ܡܘܗܒܬܐ ܢܣܒܬܘܢ ܐܢܬܘܢ . ܘܚܕܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܕܐܬܥܬܪܬܘܢ . ܐܢ ܠܝ ܥܒܕ ܡܣܟܢܐ . ܡܢܘ
ܢܒܝܐܢܝ ܡܢ ܟܪܝܘܬܝ : ܬܘ ܟܠܟܘܢ ܘܐܦ
ܥܡܝ . ܕܢܬܠ ܐܦ ܠܝ ܡܘܗܒܬܐ . ܘܐܚܙܝܘܗܝ
ܐܝܟ ܕܚܙܝܬܘܢܝܗܝ . ܘܠܝ ܢܬܠ ܥܘܬܪܐ ܐܝܟ
ܕܠܟܘܢ ܀

venit? Et cur me repelleret? Nihil iniquum feci. Dilexi eum et diligo, et moleste fero quod non exspectaverit me. Cur non insufflavit in me Spiritum, nec dedit mihi quod vobis? Ejulare non desinam donec oculi mei viderint eum. Donum accepistis et gaudetis quod ditati estis. Si me inopem reddit quis consolabitur me a meis afflictionibus? Eia, omnes mecum oremus ut idem omnibus largiatur et videam eum sicut vidistis et mihi divitias largiatur quas vobis largitus est. »

ܬܐܘܡܐ ܕܗܘܐ ܐܬܘܗܝ ܬܐܘܡܐ : ܒܥܐ
ܥܡ ܚܒܪܘܗܝ ܠܝܫܘܥ ܐܦܝܣܗ . ܕܢܚܙܝܘܗܝ
ܘܢܣܒ ܒܗ ܒܘܪܟܬܐ . ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ
ܡܩܕܫ ܟܠܐ . ܟܕ ܗܘܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ :
ܒܨܠܘܬܐ ܡܬܟܢܫܝܢ[c] . ܡܛܠ ܬܐܘܡܐ
ܥܒܪܘ . ܘܒܬܡܢܝܐ[d] ܕܝܘܡܬܐ . ܐܬܚܙܝ
ܬܘܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܒܥܠܝܬܐ ܐܚܪܬܐ .
ܘܓܠܐ ܠܗܘܢ ܢܦܫܗ ܒܠܚܘܕ : ܘܠܐ ܠܥܡܐ
ܐܦܠܐ ܠܐܢܫ . ܒܒܝܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܗܘܘ ܐܟܚܕܐ .
ܘܟܢܝܫܝܢ ܥܡܗܘܢ ܬܐܘܡܐ : ܘܬܪܥܐ
ܘܡܘܬܪܐ ܐܚܝܕܝܢ . ܘܡܢ ܩܠܐ ܕܠܐ ܪܥܡܐ ܐܬܐ :
ܘܒܡܨܥܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܡ ܗܘܐ . ܘܒܫܠܡܗ
ܠܒܒ ܐܢܘܢ . ܘܐܬܦܢܝ ܠܘܬܗ ܩܕܡ ܬܐܘܡܐ .

2\. Thomas qui erat revera « *Thoma* » [obturatus[1]] cum collegis Jesum deprecatus est ut videret eum et obtineret benedictionem Spiritus sancti qui omnes sanctificat. Dum discipuli ad orationem congregati erant propter Thomam, transierunt septem dies. Octavo autem die apparuit rursus Jesus discipulis in cœnaculo[2], et manifestavit se eis tantum, non autem populo aut cuivis alii. In domo omnes Simonis collegæ congregati erant et Thomas cum eis, portæ clausæ erant et seræ obseratæ. Illico absque sonitu venit, in medio omnium stetit et pacis apprecatione confortavit eos. Conversus autem ad Thomam antequam accessisset ille

[1] ܬܘܡܐ quid significet ista vox anceps hæreo. In lexicis occurrit ܬܘܡܐ *allium* et præterea nihil. Sed ista utique significatio non convenit nostro loco. Quare putaverim pro ܬܘܡܐ legendum esse ܛܘܡܐ *obturatio* a ܛܡ *obturavit, occlusit.*

[2] *Joan*. XX, 26.

a B. ܠܐܘ . — b B. ܕܠܟܘܢ . — c B. ܡܬܟܢܫܝܢ . — d B. ܒܬܡܢܝܐ .

ܘܩܪܝܗ ܠܘܬܗ ܕܢܩܪܘܒ ܠܗ : ܘܐܦܣ ܠܗ
ܕܢܩܪܘܒ ܨܒܥܗ . ܬܐܘܡܐ ܥܠܝ ܐܝܬܐ ܨܒܥܟ .
ܘܚܙܝ ܘܓܫܘܫ ܒܐܝܕܝ ܠܐܝܕܝ . ܘܐܬܒܩܐ ܐܝܟ
ܨܒܝܢܟ : ܒܫܘܠܡ ܡܣ̈ܡܪܐ ܙܩ̈ܝܪܐ . ܘܐܘܫܛ
ܝܡܝܢܟ ܨܝܕܝ . ܘܓܫܘܫ ܠܝ ܕܘܟܬ ܠܘܟܝܬܐ .
ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܒܦܠܓܘܬܐ ⁘ ܘܠܡܗܘܐ ܠܟ ܐܝܟ
ܠܐ ܡܗܝܡܢ . ܐܠܐ ܗܝܡܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ . ܕܙܟܝܬܗ
ܠܒܝܫܐ ܘܠܡܘܬܐ . ܝܕܥܬܗ ܠܠܒܟ ܬܐܘܡܐ :
ܕܚܣܝܪ ܚܕܝܢ ܕܬܩܒܠ . ܡܘܗܒܬܐ ܕܢܣܒܘ
ܚܒܪ̈ܝܟ . ܗܐ ܡܩܒܠܬܗ ܠܐ ܬܬܥܝܩ ܠܟ . ܢܦܚܬ
ܒܟ ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ⁘ ܕܬܬܕܒܪ ܒܗ ܐܝܟ
ܚܒܪ̈ܝܟ . ܕܫܠܝܚܐ ܒܗܘܢ ܬܗܘܐ . ܛܝܒ
ܠܟ ܕܬܟܪܙ ܫܡܝ . ܘܐܢ ܥܡܐ ܥܘܠܐ
ܢܦܓܥܟ . ܠܐ ܬܬܪܦܐ ܥܠ ܩܫܝܘܬܗ . ܕܕܝܠܝ
ܐܢܘܢ ܟܠ ܠܫܢ̈ܐ : ܕܥܡܡ̈ܐ ܘܕܟܠ ܐܡܘܬܐ .
ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ . ܕܥܡܐ ܥܘܠܐ ܘܒܪܒܪܐ .
ܩܪܘܒ ܬܐܘܡܐ ܓܫ ܕܘܟܝܬܐ : ܘܗܝܡܢ
ܘܐܬܬܪܝܨ ܘܐܬܬܩܢ .

ܘܡܚܕܐ ܕܩܪܒ ܐܝܟ ܕܨܒܐ : ܘܓܫ ܐܬܪ̈ܐ
ܡܣ̈ܡܪܐ ܙܩ̈ܝܪܐ ⁘ ܗܝܡܢ ܘܣܓܕ ܠܗ ⁘
ܟܕ ܩܥܐ ܠܗ ܡܪܝ ܘܐܠܗܝ ⁘ ܘܠܬܐܘܡܐ
ܦܢܝ ܝܫܘܥ ⁘ ܦܬܓܡ̈ܐ ܕܫܠܡܐ . ܗܫܐ
ܕܚܙܝܬܢܝ ܗܝܡܢܬ ⁘ ܘܟܕ ܓܫܬܢܝ ܗܘܐ
ܝܕܥܬ ⁘ ܠܐ ܡܕܡ ܪܒ ܗܘܐ ⁘ ܕܗܘ ܕܓܫ
ܐܝܟ ܘܐܚܕ ܢܗܝܡܢ ⁘ ܘܠܗ ܗܡܝܢܘܬܐ ܗܝ
ܗܢܐ ⁘ ܐܠܐ ܒܥܘܩܒܐ ܘܡܫܡܫܐ . ܐܝܬܘܗܝ ܘܐܦ ܗܘܐ
ܗܝܡܢ : ܘܠܐ ܗܝܡܢܬ ܒܥܡܠ ܕܓܫܬܗ :

ad Jesum, eum invitavit ut ad se accederet: « Thoma, infer digitum tuum et vide; manibus tuis attrecta manus meas et pro libitu perscrutare plagas clavorum: porrige dexteram tuam ad me et palpa locum lanceæ, nec hæreas dubius, nec sis velut incredulus sed crede quod ego sim qui devici Malum et Mortem; cognovi cor tuum, Thoma, sis igitur alacris ad accipiendum donum quod obtinuerunt tui socii, ne contristeris, ecce illud possides, insufflo in te Spiritum sanctum, eo dirigaris sicut socii tui ut sis cum eis apostolus. Præpara te ad prædicandum nomen meum, et si populus infidelis tibi obtigerit, ne propter ejus duritiem deficias, mei sunt enim omnes linguæ gentium et populorum; tibi do facultatem edocendi populum durum et barbarum. Accede, Thoma, palpa loca, et crede persuasus et confirmatus. »

3. Statim ac, ut volebat, accessit et tetigit[1] plagas clavorum credidit et adoravit eum exclamans ad eum: « *Dominus meus et Deus meus*[2]. » Thomæ autem respondit Jesus verba pacifica: *Nunc quia vidisti me credidisti,* et quia tetigisti me agnovisti. Nihil magni est quod credat qui palpavit et apprehendit; hujusmodi res nihil fidei habet sed tota in inquirendo et investigando consistit; quamvis

[1] Thomam revera palpasse in textu Evangelii non dicitur et multi interpretes putant Thomam id non ausum fuisse.

[2] *Joan.* XX, 28.

[illegible]

nunc credas, si non credidisti donec palpasti, quomodo in Patrem credes quem videre et palpare non potes? Ecce ego me inclinavi ad te et dedi tibi locum ut me tangeres, nec credidisti me esse donec inquisivisses et perscrutatus fuisses, quomodo credes in Patrem cœlo altiorem et sole subtiliorem quem intueri non potes? Et, nisi gratia mea se ad peccatores inclinasset et movisset me ut me tibi videndum præberem, in incredulitate periisses. Valde mirandus est amor Simonis qui, me haud viso, mulieri credidit, nec dubius hæsit nec inquisivit ut, postquam venissem et vidisset me, crederet. Ubinam vidisti hominem corpore constantem et sedulo inclusum ac detentum posse exire absque januis? Et me non credidisti resuscitatum. Subtilis pro meo beneplacito factus, velut lux solis effectus sum inter vos et me vidistis. In sepulchro incluserunt me mei sepultores tanquam mortuum et cadaver. Vigil eram ac vivus et visu fruens quum conditum me sepilirent et custodes exterius sederent sedulo me custodientes. Cœlum et terram impleo et tamen satis amplum fuit sepulchrum pro statura mea. Quando necesse fuit ut surgerem surrexi, et, sepulchro non aperto, exivi. Cur, o Thoma, non credidisti quia Filius Dei sum? Si autem credis, cur difficultatem moves ut non agam sicut Deus. Si saxis jus-

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] B. [illegible]. — [e] B. [illegible]. — [f] B. [illegible].

[illegible]

sero colliquefiunt ut aqua, si mandavero montibus, fluunt ut lac; præcepi sepulchro et exivi sine ostio. Cur, o Thoma, non credidisti? quod si credidisses justificatus fuisses. Ubi congregati eratis, illic, januis clausis, ingressus sum; non vidistis quomodo tanquam lux intravi; oportebat te, Thoma, credere iis qui me viderant. Quia non dubitaverant nec inquisierant, ostendi eis plagas meas. Quid ad incredulitatem te decepit, ut inquireres, et tunc tantum crederes. Nisi enim voluntas mea fuisset ut accederes ad me, non potuisses accedere; nisi minuissem ardorem meum, non potuisses corpus meum attrectare, quia ego sum ignis consumens qui ex gratia in terram veni, et tu homo pulvis; ecce attrectasti carbones, nec combustus fuisti. Nunc quia tetigisti me cognoscis me Dominum tuum ac Deum esse. Beati qui, cum non vidissent me nec tetigissent, crediderunt[1] in me; magis adhuc beati qui statim ac exaltatus fui crediderunt in me. Thoma, robora cogitationes tuas ut testes fiant resurrectionis meæ. Quia nunc vidisti et tetigisti, erit vox tua potens in gentibus.

4. Multa signa fecit Jesus coram discipulis, postquam, devicta morte, e sinu inferorum exivit. Sciens necesse esse ut discipuli in fide firmarentur signa fecit coram eis,

[1] *Joan.* XX, 29.

[a] B. [illegible]. — [b] B. [illegible]. — [c] B. [illegible]. — [d] B. [illegible].

ܢܗܝܡܢܘܢ ܀ ܢܓܪܘܓ[a] ܠܗܘܢ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܀
ܠܐ ܟܬܝܒܢ ܕܝܢ ܒܟܬܒܐ ܀ ܕܠܐ ܦܩܚ ܕܢܬܟܬܒܢ
ܗܘܝ̈ ܀ ܥܒܕ ܓܝܪ ܝܫܘܥ ܣܓܝܐܬܐ ܐܬܘܬܐ : ܕܥܒܪܝܢ
ܗܘܘ ܡܢ ܣܦܪ̈ܐ ܀ ܘܟܠ ܣܦܪ̈ܐ ܠܐ ܣܦܩܝܢ
ܗܘܘ ܠܡܟܬܒܘ ܘܠܡܬܢܝܘ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܀ ܟܡܐ
ܚܕܐ ܕܝܢ ܕܐܬܟܬܒ : ܗܘܬ ܠܥܠܡܐ ܒܬܕܡܘܪܬܐ
ܪܒܬܐ ܀ ܚܕ ܟܡܐ ܡܬܕܡܪ ܗܘܐ ܀ ܐܠܘ
ܟܠܗܝܢ ܟܬܝ̈ܒܢ ܗܘܝ ܀ ܐܢ ܡܢ ܚܕ ܢܨܚܢܗ ܀
ܗܘܐ ܢܦܩܝܢ ܪ̈ܒܘ ܡܟܬ̈ܒܢ ܀ ܘܐܢ ܚܕ ܡܣܒܪܢܐ ܀
ܗܘܐ ܕܡܠܐ ܒܪ̈ܝܬܐ ܘܟܠܗ ܠܥܠܡܐ ܀ ܡܢܘ
ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܗ ܀ ܠܡܟܬܒ ܡܠ̈ܘܗܝ
ܘܥܒ̈ܕܘܗܝ ܀ ܕܡܫܝܚܐ ܕܗܘܐ ܟܢܫ :
ܒܩܢܘܡܗ ܟܠ ܕܟܬܒ̈ܐ ܀ ܕܠܗ ܘܠܐܒܘܗܝ
ܘܠܪܘܚܗ ܩܕܝܫܐ ܀ ܫܘܒܚܐ ܘܣܓܕܬܐ ܘܐܝܩܪܐ :
ܠܕܪ̈ ܕܪܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܚܫܘ
ܕܡܪܢ ܘܨܠܝܒܘܬܗ ܀

ut eos ad fidem traheret. At ista signa non sunt scripta in libro, eo quod non opportunum esset. Fecit enim Jesus tam multa signa ut libros excederent et non sufficerent omnes libri ad notanda et numeranda ejus gesta[1]. Quæcumque autem scripta sunt mundum in magnam admirationem impulerunt. Quanto magis miratus fuisset, si omnia scripta fuissent. Si e singulari ejus triumpho librorum myriades efformantur, si unum Evangelium implet creaturas totumque mundum, quis complecti potuisset, si scripta fuissent, omnia verba et gesta Christi qui in sua persona omnia Scripturarum oracula complectitur, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, adoratio, et honor in omnes generationes.

EXPLICIT SERMO SANCTI EPHRÆMI DE PASSIONE ET CRUCIFIXIONE DOMINI.

[1] Cfr. *Joan.* XXI, 25.

[a] R. ܢܓܪܓ.

MONITUM

IN HYMNOS DE AZYMIS.

S. Ephræmum scripsisse hymnos 21 de Azymis constat ex subscriptione quæ ad finem hymnorum in codice 14627 legitur. Horum hymnorum sex periere, nempe hymni 7-12, reliqui supersunt in duobus Musæi Britannici codicibus, unde eos, duobus abhinc annis, quanta potuimus cura, exscripsimus. Prior codex, numero 14571 (add. manusc. 14571) notatus, membranaceus est et anno græcorum 830, Christi 519 exaratus fuit. Ex illo codice, quem littera A designavimus, descripti sunt hymni 1-2, qui soli in eo habentur. Alter codex, pariter membranaceus, sæculo V vel VI conscriptus, continet hymnos 1-6, 13-21. Numero 14627 notatur inter additios codices; illum littera B indicavimus. Iste codex nobis subministravit hymnos omnes quos hic apposuimus. Pro duobus tamen prioribus hymnis varias tantum hujus codices lectiones exscripsimus. Hymnus secundus sub nomine etiam Ephræmi citatur in *Catena Patrum,* octavo, ut videtur sæculo confecta, quam continet cod. 14532. Varias hujus codicis lectiones littera C designavimus. Citatur denique in alterâ *Catena* quæ habetur in cod. 12155 sæc. VIII ad fol. 76, verso.

I.

ܥܠ ܩܠܐ . ܕܐܝܢܐ . ܕܢܓܝܪܐ ܪܘܚܗ ܀

ܐܬܐ ܚܟܝܡ ܡܢ ܟܠ: ܒܚܘܒܗ ܠܘܬ ܣܟܠܐ .
ܘܗܢܘܢ ܒܣܟܠܘܬܐ . ܟܕ ܠܐ ܦܪܫܝܢ ܗܘܘ [a] .
ܪܕܦܘܗܝ ܘܠܐ ܦܪܫܘ . ܠܣܝܡܐ ܕܦܘܪܫܢܐ ◆

ܒܥܘܢܝܐ ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܕܪܟ ܀

ܒܚܢܢܝܟ ܬܗܪ ܐܢܐ . ܕܐܫܦܥܬ ܥܠ ܒܝܫܐ .
ܘܣܪܩܬܗ ܐܝܩܪܟ . ܕܢܥܬܪ ܣܢܝܩܘܬܢ .
ܘܢܗܘܐ ܒܣܝܡܬܟ . ܚܒܪܐ ܠܥܠܝܐ ◆ ◆

ܓܡܝܪ ܗܘܐ ܒܛܝܒܘܬܗ . ܕܐܣܝܐ ܕܒܬܪ ܟܢ ܘܐܠܦ .
ܠܒܣܝܡܐ ܕܐܣܝܗ . ܐܣܝܘܬܗ ܘܒܗ ܐܠܦ .
ܐܓܪܐ ܢܣܒ ܕܐܠܦ [b] . ܘܕܡܚܐ ܐܬܐܠܦ ܐܠܦ [c] ◆

ܓܡܝܪܘܬܐ ܠܐܢܫܘܬܐ . ܒܚܫܘܗܝ ܕܡܫܡܠܐ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܡܬܡܚܐ ܗܘܐ . ܡܠܦ ܘܡܫܬܘܕܐ .
ܐܬܕܒܪ ܐܝܟ ܐܡܪܐ : ܕܢܫܪܪ ܫܘܘܕܝܘܗܝ ◆
ܕܐܢ ܕܝܢܐ . ܐܬܕܝܢ ܘܐܬܚܝܒ ܚܠܦ :
ܗܘ ܕܐܣܟܠ ܗܘܐ . ܙܕܝܩܐ ܓܝܪ ܚܠܦ ܥܘܠܐ .
ܚܝܒܐ ܐܫܬܟܚ ܗܘܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܕܪܢܗ ◆
ܘܠܕܝܢܐ ܐܬܐ ܛܒܐ . ܒܚܘܒܗ ܚܠܦ ܒܝܫܐ .

[1] Stropha sex versus habet quinque syllabarum.

[a] B. ܗܘܐ . — [b] B. ܐܠܦ . — [c] B. ܐܠܦ .

I.

Tono : Qui longanimus est [1].

1. Qui sapientiam omnibus præstat venit in amore suo ad hebetes, ipsi autem in sua hebetudine permanserunt, et nihil discernentes quamvis admoniti persecuti sunt thesaurum omnis intelligentiæ.

Responsorium : Gloria missori tuo.

2. Miror misericordias tuas quas in malos effudisti. Evacuasti gloriam tuam ut locupletares inopiam nostram, atque ita tuis thesauris socii efficeremur supernorum.

3. Perfectione donatus fuerat homo per gratiam illius qui postea eum sanitati restituit et præmio ornatum edocuit. Post sanationem suam edoctus est homo. Præmium accepit qui edoctus fuerat, et edoctus est qui sauciatus fuerat.

4. Humanitatem perfecit omnibus suis perpessionibus. Qui vapulans docebat et patiens promittebat ductus est ad mortem ut agnus ad firmanda promissa.

5. Qui judicat judices judicatus fuit et damnatus pro illo qui peccaverat. Justus enim pro iniquis condemnatus fuit. Gloria missori ejus!

6. Venit in judicium Bonus in

Finis versus puncto, strophæ autem quatuor punctis (◆) indicatur.

ܘܗܘܐ ܕܡܝܬ . ܕܢܚܘܢ ܚܛܝ̈ܐ .
ܘܚܝܒ ܒܕܝ̈ܢܘܗܝ . ܚܠܦ ܥܘܠܗܘܢ ܙܩܦܘܗܝ ܀

ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܢܦܫܗ . ܕܢܚܘܢ ܒܗ
ܡܘܬܗ . ܐܝܟ ܐܡܪܐ ܒܡܨܪܝܢ . ܕܐܚܝ ܒܪܐܙ
ܡܪܗ . ܐܬܢܟܣ ܦܪܩ ܐܢܘܢ . ܒܚܘܒܗ
ܠܩܛܘܠܘܗܝ ܀

ܣܟܠ[a] ܘܐܬܥܘܠ ܗܘܐ . ܐܕܡ ܒܦܪܕܝܣܐ .
ܒܐܬܪܐ ܕܒܘܣܡܐ . ܟܐܢܐ ܠܒܝܡ ܕܝܢܐ .
ܒܐܬܪܐ ܕܫܘܢܩܐ . ܚܠܦܘܗܝ ܐܬܝܒܠ ܗܘܐ ܀

ܗܐ ܕܝܢ ܐܬܐ ܛܒܐ . ܕܢܫܡܠܐ ܠܟܐܢ̈ܐ .
ܕܐܪܙܗܘܢ ܛܥܝܢ ܗܘܘ . ܗܘܝܘ ܒܫܘܠܡܗܘܢ .
ܕܙܒܢ̈ܐ ܒܦܓܪܗ ܫܡܠܝ . ܠܐܚ̈ܘܗܝ ܐܝܟ
ܗܕܡ̈ܘܗܝ ܀

ܘܐܝܟ ܕܐܦ ܐܕܡ . ܒܦܓܪܗ ܩܛܠ ܚܝ̈ܐ :
ܗܟܢ ܒܗ ܛܘܦܣܐ . ܒܦܓܪܗ ܕܡܫܡܠܐ ܟܠ .
ܗܐ ܐܫܬܡܠܝܘ ܟܐܢ̈ܐ . ܘܐܬܪܚܡܘ ܐܦ ܚܛܝ̈ܐ ܀

ܙܟܝܐ ܢܚܬ ܠܘܬܢ . ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܣܛܢܐ .
ܕܚܢܩ ܙܟܐ ܘܚܢܩܗ . ܐܙܕܟܝ ܡܢ ܙܩܘܦ̈ܐ .
ܙܟܐ ܗܘܐ ܒܟܐܢܘܬܗ . ܘܐܙܕܟܝ ܡܢ ܛܝܒܘܬܗ ܀

ܙܟܐ ܗܘܐ ܠܚܣܝܢܐ . ܘܐܙܕܟܝ ܡܢ ܡܚܝ̈ܠܐ .
ܙܩܦܘܗܝ ܘܗܘ ܝܗܒ ܢܦܫܗ . ܘܐܙܕܟܝ ܕܙܟܐ ܗܘܐ .
ܙܟܐ ܗܘܐ ܒܢܣܝܘܢܘ̈ܗܝ . ܘܐܙܕܟܝ ܡܢ
ܛܝܒܘܬܗ ܀

ܙܟܐ ܗܘܐ ܠܣܛܢܐ . ܒܡܕܒܪܐ ܡܢ ܕܣܓܕ[b] ܠܗ .
ܘܐܙܕܟܝ ܡܢ ܣܛܢܐ . ܒܛܘܪܐ ܡܢ ܕܙܩܦ ܠܗ .

amore suo pro malis. O mira res! condemnarunt illum pro nobis. Qui per ipsum existebant pro suis iniquitatibus crucifixerunt eum.

7. Qui se eis tradiderat ut per necem ejus vitam haberent, sicut agnus in Ægypto in typum Domini sui vivos eos servaverat, occisus fuit et in suo amore salvavit occisores suos.

8. Adamus peccavit et deliquit in paradiso in loco deliciarum, justus ad tribunal, in locum cruciatus pro eo adductus fuit.

9. Ecce venit Bonus ut perficeret justos qui ejus typum gerebant; idem ipse in fine temporum per corpus suum perfecit fratres suos ut essent velut membra sua.

10. Sicut Adam suo corpore occidit vitam, sic, ad ejus exemplum, corpore illius qui omnia perficit perfectionem adepti sunt justi et misericordiam peccatores.

11. Victor descendit ad nos ut vinceretur, non a Satana quem vicit et strangulavit, sed a crucifixoribus. Vicit per justitiam suam, victus est ex misericordia sua.

12. Vicit Fortem, et victus est ab infirmis. Crucifixerunt illum, et ille sua sponte se tradidit. Victus est ut vinceret. Vicit per tentationes suas, victus est ex misericordia sua.

13. Vicit in deserto Satanam qui ipsum adoriebatur, et victus est a Satana in monte ubi is eum cruci-

[a] B. ܘܐܬܚܛܝ . — [b] B. ܣܓܕ .

ܟܕ ܡܬܩܛܠ ܩܛܠܗ . ܕܐܦ ܒܣܟܠܘܬܗ
ܢܙܟܝܘܗܝ ܀

ܚܟܡܬܐ ܕܟܠ ܓܡܪܬ . ܛܠܝܐ ܪܓܓܬ . ܗܝ ܫܐܠܬ .
ܥܡ ܠܗܕܝܘܛܐ . ܥܡ ܡܠܦܢܐ ܕܪܫܬ .
ܝܗܒܬ ܠܟܠ ܣܘܟܠܐ . ܙܪܥܐ ܕܫܪܪܐ ܠܟܠ ܦܠܓܬ ܀

ܚܟܡܬܗ ܕܐܠܗܐ . ܢܚܬܬ ܠܘܬ ܣܟܠܐ .
ܚܟܡܬ ܒܡܠܦܢܘܬܗ . ܢܗܪܬ ܒܦܘܫܩܝܗ .
ܠܦܘܪܥܢ ܥܘܕܪܢܗ ܡܚܘ ܦܟܘܗ ܗܘܘ ܀

ܛܒܐ ܠܘܬ ܒܝܫܐ . ܢܚܬ ܗܘܐ ܒܛܝܒܘܬܗ .
ܦܪܥ ܗܘܐ ܕܠܐ ܚܐܒ . ܘܐܬܦܪܥ ܕܠܐ ܐܘܙܦ .
ܐܨܛܥܪܘܗܝ ܒܬܪܬܝܢ . ܕܓܠܙܘܗܝ ܐܦ
ܦܪܥܘܗܝ ܀

ܛܒܐ ܛܥܢ ܘܐܛܥܢ . ܬܕܡܘܪܬܐ ܒܬܪܬܝܗܝܢ .
ܕܟܢ ܐܛܥܢ ܩܘܫܬܐ . ܒܗܠ ܛܥܢ ܗܘ .
ܡܣܟ̈ܢܐ ܛܥܢܘ[a] ܥܘܬܪܗ . ܘܐܛܥܢܘܗܝ
ܚܛܗܝܗܘܢ ܀

ܛܒܐ ܠܨܠܘܒܐ . ܐܚܒ ܒܛܠܝܗܘܢ .
ܕܛܥܢ ܘܒܪܟ ܗܘܐ . ܐܪܙ ܒܟܠܗܘܢ ܚܕ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܡܢܫܩܝܢ ܠܗ ܗܘܘ . ܒܦܘܡܗ ܕܓܢܒܐ ܀

ܛܥܝܘ ܕܗܘ ܥܡܐ . ܗܐ ܝܬܒ ܒܣܒܪܐ .
ܘܡܣܟܐ ܠܕܒܚܐ . ܥܘܠܐ ܗܘ ܕܒܬܪ .
ܗܘ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ . ܕܥܘܕ ܢܩܪܒ ܕܒ̈ܚܐ ܀

[a] B. ܛܥܢ.

fixit. Dum occidebatur occidit Satanam, ut suo illius delicto eum vinceret.

14. Sapientia quæ omnia perfecit, pueros allexit, imperitos interrogavit, cum doctoribus disputavit, intelligentiam omnibus dedit, veritatis semen omnibus distribuit.

15. Sapientia Dei descendit inter stultos, doctrina sua eis sensum dedit, explicationibus suis eos illuminavit; ipsi in mercedem auxiliorum ejus genas ei percusserunt.

16. Bonus in bonitate sua ad malos descendit; solvit pretium qui nihil debiti habebat, et retributus fuit qui nihil commodaverat. Injuria eum affecerunt duplici sub respectu, privando scilicet et retribuendo.

17. Bonus portavit et portare fecit : mirum utrumque! portare nos fecit veritatem et portavit ipse nostras iniquitates. Inopes ejus divitias portarunt et sua peccata ei imposuerunt.

18. Bonus crucifixores dilexit in eorum infantibus quos portavit et benedixit. Omnium unum fuit sacramentum. Dum eum oscularentur momorderunt per os furis.

19. O error hujus populi! Ecce sedet in spe et victimas expectat. Scelus est post agnum Dei victimas adhuc offerre.

II.

ܩܠܗ ܕܗܘ ܗܘ ܀

ܝܕܘܥܐ ܗܘ ܕܝܕܥܬܗ ܠܗ ܒܗ . ܛܥܝܢܗ ܘܡܛܫܐ
ܠܗ . ܘܫܐܠ ܠܛܥܝܐ . ܡܫܝܚܐ ܒܪ ܡܢ
ܗܘ . ܕܢܚܘܐ ܐܠܗܘܬܗ . ܗܘܐ ܗܘ ܥܠܘܗܝ
ܫܐܠܐ ܀[a]

ܒܪܝܟܐ ܕܐܬܢܟܣ ܚܠܦܝܢ[b] .

ܝܕܥ ܐܡܪܐ ܕܩܘܫܬܐ . ܕܟܘܡܪܐ ܐܣܠܝܢ ܗܘܘ .
ܘܟܘܡܪܐ ܐܣܬܟܠܘ[c] ܗܘܘ . ܘܠܐ[d] ܡܣܦܩܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ . ܗܘܐ ܗܘ ܠܦܓܪܗ . ܟܘܡܪܐ
ܘܪܒ ܟܘܡܪܐ ܀

ܟܘܡܪܘܗܝ ܕܥܡܐ ܩܛܠܘ . ܠܪܝܫ
ܟܘܡܪܐ . ܟܘܡܪܢ ܗܘܐ ܕܒܚܐ . ܒܕܒܚܗ
ܒܛܠ ܕܒܚܐ . ܘܦܪܣ ܥܘܕܪܢܐ . ܒܟܠ
ܕܘܟܝܢ ܀

ܟܘܡܪܐ ܕܒܥܝܪܐ ܗܘܘ . ܡܩܪܒܝܢ ܕܒܚܐ .
ܢܟܣܝܢ ܗܘܘ ܘܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ . ܕܒܚܐ ܕܒܥܝܪܐ .
ܟܘܡܪܐ ܡܬܩܕܫ ܗܘܐ . ܒܐܡܪܐ ܕܠܐ ܩܕܝܫ ܀

ܠܝܬ ܐܡܪܐ ܕܪܒ ܗܘܐ . ܡܢ ܐܡܪܐ ܫܡܝܢܝܐ .
ܟܘܡܪܐ ܐܪܥܝܐ ܗܘܘ . ܘܐܡܪܐ ܫܡܝܢܐ ܗܘ .
ܗܘܝܘ ܗܘܐ ܠܢܦܫܗ . ܕܒܚܐ ܘܟܘܡܪܐ ܀

ܠܐ ܓܝܪ ܫܘܘ ܟܘܡܪܐ . ܕܛܡܐܐ ܠܡܩܪܒܘ .
ܐܡܪܐ ܕܠܐ ܡܘܡܐ . ܗܘܐ ܒܟܘܡܪܘܬܐ ܕܝܠܗ .

II.

Ejusdem toni.

1. Cognitor ille, qui scientiam suam in se portabat et occultabat, interrogavit errantes : Christus, cujus filius est[1]? Ut manifestaret suam divinitatem ipse de se quæstionem posuit.

Responsorium : Benedictus qui immolatus est pro nobis.

2. Sciens agnus veritatis sacerdotes rejectos et sacrificatores pollutos sibi non sufficere factus est suo corpori sacerdos et sacrificatorum princeps.

3. Sacrificatores populi necarunt principem sacrificatorum. Sacrificator noster victima factus sacrificio suo abolevit victimas et expandit auxilia sua quocumque locorum.

4. Sacerdotes brutis meliores immolabant et offerebant sacrificia brutorum; sacerdos sanctificabatur agno sanctitate destituto.

5. Nullus agnus agno cœlesti major. Quum sacerdotes terrestres essent et agnus cœlestis, ipse sibi fuit victima et sacerdos.

6. Digni quippe non erant sacerdotes polluti offerre agnum im-

[1] *Matth.* XXII, 42.

[a] Citatur in C hoc modo ܝܕܘܥܐ ܗܘ ܕܝܕܥ ܠܗ ܒܗ ܕܐܠܗܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܡܪܝܐ ܘܠܗ . — [b] Cod. B. ܚܠܦܝܢ . — [c] Cod. C. ܐܣܬܟܠܘ — [d] C. ܕܠܐ .

maculatum, victimam pacificam, quæ cœlo et terræ pacem afferebat sanguine suo omnia pacificante.

7. Panem fregit manibus suis in sacramentum sacrificii corporis sui; calicem miscuit in sacramentum oblationis sanguinis sui. Ipse sibi sacrificium obtulit sacerdos propitiationis nostræ.

8 Induit sacerdotium Melchisedech ipsius figuræ. Is victimas non præstitit, sed panem et vinum obtulit. Abolitum est antiquum sacerdotium, non supersunt libamina.

9. Regem de domo David indecore tractarunt milites ejus. Insanientes eum ut insanientem habuerunt. Dum eum abjecerunt ostenderunt se insanire et errare qui regem suum sic indecore tractarent.

10. Regnum David filium David desideravit. Vidit eum et lætatum est atque obmutuit Sion. Vidit eum et contristatum est a pulchritudine omnia exhilarante.

11. Populus prophetam vocavit prophetiæ Dominum. Honor eorum contumelia est. Rursus eum ut insanientem tractarunt. Honor eorum alapa fuit et gravis blasphemia.

12. Si esset propheta socius esset prophetarum et de alio ipso excellentiore innueret; Dominus autem est prophetarum et servi ejus de ipso clamant.

13. Expectata spes advenit populo. Populus spem abjecit et illam inter gentes projecit. Ipse

a — B. C. [illegible]. b C. [illegible]. — c B. C. [illegible].

ܒܥܡܡ̈ܐ ܪܗܛܘ ܠܣܒܪܗܘܢ. ܠܣܒܪܐ ܕܣܚܦܗ
ܗܘ ܡܢܗ ❖
ܣܒܪܐ ܕܣܟܝܘ ܠܗ. ܢܒܝ̈ܐ ܕܢܚܙܘܢܝܗ.
ܗܢܘ ܕܠܐ ܢܨܥܪܘܢ. ܦܘܫܝ̈ܐ ܥܠ ܕܚܙܐܘܗܝ.
ܪܗܛܘ ܒܗ ܦܘܫܝ̈ܐ ܕܠܡܢ. ܐܬܐ ܗܘܐ ܒܝܘܡܝܗܘܢ ❖

ܡܛܠܗ ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܗܢ. ܐܬܐ ܗܘܐ ܒܝܘܡܝܗܘܢ.
ܕܐܢ ܢܩܒܠܘܢܝܗ ܢܚܘܢ. ܘܐܢ ܢܣܠܘܢܝܗ ܢܗܘܐ.
ܝܕܝܥ ܟܡܐ ܦܩܝܢ: ܕܒܣܠܝܗܘܢ ܢܘܗܪܗ ❖
ܥܣܩܐ ܗܘ ܠܥܘܠܐ. ܕܢܕܥ ܕܥܘܠܐ ܗܘ:
ܕܠܐ ܪܓܫ ܒܒܝܫܘܬܗ. ܟܕ ܠܐ ܥܘܠ . . .
ܒܥܘܠܗ ܕܥܘܠܘܬܗ. ܪܝܚ ܥܘܠܐ ܕܒܝܫܘܬܗ.

absque spe fuit, gentes vero accurrentes induxerunt spem quam ille exuerat.

14. Quam spem videndam prophetæ expectaverant, hanc ut conviciis afficerent festinavisse insanientes qui eam viderant quis non obstupesceret? Ut quid venerat in diebus eorum?

15. Idcirco venit in diebus eorum ut, si eam acciperent, vitam haberent; si vero eam rejicerent notum fieret quantum insanirent suum rejiciendo lumen.

16. Difficile est prævaricatori agnoscere se prævaricatorem esse. Qui suam malitiam non sentit... quando nondum prævaricatus est; in sua enim prævaricatione discernit odorem nequitiæ.

III.

ܥܠ ܩܠܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܢܥܒܕ ܒܢܝܣܢ ܢܥܒܕ ❖

Tono : Congregati faciamus in mense Nisan [1].

ܗܐ ܦܨܚܐ ܒܡܨܪܝܢ ܐܡܪܐ ܢܟܝܣܐ.
ܘܒܨܗܝܘܢ ܐܡܪܐ ܫܪܝܪܐ ❖

1 Ecce agnus paschatis occisus in Ægypto, et mactatus in Sion agnus verus.

ܥܘܢܝܬܐ: ܫܘܒܚܐ ܠܒܪܐ ܡܪܐ ܐܪ̈ܙܐ. ܕܫܠܡ
ܟܠ ܐܪ̈ܙܐ ܒܙܩܝܦܘܬܗ ❖

Responsorium : Laus Filio mysteriorum Domino qui omnia mysteria cruce sua complevit.

ܒܬܪ̈ܝܢ ܐܡܪ̈ܝܢ ܢܚܙܐ ܐܚ̈ܐ.
ܐܢ ܫܘܝܢ ܐܘ ܫܚܠܦܝܢ ❖
ܢܬܩܠ ܘܢܚܙܐ ܦܘܪ̈ܫܢܝܗܘܢ.

2. Duos agnos inspiciamus, fratres, videamus an similes sint vel diversi.

3. Pendamus et conferamus

[1] Ex codice 14627, fol. 9, sqq. Unde hymni qui sequuntur descripti sunt. Præmittitur inscriptio ܬܘܒ ܕܦܛܝܪ̈ܐ *iterum de azymis*. Stropha constat duobus versibus novem syllabarum et dividitur in duo hemistichia quinque et quatuor syllabarum.

ܕܗܘ ܐܡܪ ܐܪܙܐ ܘܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܀
ܢܚܙܝܘܗܝ ܠܐܪܙܐ ܐܝܟ ܛܠܠܐ ܂
ܢܚܙܝܘܗܝ ܠܩܘܫܬܐ ܐܝܟ ܨܒܘܬܐ ܀
ܫܡܥܘ ܐܪ̈ܙܐ ܫܦܝ̈ܐ ܥܠ ܗܘ ܦܨܚܐ ܂
ܘܚܕ ܐܟܚܕ ܬܪ̈ܝܨܬܐ ܥܠ ܗܘ ܦܨܚܢ ܀
ܢܦܩ ܗܘܐ ܥܡܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܒܐܡܪ ܦܨܚܐ ܂
ܡܦܩܬܐ ܝܗܒ ܘܠܐ ܡܥܠܬܐ ܀
ܢܦܩܘ ܥܡ̈ܡܐ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ ܒܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܂
ܡܦܩܬܐ ܠܛܥ̈ܝܐ ܘܠܐ ܡܥܠܬܐ ܀
ܡܝ̈ܬܐ ܢܦܩܘ ܕܫܝܘܠ ܒܐܡܪ ܚܝ̈ܐ ܂
ܡܦܩܬܐ ܠܡܝ̈ܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܀
ܒܡܨܪܝܢ ܪ̈ܫܝܡܝܢ ܗܘܘ ܬܪ̈ܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܂
ܠܫܝܘܠ ܘܠܛܘܥܝܝ ܗܘܐ ܡܚܙܝܬܐ ܀
ܪܥܒܬܗ ܕܡܨܪܝܢ ܒܐܡܪ ܦܨܚܐ ܂
ܝܠܦܬ ܕܬܦܪܘܥ ܕܠܐ ܥܝܕܗ ܀

ܟܦܢܗ ܕܫܝܘܠ ܒܐܡܪ ܚܝ̈ܐ ܂
ܐܬܦܠܛ ܘܦܪܥ ܕܠܐ ܟܝܢܐ ܀
ܛܥܝܘ ܒܠܘܥܬܐ ܒܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܂
ܬܦܬ ܦܠܛܬ ܘܫܕܬ ܠܥܡ̈ܡܐ ܕܚܝܘ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܦܪܥ ܦܪܥܘܢ ܂
ܥܡܐ ܕܐܝܟ ܡܘܬܐ ܓܢܒ ܠܗܘܢ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܚܝ̈ܐ ܦܪܥ ܡܘܬܐ ܂
ܙܕܝ̈ܩܐ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܩܒܪ̈ܝܗܘܢ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܦܪܥ ܣܛܢܐ ܂
ܥܡ̈ܡܐ ܕܐܝܟ ܦܪܥܘܢ ܓܢܒ ܠܗܘܢ ܀
ܒܦܪܥܘܢ ܪ̈ܫܝܡܝܢ ܗܘܘ ܬܪ̈ܝܢ ܛܘܦ̈ܣܐ ܂
ܠܡܘܬܐ ܘܠܣܛܢܐ ܗܘܐ ܡܚܙܝܬܐ ܀

præclara acta agni figuræ et agni veritatis.

4. Consideremus figuram velut umbram et veritatem velut rem ipsam.

5. Audite mysteria sincera de illo paschate et unum simulque duo facinora de nostro paschate.

6. Per agnum paschatis populus ex Ægypto egressus est, non autem in eam ingressus.

7. Per agnum veritatis populi ex errore educti sunt, non vero in errorem inducti.

8. Per agnum vitæ mortui ex inferis velut ex Ægypto educti sunt.

9. In Ægypto figurata sunt duo mysteria, datum est inferis et errori speculum.

10. Aviditas Ægypti in agno paschali didicit contra suam consuetudinem restituere quod sumpserat.

11. Fames inferni propter agnum vitæ evomuit et contra naturam reddidit quod sumpserat.

12. Error vorax propter agnum veritatis evomuit, eructavit, a se projecit populos qui vixerunt.

13. In agno paschatis restituit Pharao populum quem, ut mors, surripuerat.

14. In agno vitæ restituit mors justos qui e sepulchro exierunt.

15. In agno veritatis reddidit Satanas populos quos ut mors surripuerat.

16. In Pharaone expressæ sunt duæ figuræ, morti et Satanæ datum est speculum.

ܐܬܦܬܚܬ ܡܨܪܝܢ ܒܐܡܪ ܦܨܚܐ .
ܘܗܝ ܠܥܒܪ̈ܝܐ ܐܘܪܚܐ ܦܫܛܬ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܐܘܪܚܐ ܕܩܘܫܬܐ .
ܦܢܐ ܣܛܢܐ ܕܣܓܝ ܐܘܪ̈ܚܬܐ ܀
ܗܘ ܐܡܪ ܚܝ̈ܐ ܕܫ ܠܡܒܩܪ̈ܐ .
ܐܘܪܚܐ ܡܢ ܩܒܪܐ ܠܡܝܬܐ ܕܡܝܬ ܀

17. Aperta fuit Ægyptus per agnum paschatis; ipsa viam pandit Hebræis.

18. In agno veritatis viam veritatis restituit Satanas qui multiplices erroris vias excogitaverat.

19. Ille vitæ agnus voce sua viam trivit iis qui in sepulchris jacebant.

IV.

ܡܕܪܫܐ ܒܪ ܩܠܗ .

Ejusdem toni.

ܫܡܥܘ ܛܘܦܣܐ ܓܠܝܐ ܕܒܡܨܪܝܢ .
ܫܡܥܘ ܓܠܝܐ ܘܟܣܝܐ ܕܒܨܗܝܘܢ ܀

1. Audite typum in Ægypto patentem, audite antitypum revelatum et absconditum in Sion.

ܥܘܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܒܪܐ ܕܒܨܠܝܒܗ
ܫܠܡ ܟܠ ܛܘܦܣܝܢ ܕܪܫܡܘ ܥܒܕܘܗܝ ܀

Responsorium : **Laus Filio qui cruce sua omnes figuras complevit quas servi ejus delineaverant.**

ܠܫܝܘܠ ܘܠܛܘܥܝܝ ܐܒܗܬ ܡܪܢ .
ܠܡܘܬܐ ܘܠܣܛܢܐ ܐܟܚܕܐ ܙܟܐ ܀
ܛܘܥܝܝ ܚܒܫ ܒܫܝܘܠ ܡܪܢ .
ܕܒܗ ܒܓܠܝܐ ܐܠܦ ܟܣܝܐ ܀
ܐܝܟܢܐ ܕܒܙܥ ܒܓܠܝܐ ܠܫܝܘܠ .
ܗܟܢܐ ܠܛܘܥܝܝ ܒܙܥ ܒܟܣܝܘܬ ܀
ܐܝܟܢܐ ܕܙܟܐ ܠܡܘܬܐ ܓܠܝܐ .
ܗܟܢ ܒܟܣܝܘܬ ܚܒ ܣܛܢܐ ܀
ܐܬܦܬܚܘ ܩܒܪ̈ܐ ܚܙܘ ܣܓܝ̈ܐܐ .
ܕܚܒ ܕܝܢ ܣܛܢܐ ܠܐ ܚܙܘ ܗܘܘ ܀
ܒܐܝܕܐ ܕܩܪܝܒܐ ܚܘܝ ܠܪܚܝܩܐ .
ܐܝܕܐ ܕܟܣܝܐ ܗܘܬ ܐܦ ܦܢܝܐ ܀

2. Inferos et errorem confusione operuit Dominus noster; mortem et Satanam simul devicit.

3. Errorem in inferis inclusit Dominus noster, ut per illud quod patens erat doceret quod erat occultum.

4. Sicut manifesto disrupit inferos ita occulte disrupit errorem.

5. Sicut manifesto vicit mortem, sic occulte victus est Satanas.

6. Disrupta sepulchra multi viderunt, devictum autem Satanam non viderunt.

7. Per illud quod prope erat manifestavit quod procul abscondebatur.

ܟܕ ܓܝܪ ܗܘ ܡܘܬܐ ܠܚܪܬܐ ܚܙܒ .
ܒܥܪܘܒܬܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܗܘ ܡܚܝܐ ܕܟܠ ܀
ܟܕ ܬܒܘ ܗܘܘ ܥܡܡܐ ܒܗܬ ܗܘܐ ܣܛܢܐ .
ܘܒܥܪܘܒܬܐ ܗܘ ܩܛܠܗ ܠܗܘ ܙܟܐ ܠܟܠ ܀

ܐܬܪܗܒܬ ܡܨܪܝܢ ܒܐܡܪܐ ܦܨܚܐ .
ܐܡܪܐ ܗܘ ܢܟܝܣܐ ܩܛܠ ܠܒܘܟܪܝܗ ܀
ܐܬܪܗܒܬ ܛܘܥܝܝ ܕܚܙܬܗ ܗܘܐ .
ܠܗܘ ܐܡܪܐ ܩܘܫܬܐ ܕܦܪܣܗ ܐܠܘܦܝܗ ܀
ܫܡܥܘܗ ܐܦ ܫܝܘܠ ܘܡܝܬܐ ܠܩܠܗ .
ܠܗܘ ܩܠܐ ܚܝܐ ܕܐܚܝ ܡܝܬܝܗ ܀
ܙܟܐ ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܠܡܨܪܝܢ ܒܠܚܘܕ .
ܙܟܐ ܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܠܛܘܥܝܝ ܘܠܫܝܘܠ ܀
ܒܫܝܘܠ ܚܒܫܗ ܬܡܢ ܠܛܘܥܝܝ .
ܕܢܚܢܘܩ ܠܬܪܝܢ ܕܒܗ ܐܙܕܟܝ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܐܝܠܠ ܦܪܥܘܢ .
ܐܝܟ ܒܟܐ ܒܘܟܪܐ ܕܒܢܘܗܝ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܐܝܠܠ ܒܝܫܐ .
ܕܐܙܕܕܩ ܐܕܡ ܪܫ ܚܛܗܐ ܀
ܒܗܘ ܐܡܪ ܚܝܐ ܐܝܠܠ ܡܘܬܐ .
ܕܐܬܚܝ ܗܒܝܠ ܒܘܟܪܗ ܩܕܡܝܐ ܀
ܠܣܛܢܐ ܚܒܫܗ ܒܡܘܬܐ ܠܚܕܐ .
ܕܚܕ ܠܘܬ ܚܕ ܢܩܥܘܢ ܕܙܟܐ ܐܢܘܢ ܚܕ ܀

ܗܐ ܚܝܠܐ ܦܫܝܛܐ ܒܐܡܪ ܛܘܦܣܐ .
ܘܟܦܝܠܐ ܐܒܝܫܐ ܒܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܀
ܢܒܗܬ ܥܡܐ ܕܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ [ܗܘܘ] .
ܣܓܝ ܡܨܥܝܢ ܕܩܡܘ ܒܡܨܥܬܐ ܀

8. Etsi in fine mors victa fuit, ipsa tamen in parasceve necavit eum qui vitam omnibus præstat.

9. Quando gentes pœnitentiam egerunt confusione suffusus fuit Satan; at in parasceve ipse necavit illum qui omnia vincit.

10. Trepidavit Ægyptus in agno paschatis. Agnus ille occisus occidit primogenitos.

11. Trepidavit error cernens suas fraudes ab agno veritatis patefactas.

12. Audierunt inferi vocem illam quæ mortuos vivificat, et eorum corda scissa sunt.

13. Agnus paschatis vicit dumtaxat Ægyptum; agnus veritatis vicit simul inferos et errorem.

14. Infernum aperuit ibique errorem inclusit ut utrumque necaret qui ab utroque victus fuerat.

15. In agno paschatis ululavit Pharaon, plangens primogenitum filiorum suorum.

16. In agno veritatis ululavit Malus quod justificatus esset Adam, peccatorum origo.

17. In agno vitæ ululavit Mors quod suscitatus esset Abel suus primogenitus.

18. Satanam inclusit in regno Mortis ut Satanas et Mors ad invicem clamarent se ab uno victos esse.

19. Ecce virtutes simplices in agno figuræ, et facinora duplicata in agno veritatis.

20. Erubescat populus quem persuasum non fecerunt tam multi mediatores qui in medio surrexerunt.

ܠܐ ܓܝܪ ܐܦܝܣܘܗܝ ܐܪ̈ܙܐ ܕܦܨܚܗ .
ܕܪ̈ܫܡܝܢ ܘܡܨܝܪܝܢ ܠܐܡܪܐ ܦܨܚܢ ܀

21. Nec enim persuasum eum reddiderunt mysteria paschatis ejus quæ figurabant et præsignabant agnum paschatis nostri.

ܢܒܗܬܘܢ ܗܘܝ̈ ܝܘܠܦܢ̈ܐ ܕܡܢܟܪܝܢ ܠܒܪܐ .
ܕܗܐ ܛܥܝܢ ܢܡܘܣܐ ܟܠܗܝܢ ܨܘܪ̈ܬܗ ܀

22. Erubescant doctrinæ quæ alienant a se Filium; quia ecce Lex portat omnes ejus figuras.

ܗܐ ܛܥܝܢ ܢܒܝ̈ܐ ܐܝܟ ܥܒ̈ܕܐ .
ܨܠܡ̈ܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܡܠܟ ܥܠ ܟܠ ܀

23. Ecce prophetæ, ut famuli, portant imagines Christi qui regnavit super omnes.

ܣܛܘܟܣ̈ܐ ܘܟܬ̈ܒܐ ܛܥܝܢ ܐܟܚܕܐ .
ܐܪ̈ܙܐ ܕܐܢܫܘܬܗ ܘܐܠܗܘܬܗ ܀

24. Elementa et libri simul portant sacramenta humanitatis et divinitatis ejus.

ܢܒܗܬ ܥܡܐ ܕܗܘܝ̈ . . . .
ܕܕܝܬܝܩ̈ܘܗܝ ܠܡܚܙܝܬܐ ܗܘܝ̈ ܠܕܝܬܝܩܝܢ ܀

25. Erubescat populus cujus testamenta speculum facta sunt testamentis nostris.

ܠܟ ܓܝܪ ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܪܐ ܦܨܚܢ .
ܦܨܚܐ ܕܡܨܪܝܢ ܐܟܪܙ ܐܪܙܟ ܀

26. Tibi gloria. Domine, paschatis nostri. Pascha Ægypti prænuntiavit mysterium tuum.

ܠܟ ܗܘܐ ܬܘܕܝܬܐ ܡܪܐ ܕܢܒܝ̈ܐ .
ܕܢܒܝ̈ܐ ܟܠܗܘܢ ܐܨܝܪܘ ܨܘܪܬܟ ܀

27. Tibi laus, Domine prophetarum, prophetæ omnes delinearunt effigiem tuam.

ܠܟ ܬܘܕܝܬܐ ܡܪܐ ܟܝܢ̈ܐ .
ܕܟܝܢܐ ܟܠܗ ܠܟ ܣܓܕ ܀

28. Tibi gratiarum actio, Domine elementorum, quia natura universa te adorat.

V.

ܒܪ ܩܠܗ .

Ejusdem toni.

ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܐܦܩ ܒܕܡܗ ܠܥܡܡ̈ܐ .
ܡܢ ܛܘܥܝܐ ܐܝܟ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܀

1. Agnus Dei sanguine suo eduxit populos ex errore velut ex Ægypto.

ܥܢܝܢܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܗ ܠܒܪܐ ܕܦܪܩܢ ܒܕܡܗ .
ܐܝܟ ܕܦܪܩ ܐܪܙܗ ܠܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ :

Responsorium : Gloria Filio qui sanguine suo liberavit nos, sicut figura ejus liberavit filios Israel.

ܐܡܪ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܬܢܟܣܘ ܗܘܘ .
ܘܒܚܕ ܗܘ ܕܠܗܘܢ ܢܨܚ ܠܡܨܪܝܢ ܀

2. Multi agni mactati fuerunt, hoc uno Ægyptus devicta est.

ܐܡܪ̈ܐ ܒܥܐܕ̈ܐ ܐܬܢܟܣܘ ܗܘܘ .

3. Multi agni in solemnitatibus

ܘܟܒܫ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܚܕ ܛܥܝܐ ܀
ܫܡܘܐܝܠ ܐܣܩܘ (sic) ܗܘܐ ܐܡܪܐ ܚܠܒܐ .
ܕܒܗ ܚܒܘ ܓܢܒܪܐ ܘܦܠܫܬܝܐ ܘܚܝܠܗܘܢ ܀

ܒܐܡܪܐ ܒܪ ܕܘܝܕ ܐܬܟܒܫ ܗܘܐ .
ܒܝܫܐ ܚܣܝܢܐ ܓܠܝܬ ܟܣܝܐ ܀
ܟܗܢܐ ܦܪܣܐ ܫܩܠܘ ܡܢ ܩܘܕܫܐ .
ܘܐܪܓܘܢܐ ܕܟܝܐ ܣܡܘܗ ܥܠܘܗܝ ܀
ܘܐܝܟܐ ܕܥܫܩܘܗܝ ܒܟܣܦ ܪܫܐ .
ܕܗܘܐ ܟܠܐ ܟܠ ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܬܠ ܀
ܗܟܢܐ ܥܫܩܘ ܐܦ ܒܠܒܘܫܐ .
ܘܐܪܓܘܢܐ ܕܥܠܘܗܝ ܢܩܫܘ ܥܠܘܗܝ ܀
ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܡܐ ܠܐ ܡܝܘܬܐ .
ܐܪܓܘܢܐ ܫܕܘ ܗܘܘ ܕܢܫܠܡܘܢܝܗܝ ܀

ܐܪܓܘܢܐ ܝܗܒܘ ܗܘܘ ܡܠܟܝܗ ܕܐܪܥܐ .
ܠܡܩܒܝ ܘܠܫܡܥܘܢ ܗܘ ܪܒܟܘܡܪܐ ܀
ܡܢܗ ܦܣܩܘ ܘܣܡܘ ܥܠ ܒܪ ܡܠܟܐ .
ܘܐܬܢܒܝܘ ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܩܝܦܐ ܀

ܫܩܠܘܗ ܡܠܟܘܬܐ ܠܒܪ ܕܘܝܕ .
ܥܒܕܘܗܝ ܗܘܘ ܡܠܟܐ ܟܕ ܠܐ ܨܒܝܢ ܀
ܕܝܠܗܘܢ ܟܕ ܨܒܝܢ ܠܡܫܩܠ ܡܢܗ .
ܡܠܟܘܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܘܣܦܘ ܗܘܘ ܠܗ ܀
ܕܗܘܝܘ ܡܠܟ ܡܠܟܐ ܘܩܛܪ ܟܠܝܠܐ .
ܡܠܟܘܬܐ ܟܠܗ ܐܬܝܗܒܬ ܒܢܦܫܗ ܀
ܒܗܢܐ ܥܐܕܐ ܐܬܪܣܣ ܗܘܐ ܕܡܗ .
ܕܐܡܪ ܦܨܚܐ ܥܠ ܟܠ ܬܪ̈ܥܝܢ ܀

[1] *I. Reg.* VII, 9.

oblati fuerunt, hoc uno error devictus fuit.

4. Samuel obtulit agnum lactentem [1], quo devicti sunt viri robustissimi omnesque vires Philisthinorum.

5. Agno, Davidis filio, prostratus est Malus fortissimus, occultus Goliath.

6. Sacerdotes velum sanctuarii abstulerunt et immaculatam hanc purpuram imposuerunt ei.

7. Sicut autem calumniati sunt eum de censu, effutientes eum prohibuisse ne quis censum daret [2].

8. Sic calumniati sunt propter vestem purpuream ipsi impositam et contra eum vociferati sunt.

9. Timentes quippe sanguinem immortalem purpuram super eum projecerunt ut eum morti traderent.

10. Purpuram dederant reges terræ Machabæo et Simoni summo sacerdoti.

11. Ex illa purpura pannum tulerunt et imposuerunt super filium regis et prophetaverunt de eo sicut Caiphas.

12. Regnum Davidi tradiderunt, hunc vero, dum nollent, regem fecerunt.

13. Suum ab eo regnum auferre volentes aliud ei regnum addiderunt.

14. Quia ipse est rex regum et nectit coronas, omnis principatus ei tributus est.

15. In hoc festo aspersus fuerat sanguis agni paschatis super omnes postes.

[2] *Luc.* XXII, 2.

ܒܗܢܐ ܥܐܕܐ ܐܬܚܠܛ ܗܘܐ ܕܡܗ :
ܕܐܡܪ ܫܪܪܐ ܒܓܘ ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ ܀

16. In hoc festo immixtus fuit sanguis agni veri in venis discipulorum.

ܒܗܢܐ ܥܐܕܐ ܙܒܢܐ ܝܗܒ ܗܘܐ .
ܠܗܘ ܥܡܐ ܦܘܪܩܢ ܙܒܢܐ ܀

17. In hoc festo olim dedit populo liberationem temporalem.

ܒܗܢܐ ܥܐܕܐ ܛܥܝܘܬܐ ܐܬܛܪܕܬ .
ܒܗܘ ܐܡܪ: ܫܪܪܐ ܕܐܠܦ ܫܪܪܐ ܀

18. In hoc festo fugatus est error per agnum veritatis qui veritatem docuit.

ܗܘ ܐܡܪܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܐܬܚܠܦ ܠܗ .
ܕܐܬܐ ܫܘܠܡܐ ܘܫܠܡܘ ܐܪ̈ܙܐ ܀

19. Agnus figurativus et vices gerens quando venit finis et cessarunt figuræ,

ܫܪܪܗ ܠܐ ܦܣܩ ܕܐܡܪ ܫܪܪܐ .
ܡܢܘ ܪܒ ܡܢܗ ܕܒܗ ܢܬܚܠܦ ܀

20. Veritatem non abstulit agni veri. Quis major est agno vero ut illi substituatur?

ܐܝܢܘ ܓܝܪ ܐܡܪܐ ܕܡܨܐ ܡܣܦܩ .
ܠܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܦܣܩ ܐܪ̈ܙܐ ܀

21. Quis enim agnus potuit evacuare agnum Dei qui figuras abolevit?

ܠܘܬ ܗܘ ܫܘܡܠܝܐ ܘܠܒܫ ܐܢܘܢ .
ܐܪ̈ܙܐ ܕܨܝܪ ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܀

22. Aggressus est ille adimpletionem et induit figuras quas paraverat ei Spiritus sanctus.

ܗܐ ܐܪܙܐ ܒܡܨܪܝܢ ܫܪܪܐ ܒܥܕܬܐ .
ܚܬܡ ܦܘܪܥܢܐ ܒܓܘ ܡܠܟܘܬܐ ܀

23. Ecce figura in Ægypto, veritas in Ecclesia, obsignatio retributionis in regno cœlesti.

VI.

ܒܪ ܩܠܗ .

Ejusdem toni.

ܒܝܬ ܐܡܪܐ ܠܐܡܪܐ ܩܡܘ ܬܠܡܝ̈ܕܐ .
ܐܟܠܘ ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܘܐܡܪ ܫܪܪܐ ܀

1. Inter agnum et agnum steterunt discipuli. Manducaverunt agnum paschalem et agnum verum.

ܥܘܢܝܬܐ : ܠܟ ܫܒܚܐ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ :
ܕܒܕܡܟ ܐܦܪܩܬ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܀

Responsorium : Tibi gloria, rex Messia, qui sanguine tuo sanctam salvasti Ecclesiam.

ܫܠܝ̈ܚܐ ܡܨܥܝܐ ܩܡܘ ܒܝܬ ܐܪܙܐ ܠܫܪܪܐ .
ܚܙܘ ܕܦܣܝܩ ܐܪܙܐ ܘܐܬܐ ܫܪܪܐ ܀

2. Apostoli medii steterunt inter figuram et veritatem. Viderunt abscissam figuram et adductam veritatem.

ܛܘܒܝܗܘܢ ܕܩܢܘ ܗܘܐ ܫܘܠܡܗ ܕܐܪܙܐ .
ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ ܫܘܪܝ ܩܘܫܬܐ ܀

ܐܟܠ ܡܪܢ ܦܨܚܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ .
ܒܗܘ ܠܚܡܐ ܕܩܨܐ ܒܛܠ ܦܛܝܪܐ ܀
ܠܚܡܗ ܕܚܝܐ ܟܠ ܐܚܝ ܠܥܡܡܐ .
ܚܠܦ ܗܘ ܦܛܝܪܐ ܕܡܝܬܘ ܐܟܘܠܝܗܘܢ ܀

ܝܗܒܬ ܠܢ ܥܕܬܐ ܠܚܡܐ ܚܝܐ .
ܚܠܦ ܗܘ ܦܛܝܪܐ ܕܝܗܒܬ ܡܨܪܝܢ ܀
ܝܗܒܬ ܠܢ ܡܪܝܡ ܠܚܡܐ ܚܝܐ .
ܚܠܦ ܠܚܡܐ ܕܠܐܐ ܕܝܗܒܬ ܚܘܐ ܀
ܗܘܐ ܗܒܝܠ ܐܡܪܐ ܘܩܪܒ ܐܡܪܐ .
ܡܢܘ ܚܙܐ ܕܩܪܒ ܐܡܪܐ ܠܐܡܪܐ ܀
ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܠܐܡܪܐ ܐܟܠ ܗܘܐ .
ܡܢܘ ܚܙܐ ܕܐܟܠ ܐܡܪܐ ܠܐܡܪܐ ܀
ܐܟܠ ܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ܠܐܡܪ ܦܨܚܐ .
ܘܗܐ ܐܪܙܐ ܥܠ ܗܘܐ ܠܟܪܣܗ ܩܘܫܬܐ ܀
ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܛܘܦܣܐ ܒܩܘܕܫ ܩܘܕܫܐ .
ܣܟܝܢ ܗܘܘ ܘܡܣܟܝܢ ܠܗܘ ܕܡܡܠܐ ܟܠ ܀
ܚܙܐܘܗܝ ܕܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܠܐܡܪ ܩܘܫܬܐ .
ܦܬܚܘ ܬܪ̈ܥܐ ܘܢܦܩܘ ܠܐܘܪܥܗ ܀
ܟܠܗܘܢ ܐܬܚܠܛܘ ܒܗ ܟܠ ܒܗ .
ܕܟܠܗܘܢ ܥܠ ܒܗ ܒܟܠܕܘܟ ܐܟܪܙܘ ܀
ܒܗ ܓܝܪ ܐܫܬܡܠܝܘ ܐܪ̈ܙܐ ܘܛܘ̈ܦܣܐ .
ܐܝܟ ܕܐܦ ܗܘ ܢܚܬܘܡ ܕܗܘܐ ܡܫܠܡ ܟܠ ܀

3. Beati qui habuerunt et finem figuræ et initium veritatis.

4. Manducavit Dominus pascha cum discipulis suis; pane quem fregit azyma abolevit.

5. Panis ejus omnia vivificans vivificavit populos; locum tenet azymorum quæ qui comedebant moriebantur.

6. Dedit nobis Ecclesia panem vivum loco illorum azymorum quæ dederat Ægyptus.

7. Dedit nobis Maria panem vitæ pro pane lassitudinis quem dedit Eva.

8. Abel agnus fuit et agnum obtulit. Quis vidit unquam agnum offerentem agnum?

9. Agnus Dei agnum manducavit. Quis vidit unquam agnum comedentem agnum?

10. Agnus veritatis manducavit agnum paschatis. Figura ventrem ingressa est veritatis.

11. Omnes figuræ in sancto sanctorum commorabantur expectantes illum qui omnia complet.

12. Viderunt figuræ agnum veritatis, aperuerunt portas templi et exierunt in occursum ejus.

13. Omnes figuræ in eo insertæ sunt atque habitarunt, quia omnes de eo ubique prædicarunt.

14. In eo quippe completa sunt sacramenta et figuræ, ita ut ipse sigillum apposuerit qui omnia complet[1].

. . . .

[1] Quæ sequuntur desunt usque ad hymnum decimum tertium.

XIII.

ܒܪ ܩܠܗ .

ܬܘ ܢܥܒܕ ܐܚܝ ܒܝܪܚ ܢܝܣܢ .
ܚܓܐ ܕܦܨܚܗ ܕܐܡܪ ܩܘܫܬܐ ❖

ܥܘܢܝܬܐ : ܟܢܫܢ ܢܗܕܪ ܠܗ ܠܐܡܪ ܦܨܚܐ
ܕܒܢܝܣܢ ܢܟܣܘܗܝ ܕܐܒܐ ܒܥܠܐ :

ܐܣܝܪ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܚܢܢ ܘܟܣܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܚܝܠܐ ܕܫܪܐ ܗܘܐ ܒܓܘ ܐܬܘܢܐ ❖

ܫܬܝܩ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܕܝܢܐ ܘܟܣܝܐ ܗܘܬ ܒܗ .
ܚܟܡܬܐ ܕܒܦܬܓܡܝܗ ܠܟܠ ܙܟܝܐ ❖
ܫܬܩ ܗܘܐ ܒܓܘ ܥܡܐ ܗܘ ܕܩܠܗ .
ܕܚܠܗ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܒܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ❖
ܐܚܝܕܝܢ ܠܗ ܘܐܙܠܝܢ ܘܫܠܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܚܝܠܐ ܗܘ ܕܐܚܝܕ ܟܠ ܒܪܝܬܐ ❖
ܢܫܩܗ ܗܘܐ ܝܗܘܕܐ ܘܫܠܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܣܟܪ ܦܘܡܐ ܕܐܘܥܕ ܠܫܐܕܐ ܩܠܐ ❖

ܫܐܠܗ ܗܪܘܕܣ ܘܒܣܪܗ ܘܫܬܩ .
ܡܢ ܗܘ ܗܘ ܫܪܝܢ ܗܘܘ ܟܠ ܠܫܢ̈ܐ ❖
ܪܟܝܒ ܗܘܐ ܥܠ ܨܠܝܒܐ ܡܢ ܕܒܟܣܝܘܬܐ .
ܪܟܝܒ ܗܘܐ ܡܪܟܒܬܐ ܗܘ ܕܟܪ̈ܘܒܐ ❖

XIII.

Ejusdem toni [1].

1. Venite, fratres, celebremus in mense Nisan solemnia gesta agni veritatis.

Responsorium : **Cœtus noster celebret agnum paschalem quem lupi voraces necarunt in mense Nisan.**

2. Ligatus erat in domo Annæ [2] et occultabatur in eo virtus, quæ solverat (tres pueros) in medio fornacis [3].

3. Silebat in judicio et occultabatur in eo sapientia suis oraculis omnium victrix.

4. Silebat in medio populi ille cujus vox terrebat populum in monte Sina.

5. Ibant tenentes eum, quiescebat autem in eo virtus quæ sustinet omnes creaturas.

6. Osculatus est eum Judas [4], ipse autem tranquillus remansit osque clausum tenuit qui a dæmonibus clamores excierat [5].

7. Interrogavit eum Herodes atque despexit [6]; tacuit autem ille a quo linguæ solvuntur.

8. Vehebatur in cruce ille qui occulte vehitur in curru cherubim.

[1] Tonus idem est ac ille hymni tertii. Stropha nempe duos versus habet novem syllabarum. Unde conjicere licet hymnos qui desunt eodem metro compositos fuisse.

[2] *Joan.* XVIII, 13.

[3] *Dan.* III, 92.

[4] *Matth.* XXVI, 49.

[5] *Luc.* IV, 42.

[6] *Luc.* XXIII, 11.

ܡܪܪܐ ܝܗܒܘ ܗܘܘ ܠܗ ܗܘ ܟܣܝܐ ܒܗ .
ܚܠܝܐ ܕܒܗ ܗܘ ܚܠܝܢ ܡܪ̈ܝܪܐ ܀
ܨܗܝ ܘܫܐܠ ܡ̈ܝܐ ܘܟܣܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܗܘ ܡܒܘܥܐ ܚ̈ܝܐ ܕܠܟܠ ܚܝܐ ܀
ܐܫܝܓ ܦܝܠܛܘܣ ܘܕܟܝ ܐܝ̈ܕܘܗܝ .
ܕܢܚܝܒ ܥܡܐ ܕܛܢܦ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܀
ܛܝܢܐ ܕܪܩ ܥܒܕ ܦܬܚ ܣܡܝܐ .
ܕܢܬܟܬܫ ܥܡܐ ܕܒܣܐ ܒܗ ܀
ܡܬܪܩ ܗܘܐ ܪܘܩܐ ܡܪܐ ܟܠ .
ܕܒܚܙܘܗ ܣܪ̈ܦܐ ܠܐ ܡܨܐ ܡܨܝ ܀
ܟܪ̈ܘܒܐ ܘܣܪ̈ܦܐ ܡܢ ܡܬܚܣܕ .
ܟܣܝܘ ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܕܕܚܠܘ ܠܡܚܙܐ ܀

ܡܢ ܕܒܙܚܘ ܗܘܘ ܒܗ ܙܥ ܡܝܟܐܝܠ .
ܬܡܗ ܘܬܘܗ ܘܬܘܗ ܐܦ ܓܒܪܐܝܠ ܀
ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܬܟܣܝܬܐ ܠܗ ܠܒܪܝܬܐ .
ܘܠܡܟܣܐ ܐܦ̈ܝܗ ܐܝܟ ܕܒܣܕܝܢܐ ܀
ܚܫܘܟܐ ܦܪܣܬ ܐܝܟ ܫܡ ܘܝܦܬ .
ܕܠܐ ܬܚܙܐ ܨܥܪܗ ܕܡܪܗ ܢܟܦܐ ܀

ܡܢ ܕܪܡ ܩܠܐ ܗܘܐ ܪܘܚܐ ܠܗܝܟܠܐ .
ܩܠܗ ܒܗ ܩܘܕܫܐ ܥܡܝܩ ܪܥܡ ܀
ܡܢ ܫܡܥܬ ܕܐܪܟܢ ܪܫܗ ܩܒܠ .
ܬܪ̈ܥܐ ܐܬܦܠܓ ܬܪܥܐ ܐܝܟ ܕܒܙܘܥܐ ܀

ܒܪܝܬܐ ܐܠܒܫܬ ܚܫܐ ܕܐܒܠܐ .
ܘܟܣܬ ܚܫܘܟܐ ܥܠ ܒܪ ܡܪܗ ܀

9. Mirrham dederunt ei[1], qui absconditam possidet dulcedinem qua amara dulcia fiunt.

10. Sitivit[2] et aquam petiit, dum recondebatur in eo fons vitæ omnibus vitam præstans.

11. Lavit Pilatus manus[3], easque mundavit, sic damnans populum qui inquinaverat manus suas.

12. Luto e sputo facto aperuit oculos cæci[4], ut argueretur populus qui eum despiciebat.

13. Consputus fuit Dominus omnium quem intueri Seraphim non audent.

14. Dum opprobriis operiebatur. Cherubim et Seraphim occultarunt facies suas non audentes aspicere.

15. Quum illuderent ei tremuit Michael, admiratione stuporeque captus est Gabriel.

16. Creatura, quum non haberet velamen ad faciem suam velandam,

17. Tenebras velut velum sparsit, ut Sem et Japhet pallium extenderant[5], ut non videret probra Domini sui purissimi.

18. Quum clamando emisit spiritum, repercuta voce personuit templum.

19. Quum auditum est ipsum cum clamore caput inclinasse, portæ templi scissæ sunt, velut ac si terræ motu percussæ fuissent.

20. Creatura vestes luctus induit et tenebris se obvolvit propter Dominum suum.

[1] *Matth.* XXVII, 34.
[2] *Joan.* XIX, 28.
[3] *Matth.* XXVII, 24.
[4] *Joan.* IX, 6.
[5] *Gen.* IX, 23.

Syriac	Latin
ܦܪܣܬܐ ܕܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܐܝܟ ܠܒܘܫܗ . ܪܙܐ ܐܦܬܚ ܬܪܥܐ ܡܛܠ ܚܒܝܒܗ ✣	21. Velum sanctuarii velut pallium scissum est et ingressum aperuit propter dilectum.
ܒܪܝܬܐ ܫܐܠܬ ܗܘܬ ܢܚܬܐ ܕܐܒܠܐ . ܦܪܣܬ ܥܠ ܪܫܗ ܘܟܣܬ ܐܦܝܗ ✣	22. Creatura petiit vestes luctus, et capite inclinato, illis se obvolvit,
ܕܬܒܗܬ ܒܪܬ ܨܗܝܘܢ ܕܓܠܐ ܪܫܗ . ܘܐܝܕܝܗ̈ ܡܚܫܟܢ ܒܕܡ ܝܪܬܐ ܟܠܗ ✣	23. Ut erubesceret filia Sion caput gerens nudatum et manus sanguine hæredis pollutas.
ܫܡܝܐ ܕܐܬܦܨܚܘ ܗܘܘ ܒܗ ܒܥܡܕܗ ܗܘܐ . ܐܬܥܪܦܠܘ ܘܐܬܚܫܟܘ ܗܘܘ ܒܗ ܒܚܫܗ ܗܘܐ ✣	24. Cœli, qui lætitia affecti fuerant in Christi baptismo, in ejus passione caligine et tenebris operti fuerunt.
ܗܘ ܛܫܐ ܫܘܒܚܗ ܕܢܫܟܚ ܐܝܟܢ . ܨܥܪܐ ܕܢܬܩܪܒ ܠܗ ܠܡܣܓܕ ܡܢ ܟܠ ✣	25. Occultavit gloriam suam ut posset opprobrium ad venerandissimum omnium Dominum accedere.
ܝܡܐ ܕܣܘܦ ܕܚܙܝܗ ܚܪܒ ܡܢ ܫܥܬܗ . ܘܐܝܟܢ ܡܨܐ ܗܘܐ ܪܘܩܐ ܠܐܦܘܗܝ ✣	26. Mare rubrum ejus aspectu illico siccatum est. Quomodo ad ejus faciem sputum accedere potuit?
ܩܐܡ ܗܘܐ ܒܕܝܢܐ ܘܟܣܐ ܗܘܐ ܒܗ . ܕܝܢܐ ܗܘ ܪܒܐ ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ✣	27. Stabat in judicio ille in quo abscondebatur magnum illud judicium quod futurum est.
ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܟܠܝܠܐ ܕܟܘ̈ܒܐ ܒܝܢ ܙܩܘ̈ܦܐ . ܗܘ ܕܐܬܐ ܒܫܘܒܚܐ ܥܡ ܡܠܐܟ̈ܐ ✣	28. Gestabat coronam spineam inter crucifixores qui veniet in gloria cum angelis.
ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܟܠܝܠܐ ܕܟܘ̈ܒܐ ܘܟܣܐ ܗܘܐ ܒܗ . ܚܝܠܐ ܡܬܩܢ ܟܠ ܐܦ ܫܪܐ ܟܠ ✣	29. Gestabat coronam spineam et in eo recondita erat virtus quæ omnia constituere et dissolvere potest.
ܫܕܐ ܗܘܐ ܒܩܒܪܐ ܘܫܠܐ ܗܘܐ ܒܗ . ܩܠܐ ܕܨܪܐ ܫܘܥܐ ܩܫܝ̈ܐ ✣	30. Projectus erat in sepulchro, ibique silebat cujus vox saxa durissima scindit.
ܣܝܡ ܗܘܐ ܫܟܒ ܘܟܣܐ ܗܘܐ ܒܗ . ܚܝܠܐ ܕܒܩܒܪܐ ܐܚܝ ܓܪ̈ܡܐ ✣	31. Conditus jacebat, et in eo abscondita erat virtus ossa in tumulo vivificans.
ܟܪܝܟ ܐܝܟ ܡܝܬܐ ܘܩܠܐ ܩܠܐ . ܕܩܪܐ ܠܠܥܙܪ ܕܟܪܝܟ ܗܘܐ ✣	32. Involutus ut cadaver voce præditus erat qua Lazarum institis ligatum suscitavit.

XIV.

ܥܠ ܩܠ: ܡܠܟܐ :

ܐܢܬܬܐ ܒܡܟܠܬܐ ܢܫܩܬ ܠܪܓܠܘܗܝ .
ܟܕ ܗܘ ܡܪܗ ܗܘܐ ܕܗܝ ܙܢܝܬܐ ✤

ܒܥܘܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܠܡܘܬܐ .
ܕܒܡܘܬܗ ܚܝܐ ܠܒܢܝ̈ܗܘܢ ܕܐܕܡ :

ܚܛܝܬܐ ܩܪܒܬ ܠܡܫܒܩܢܐ ܕܟܠ .
ܕܦܘܡܗ ܙܘܦܐ ܗܘܐ ܡܕܟܐ ܚܛ̈ܗܐ ✤
ܚܝܒܐ ܚܝܒܗ ܗܘܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܗ̇ܝ .
ܟܕ ܒܗ ܟܡܝܢ ܗܘܝ ܟܠ ܝܕ̈ܥܬܐ ✤

ܡܫܚܐ ܠܗ ܗܘܬ ܡܪܝܡ ܟܕ ܠܟܪ̈ܘܒܐ .
ܕܢܩܪܒ ܓܝܪ ܪܝܫܗ ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗ ✤
ܫܒܩ ܗܘܐ ܕܥܠ ܚܕܝܗ ܢܬܟܐ ܝܘܚܢܢ .
ܕܢܪܒܐ ܠܬܚܬܝ̈ܐ ܩܕܡ ܥܠܝ̈ܐ ✤
ܗܢܐ ܕܪܚܝܡܐ ܐܚܘܝ ܗܘܐ ܐܝܢܐ .
ܟܕ ܕܟܐ ܗܘܐ ܘܩܕܝܫ ܐܝܟ ܝܘܚܢܢ ✤
ܗܢܐ ܕܪܚܝܡܐ ܬܘܒ ܐܚܘܝ .
ܒܬܘ̈ܠܐ ܕܩܕܝܫܝܢ ܐܝܟ ܝܘܚܢܢ ✤
ܒܚܕ ܚܒܝܒ ܕܐܬܚܒܒ ܝܗܒ ܪܗܒܘܢܐ .
ܕܢܚܒ ܕܢܚܒܒ ܠܟܠ ܩܕܝ̈ܫܐ ✤
ܢܩܦ ܒܗ̇ ܡܣܟܢܘܬܐ ܒܛܘܒܢܝܬܐ .
ܒܦܪܘܣ ܡܣܟܢ̈ܐ ܗܘ ܓܢܒܐ ✤

ܫܡܥ ܡܪܢ ܘܐܟܣܝ ܡܢ ܕܢܦܪܣܝܘܗܝ .
ܟܕ ܗܘ ܟܘܪܐ ܗܘܐ ܕܟܠܡܕܡ ܡܒܩܐ ✤

XIV.

Ejusdem toni.

1. Mulier ad mensam osculata est pedes ejus, quamvis ipse esset hujus meretricis Dominus.

Responsorium : Gloria Christo qui ivit ad mortem ut morte sua vivificaret filios Adæ.

2. Peccatrix accessit ad eum qui condonat omnibus, cujus os hyssopus est quæ mundat peccata.

3. Peccator accusabat eum qui omnium scientiam in se repositam habet, quod non noscet hanc mulierem.

4. Maria ungebat eum, dum Cherubim fas non est caput ejus attingere.

5. Permisit ut Joannes super pectus ejus recumberet ad exaltandos terrenos coram cœlestibus.

6. Hac ratione ostendit diligi hominem qui purus et sanctus est ut Joannes.

7. Hac etiam ratione ostendit diligi homines virginitate sanctos ut Joannem.

8. In uno illo dilecto Joanne arrham dedit se dilecturum omnes sanctos.

9. In beatam mulierem insurrexit fur ille Iscariotes, prætextu quod pauperum causam ipse ageret.

10. Audivit Dominus noster ejus dicteria, sed eum propalare noluit, quamvis ipse sit fornax omnia probans.

ܐܪܙܐ ܕܟܣܐ ܗܘܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ .
ܠܚܒܝܒܗ ܓܠܝܗ̇ ܐܝܟ ܒܣܘܡܐ ܀
ܠܩܕܝܫܘܬܐ ܩܪܒ ܓܝܪ ܒܬܘܠܐ .
ܗܘ ܕܚܘܝ ܕܐܪܐ ܒܬܘܠܘܬܐ ܗܝ ܀

ܨܒܝܥ ܝܗܒ ܠܗ ܠܚܡܐ ܠܓܢܒܐ .
ܗܘ ܕܥܠ ܟܠ ܢܦܫܗ ܟܕ ܠܐ ܐܠܨܗ ܀
ܐܓܪ ܪܘܚܗ ܗܘ ܒܣܝܡܐ .
ܕܢܗܘܐ ܗܘ ܡܚܪܒܐ ܢܟܘܣ ܢܦܫܗ ܀
ܨܒܝܥ ܝܗܒ ܠܗ ܠܚܡܐ ܠܡܝܬܐ ܟܣܝܐ .
ܠܚܡܐ ܗܘܐ ܕܡܥܡܕ ܡܢ ܣܡܐ ܚܝܐ ܀

ܒܪܟ ܚܝܐ ܕܟܠ ܟܠ ܗܘ ܠܡܐܟܘܠܐ .
ܘܗܘܐ ܣܡܐ ܚܝܐ ܩܕܡ ܐܟܘܠܘܗܝ ܀

ܠܚܡܐ ܗܘ ܒܠܥ ܕܡܥܡܕ ܡܢ ܒܘܪܟܬܐ .
ܢܣܒ ܗܘܐ ܠܗ ܚܘܝܐ ܚܢܐ ܕܠܝܛ ܀
ܢܣܒ ܠܚܡܐ ܘܦܪܫ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ .
ܘܗܘ ܦܪܫ ܢܦܫܗ ܟܕ ܠܐ ܕܚܩܘܗܝ ܀
ܠܐ ܦܪܫܗ ܡܪܢ ܕܠܐ ܢܓܕܦ ܐܢܫ .
ܕܐܣܟܪܝܘܛܐ ܐܠܨܗ ܘܠܐ ܨܒܝܢܐ ܀
ܟܕ ܠܐ ܩܪܝܐ ܗܘܐ ܡܪܢ ܢܓܕܗ .
ܟܕ ܕܝܢ ܦܪܫ ܘܢܦܩ ܠܘ ܗܘ ܕܚܩܗ ܀

ܕܓܒܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܓܒܝܗ ܫܦܝܪܐ .
ܕܣܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܐܣܠܝ ܢܦܫܗ ܀
ܟܕ ܕܝܢ ܦܪܫ ܘܢܦܩ ܕܐܒܐ ܟܣܝܐ .
ܡܢ ܓܘ ܡܪܥܝܬܐ ܕܬܪܥܣܪܬܐ ܀

11. Secretum discipulis cœlatum Joanni dilecto suo discipulo revelavit.

12. Discipulus virgo accessit ad sanctitatis auctorem qui ostendit virginitatis sociam esse sanctitatem.

13. Intinctum panem dedit Dominus furi qui se, nemine cogente, prodidit.

14. Longanimum se præstitit suavissimus Dominus ut perniciosus ille seipsum eo argueret.

15. Intinctum panem dedit illi qui occulte mortuus erat, sed panis erat pharmaco vitæ per ablutionem privatus [1].

16. Qui vitam omnibus præstat benedixit hunc cibum, qui pharmacum vitæ effectus est coram edentibus.

17. Sed panem benedictionibus per ablutionem privatum accepit alter iste maledictus serpens.

18. Accepto pane Judas separatus est a discipulis; ipse separavit se; nam illi eum non expulerunt.

19. Non separavit eum Dominus ne blasphemaret quis coacte Iscariotem et non voluntarie egisse.

20. Dominus attraxit eum ad se etsi non vocatum, quando vero se separavit et exiit, non eum expulit.

21. Quod utique elegit eum bonum fuit, quod vero ipse se reprobavit malum fuit.

22. Quum a grege duodecim se separavisset lupus occultus atque e cœnaculo exivisset,

[1] Cfr. supra p. 423, n. 1.

ܩܡ ܐܡܪ ܩܘܫܬܐ . ܘܩܨܐ ܦܓܪܗ .
ܠܥܢ̈ܐ ܕܐܟܠܘ ܗܘܘ ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܀

23. Surrexit agnus veritatis et corpus suum fregit suis ovibus quæ manducaverant agnum paschalem.

ܐܬܚܬܡ ܬܡܢ ܛܘܦܣܐ ܕܪܗܛ .
ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܘܥܕܡܐ ܒܕܪܐ ܠܥܠܝܬܐ ܀

24. Ibi obsignata fuit figura ex Ægypto usque in cœnaculum per generationes transmissa.

XV.

ܒܪ ܩܠܗ .

Ejusdem toni.

ܐܠܗܐ ܕܢܚܬ ܥܠ ܛܘܪ ܣܝܢܝ .
ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܕܝܠܗ ܛܥܢܗ ܠܛܘܪܐ ܀

1. Deus qui descendit super montem Sinaï, propria sua virtute montem sustinebat.

ܥܘܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܗ ܠܒܪܐ ܕܒܕܡܗ ܦܪܩܢ : .
ܐܝܟ ܕܦܪܩ ܐܪܙܗ ܠܒܢܝ ܝܥܩܘܒ ܀

Responsorium : Gloria Filio qui suo nos sanguine liberavit, sicut ejus typus liberavit filios Israel.

ܐܬܦܫܪ ܗܘܐ ܠܗ ܛܘܪܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ .
ܚܝܠܐ ܕܒܪܘܝܗ ܗܘܐ ܣܝܒܪܗ ܀
ܗܘ ܓܝܪ ܠܒܪܘܝܐ ܒܚܝܠܐ ܕܝܠܗ .
ܡܢܗ ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܡܫܡܫܢܝܗ ܀
ܫܡܝܐ ܒܚܝܠܗ ܗܘ ܫܩܠܝܢ ܫܘܒܚܗ .
ܘܗܘ ܛܥܢ ܠܗܘܢ ܘܛܥܝܢܝܢ ܠܗ ܀
ܘܗܘ ܝܗܒ ܚܝܠܐ ܠܟܪ̈ܘܒܐ .
ܛܥܢܬܗ ܡܪܟܒܬܐ ܕܝܗܒ ܠܗ ܚܝܠܐ ܀
ܫܪܐ ܠܗܘܢ ܒܗ ܡܩܕܫܐ ܕܢܬܟܢܫܘܢ .
ܕܐܝܟ ܢܐܬܘܢ ܒܥܝܐ ܠܗ ܀
ܕܠܐ ܓܝܪ ܢܛܥܐ ܠܗ ܗܘ ܒܥܘܝܗ .
ܫܪܐ ܠܗ ܒܗ ܡܩܕܫܐ ܟܕ ܗܘ ܒܟܠ ܗܘ ܀
ܥܢܢܐ ܕܪܟܒ ܒܗ ܡܢܗ ܢܣܒ ܚܝܠܐ .
ܕܒܗ ܢܫܟܚ ܠܡܗܘܐ ܓܢܘܢܗ ܀

2. Liquefactus est mons ante eum, sed virtus creatoris sustinuit eum.

3. Suo enim creatori inserviunt creaturæ per virtutem ipsis ab eo inditam.

4. Cœli per virtutem ejus ipsius gloriam sustinent; ipse eos sustinet et illi eum sustinent.

5. Ipse virtutem dat Cherubim et currus eorum robore ab eo accepta eum portat.

6. Habitavit in sanctuario quia ejus misericordiæ placuit ut congregarentur ibi qui quærunt eum.

7. Ne erraret qui quærit illum domicilium suum fixit in sanctuario quamvis ipse sit ubique.

8. Nubes qua vehitur ab eo virtutem accipit, ut ejus thalamus effici valeat.

ܫܠܝܚܐ ܨܝܪܐ ܥܒܕ ܡܫܡܫܢܘܗܝ .
ܐܘܫܛ ܕܢܨܘܪܘܢ ܨܠܡܐ ܕܐܪ̈ܙܘܗܝ ܀

9. Ipse apostolos pictores effecit eisque præstitit colores quibus depingere possent effigiem mysteriorum suorum.

ܨܝܪܐ ܢܒܝܐ ܒܗ ܗܘ ܨܪܘܗܝ .
ܕܗܘ ܐܠܦ ܐܢܘܢ ܐܝܟܢ ܕܡܐ ܀

10. Prophetæ pictores per ejus illuminationem eum depinxerunt, quia ipse docuit eos cuinam similis esset.

ܒܡܫܡܫܢܘܬܗ ܐܘܫܛܘ ܠܗܘܢ ܫܘܦܪܗ .
ܚܙܘܗܝ ܡܢ ܕܕܡܐ ܒܗ ܠܐܒܘܗܝ ܀

11. Subministravit eis colores quibus depingerent pulchritudinem illius quem Patri similem cernebant.

ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܕܢܣܒܘ ܢܛܪܘ ܗܘܘ ܡܠܟܐ .
ܕܟܘܪܣܝ ܡܠܟܘܬܗ ܥܕ ܐܬܐ ܗܘܐ ܀

12. Potentia ab ipso accepta servarunt reges thronum ejus donec veniret.

ܒܟܗܢܐ ܕܢܣܒܘ ܐܘܫܛܘ ܒܟܗܢܐ .
ܕܢܫܒܩܘܢ ܚܛܗܐ ܒܐܪܙܐ ܕܕܒܚܬܗ ܀

13. Ipse sacerdotibus gratiam dedit qua possent condonare delicta per mysterium sacrificii ejus.

ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܕܢܣܒܘ ܫܩܠܗ ܝܡܐ .
ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܡܣܝܒܪ ܠܚܝܠܗ ܀

14. Virtute ab ipso accepta portavit eum mare[1], quod quidem per se ejus potentiam sustinere non valebat.

ܠܐ ܣܦܩܐ ܒܪܝܬܐ ܕܠܐ ܒܪܘܝܐ .
ܘܐܠܘ ܓܝܪ ܡܣܬܦܩܐ ܠܗ ܫܘܝܐ ܗܘܬ ܠܗ ܀

15. Nihil potest creatura absque creatore; si enim sibi sufficeret æqualis esset ei.

ܠܐ ܡܣܬܦܩ ܠܗ ܟܠ ܠܘܩܒܠ ܡܪܐ ܟܠ .
ܘܐܠܘ ܗܘ ܕܡܣܬܦܩ ܠܗ ܫܘܝܐ ܗܘ ܀

16. Nemo sibi sufficit coram omnium Domino; si quis enim sibi sufficeret æqualis esset ei.

ܣܪܝܩܐ ܗܝ ܒܪܝܬܐ ܩܕܡ ܒܪܘܝܐ .
ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܕܢܣܒܘ ܡܫܬܡܫܐ ܠܗ ܀

17. Inanis est creatura coram creatore; virtute ab ipso præstita inservit ei.

ܩܕܡܘܗܝ ܐܬܦܫܪ ܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ .
ܕܡܕܪܐ ܗܘ ܕܐܝܟܢ ܛܥܢܗ ܨܠܝܒܐ ܀

18. Coram eo liquefactus est mons Sina. Mirum est quomodo crux eum sustinere potuerit.

ܠܐ ܐܫܟܚ ܛܥܢܗ ܛܘܪܐ ܕܟܐܦܐ .
ܐܝܟܢ ܗܘ ܛܥܢܗ ܥܝܠܐ ܕܒܣܪܐ ܀

19. Eum sustinere nequivit saxus durissimus, quomodo sustinuit eum pullus carneus[2].

ܫܡܫܐ ܕܡܢܗܪ ܟܠ ܚܙܐ ܒܗ ܘܥܛܐ .
ܘܐܝܟܢ ܐܦ ܒܗ ܒܚܫܐ ܕܢܚܙܐ ܀

20. Sol, qui omnia illuminat mox ut eum intuitus est, obscuratus est, quomodo potuit populus eum in passione intueri?

[1] *Matth.* XIV, 26.

[2] *Matth.* XXI, 7.

ܐܫܬܐ ܚܙܬܗ ܘܥܪܩܬ ܡܢܗ .
ܘܐܝܟܢܐ ܨܗܝܘܢ ܩܡܬ ܠܐܘܪܥܗ ܀
ܬܬܐ ܕܚܙܬܗ ܝܒܫܬ ܡܢ ܩܠܗ .
ܘܐܝܕܐ ܕܡܚܬܗ ܠܐ ܗܝ ܝܒܫܬ ܀
ܫܐܕܐ ܘܚܙܝܪܐ ܒܝܡܐ ܢܦܠܘ ܗܘܘ .
ܩܝܦܐ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ ܐܝܟܢ ܙܩܦܘܗܝ ܀

ܠܓܝܘܢ ܕܫܐܕܐ ܐܝܠܠ ܩܕܡܘܗܝ .
ܐܝܟܢ ܗܘ ܡܚܝܗܝ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܀

ܐܝܕܐ ܕܝܒܫܬ ܗܘܬ ܒܡܠܬܗ ܦܫܛܬܗ .
ܕܬܬܟܣܣ ܐܝܕܐ ܗܝ ܕܡܚܬܗ ܀
ܝܗܒ ܨܝܕܐ ܠܫܡܥܘܢ ܐܝܟ ܫܡܝܢܐ .
ܫܐܠ ܘܐܟܠ ܡܢܗ ܐܝܟ ܐܪܥܢܐ ܀

ܐܚܝ ܠܠܥܙܪ ܐܝܟ ܐܠܗܐ .
ܘܫܐܠ ܥܠ ܩܒܪܗ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܀
ܐܦܩ ܗܘܐ ܫܐܕܐ ܐܝܟ ܚܢܢ ܟܠ .
ܘܫܐܠ ܥܠ ܛܠܝܐ ܐܝܟ ܝܠܘܦ ܟܠ ܀
ܓܠܐ ܗܘܐ ܠܫܠܝܚܘܗܝ ܥܠ ܟܣܝܬܐ .
ܫܐܠ ܘܝܠܦ ܥܠ ܓܠܝܬܐ ܀
ܓܒܝܗܝ ܗܘܐ ܠܝܗܘܕܐ ܐܝܟ ܠܐ ܝܕܥ .
ܘܐܡܪ ܠܗ ܘܝ ܐܝܟ ܝܕܥ ܟܠ ܀
ܡܪܝܡ ܥܠ ܪܝܫܗ ܡܫܚܐ ܢܣܟܬ .
ܡܘܗܒܬܐ ܕܝܠܗ ܘܩܒܠܬ ܙܒܢܘܗܝ ܀

21. Febris vidit eum et effugit[1], quomodo Sion constitit in occursu ejus?

22. Ficulnea, viso eo, aruit[2], et manus quæ percussit eum non aruit[3].

23. Dæmones et porci in mare præcipites ruerunt[4], Caiphas et socii ejus quomodo potuerunt eum crucifigere?

24. A fortissima dæmonum legione ejulatus elicuit, quomodo servus malus eum percutere potuit?

25. Manus quæ arida fuerat[5] in verbo ejus se extendit, ut accusaret manum quæ percussit eum.

26. Petro piscaturam[6] præbuit Christus tanquam cœlestis, petiit vero ab eo cibum et manducavit tanquam terrenus.

27. Lazarum ad vitam revocavit tanquam Deus, et de sepulchro ejus interrogavit tanquam homo.

28. Expulit dæmonem ut summe misericors, et de puero interrogavit ut omnia edocendus[7].

29. Apostolis occulta revelavit et de manifestis interrogavit ut edoceretur.

30. Elegit Judam veluti si eum non novisset, et væ ei dixit[8] tanquam omniscius.

31. Maria effudit unguentum in caput ejus, et suum munus in se recepit.

[1] *Matth.* VIII, 15.
[2] *Ibid.* XXI, 19.
[3] *Joan.* XVIII, 22.
[4] *Matth.* VIII, 32.
[5] *Luc.* VI, 8.
[6] *Joan.* XXI, 3, sqq.
[7] *Ibid.* V, 52.
[8] *Luc.* XXII, 22.

XVI.

ܠܘܩܒܠ ܒܪ ܩܠܗ .

ܒܟܘܪܐ ܨܒܐ ܘܐܬܚܒܫ ܒܩܒܪܐ ܙܥܘܪܐ .
ܠܐ ܡܨܐ ܠܡܒܛܠ ܗܘܐ ܡܕܡ ܕܨܒܐ ܀

ܥܘܢܝܬܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܒܪܝܐ ܕܟܠ ܕܡܛܠ ܚܘܒܗ :
ܠܙܩܝܦܐ ܫܒܩܗ ܗܘܐ ܚܝܠܗ ܟܠܗ :

ܟܠ ܡܐ ܕܨܒܐ ܠܐ ܐܝܬ ܦܘܪܣܐ .
ܕܢܒܛܠ ܨܒܝܢܗ ܡܢ ܡܐ ܕܨܒܐ ܀
ܗܘ ܓܝܪ ܨܒܐ ܘܗܘܘ ܟܠܐ .
ܡܛܠ ܓܝܪ ܕܨܒܐ ܗܘܝ ܒܪܝܬܐ ܀
ܗܘ ܨܒܐ ܘܐܚܕܗ ܥܘܒܐ ܕܫܝܘܠ .
ܨܒܐ ܬܘܒ ܐܚܕܗ ܥܘܒܗ ܕܡܪܝܡ ܀
ܗܘ ܒܠܥܗ ܡܘܬܐ ܥܠܘܒܐ[2] .
ܒܠܥܗ ܐܦ ܦܠܛܗ ܡܛܠ ܕܨܒܐ ܀
ܚܝܘܗܝ ܛܫܐ ܒܓܘܗ ܕܢܫܟܚ .
ܢܓܕ ܡܘܬܐ ܡܫܬܐ ܕܒܠܥ ܚܝܐ ܀
ܪܝܚܐ ܕܚܝܘܗܝ ܥܒܪ ܒܗ ܒܫܝܘܠ .
ܦܠܛܘܗ ܘܫܕܘܗ ܕܠܐ ܢܣܝܒܪܘܗ ܀

ܗܘ ܨܒܐ ܘܐܚܕܘܗܝ ܐܦ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ .
ܚܝܠܗ ܛܫܐ ܒܗ ܒܓܘܗ ܐܚܝܕܘܗܝ ܀

ܟܕ ܓܝܪ ܐܦܩ ܗܘܐ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܠܗ .
ܠܐܪܥܐ ܢܦܠܘ ܟܠܗܘܢ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܀

[1] *Ps.* 32, 9.

[2] Deficit mensura versus.

XVI.

Ejusdem toni.

1. Primogenitus propria voluntate in sepulchro exiguo inclusus est. Irritum fieri nequit quod voluit.

Responsorium : **Gloria creatori omnium qui propter suum in nos amorem cruci affixit omnipotentiam suam.**

2. Quidquid ipse velit, nulla datur via ut irritum fiat quod voluit.
3. Ipse enim voluit et facta sunt omnia[1]; creaturæ quippe exstiterunt quia voluit.
4. Ipse voluit et inferi eum sinu suo exceperunt; ipse voluit et Maria sinu suo eum excepit.
5. Absorpsit eum avida mors; absorpsit eum et evomuit quia voluit.
6. Vitam suam abscondit ut posset adducere mortem quæ absorberet vitam.
7. Odor vitæ ejus inferos adeo penetravit, ut illi eum non amplius ferentes e sinu suo liberum projicerent.
8. Ipso volente, apprehenderunt eum milites, abscondit in se virtutem suam ut eum apprehendere possent.
9. Emisso enim ejus virtutis flatu, illico qui eum apprehenderant in terram procumbentes prostrati sunt.

ܟܕ ܠܥܠ ܫܕܝܘܗܝ ܡܢ ܪܝܫ ܛܘܪܐ .
ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܢܬܟܬܫ ܗܘܐ ܐܦ ܠܐ ܐܒܐܫ ܀
ܟܕ ܕܝܢ ܫܕܝܘܗܝ ܡܢܗ ܫܘܪ ܐܝܟ .
ܘܐܚܘܝ ܕܡܬܚܛܦܝܢ ܦܓܪܐ ܒܚܪܬܐ ܀
ܥܒܕܗ ܗܘܐ ܠܐܐܪ ܐܝܟ ܡܪܟܒܬܗ .
ܘܗܘܐ ܠܗ ܦܓܪܗ ܐܝܟ ܕܒܘܪܐ ܀
ܠܡܛܝܐ ܓܝܪ ܐܐܪ ܐܝܟ ܡܪܟܒܬܐ .
ܠܟܐܢܐ ܙܕܝܩܐ ܠܐܘܪܥ ܡܪܢ ܀
ܢܚܬܬ ܡܪܟܒܬܐ ܠܘܬ ܐܠܝܐ .
ܛܐܣܐ ܢܚܬܬ ܗܘܬ ܘܠܐ ܕܒܘܪܐ ܀
ܣܘܣܘܬܐ ܡܠܝܠܐ ܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܒܗ .
ܘܗܘܝܢ ܠܗܘܢ ܗܘܐ ܠܗ ܕܒܘܪܐ ܀
ܐܦ ܓܝܪ ܡܪܟܒܬܐ ܗܝ ܕܟܪܘܒܐ .
ܕܒܘܪܗ ܐܝܬܘܬܗ ܡܟܣܝܐ ܒܫܬܩܐ ܀
ܨܒܝܢܗ ܫܠܝܐ ܕܗܘ ܡܟܣܝܐ .
ܡܕܒܪ ܡܪܟܒܬܐ ܥܡ ܒܪܝܬܐ ܀
ܫܠܝܐ ܗܘ ܓܝܪ ܐܦ ܫܬܩܐ ܗܘ ܒܪܝ ܟܠ .
ܒܨܒܝܢܐ ܫܠܝܐ ܡܕܒܪ ܟܠܐ ܀
ܡܬܝܠܕܝܢ ܪܥܡܐ ܡܢ ܫܬܩܗ .
ܘܒܪ̈ܩܐ ܒܪܩܝܢ ܡܢ ܫܠܝܘܬܗ ܀
ܟܕ ܗܘ ܫܠܐ ܘܫܠܝ ܡܙܝܥ ܒܪ̈ܝܬܐ .
ܒܪܡܙܐ ܚܕ ܢܚܝܐ ܡܠܐ ܒܪܝܬܐ ܀

ܘܗܘ ܨܒܐ ܘܥܒܕ ܐܝܟ ܡܐ ܕܨܒܐ .
ܘܗܘ ܬܘܒ ܥܒܕ ܐܝܟ ܡܐ ܕܨܒܐ ܀
ܘܗܘ ܡܚܐ ܠܐܪܥܐ ܒܫܒܛܐ ܕܦܘܡܗ .
ܒܪܘܚܐ ܕܣܦܘܬܗ ܡܘܬܐ ܠܪ̈ܫܝܥܐ ܀

10. Quum projecerunt eum e vertice montis[1] nec contendere voluit nec nocere.

11. E monte projectus statim exsiliit ostendens quomodo corpora rapercntur in fine.

12. Aerem currum suum effecit et corpus suum aurigam ei dedit.

13. Aer enim velut currus justos efferet in occursum Domini.

14. Descendit currus igneus ad Eliam et illico avolans absque auriga ascendit[2].

15. Equi rationales ei alligati sibi auriga erant.

16. Currus enim Cherubinorum auriga est ens in silentio absconditus.

17. Quieta entis absconditi voluntas ducit currum cum creaturis.

18. Quietum enim tenet silentium creator omnium et quieta voluntate gubernat omnia.

19. Nascuntur tonitrua ex ejus silentio et coruscantia fulgura ex ejus quiete.

20. Dum æquo et quieto animo est simul movet creaturas. Unico et tranquillo nutu implet mundum.

21. Ipse voluit et fecit ut voluit. Et iterum fecit ut voluit.

22. Ipse percussit terram virga oris sui[3], spiritu labiorum suorum morti tradidit impios.

[1] *Luc.* IV, 29.
[2] *IV. Reg.* II, 11.
[3] *Is.* XI, 4.

ܢܫܩܗ ܥܘܠܐ ܣܟܪܝܘܛܐ .
ܘܢܦܚܐ ܠܐ ܩܛܠܗ ܗܘܬ ܕܦܘܡܗ ܀
ܬܡܝܗܐ ܗܝ ܕܢܫܩ ܥܘܪܐ ܠܢܘܪܐ .
ܟܠܬ ܢܘܪܐ ܚܡܬܗ ܘܠܐ ܐܢܙܩܬܗ ܀
ܚܘܝܬ ܗܝ ܐܘܪܚܗ̇ ܒܫܝܢܘܬܐ .
ܦܪܣ ܗܘ ܠܢܦܫܗ ܡܨܝܕܘܬܐ ܀
ܐܝܕܘܗܝ ܕܫܩܠ ܗܘܝ ܛܝܡܝ ܡܪܗ .
ܗܢܝܢ ܦܪܣܘ ܗܘܝ ܠܗ ܡܨܝܕܘܬܐ ܀
ܣܦܘܬܗ ܕܢܫܩ ܗܘܐ ܠܓܘܡܪܬܐ ܕܢܘܪܐ .
ܩܪ ܗܘܝ ܣܦܘܬܗ ܐܝܟ ܕܚܢܝܩܐ ܀
ܕܡܠܐ ܣܪܝܩܘܬܐ ܢܦܠ ܟܪܣܗ .
ܐܬܦܪܬܬ ܟܪܣܗ ܡܢ ܪܚܡܬܐ ܀
ܠܚܢܩܗ ܗܘܬ ܒܐܐܪ ܡܨܝܕܘܬܐ .
ܕܐܫܠܡ ܠܡܫܝܚܐ ܕܥܠ ܒܐܐܪ ܀
ܬܠܐ ܗܘܐ ܒܝܬ ܐܪܥܐ ܠܫܡܝܐ .
ܕܐܫܠܡ ܠܐܪܥܝܐ ܘܠܫܡܝܐ ܀
ܐܫܠܡ ܗܘܐ ܠܒܪܐ ܕܫܡܝܐ ܗܘ .
ܩܛܠ ܕܝܢ ܦܓܪܗ ܕܐܪܥܢܐ ܗܘ ܀
ܚܕܝ ܠܗ ܫܡܝܐ ܕܐܫܠܡ ܡܪܗ .
ܐܪܥܐ ܚܕܝ ܠܗ ܕܩܛܠ ܡܠܟܗ ܀
ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܕܝܠܗ ܛܥܢܗ ܩܝܣܐ .
ܘܠܐ ܝܩܕ ܩܝܣܐ ܕܛܥܢ ܢܘܪܐ ܀
ܗܐ ܡܢ ܕܝܠܗ ܠܗ ܝܗܒܘ ܝܘܩܪܐ .
ܗܐ ܡܢ ܒܝܬ ܓܙܗ ܛܥܢܘ ܢܟܣܐ ܀
ܡܢ ܡܘܪܐ ܕܐܒܪܝ ܚܢܛܗ ܝܘܣܦ .
ܒܩܒܪܗ ܗܘ ܩܒܪܘܗܝ ܐܦ ܩܒܘܪܐ ܀

23. Osculatus est eum impius Iscariotes, et sui oris flatu ipse non occidit proditorem, quia noluit[1].

24. Mirum est cæcitatem oscula dedisse igni. Ignis compescuit vehementiam suam ne ei noceret.

25. Ignis proditori demonstravit amicitiam; ipse vero tetendit sibi laqueum.

26. Ipsæ manus, quæ pretium Domini sui acceperant, laqueum tetenderunt.

27. Labia illius oris quod carbonem ignis osculatum erat, friguerunt sicut labia strangulati.

28. Qui vana gloria tumescebat ventrem disruptum habuit propter suam avaritiam.

29. Laqueus suspensum in aere tenebat traditorem Christi qui in aere sublatus est.

30. Pendebat inter cœlum et terram traditor illius qui cœlestis simul et terrestris erat.

31. Tradiderat Filium qui cœlestis est, et occiderat corpus quod terrenum est.

32. Lætatum est cœlum de traditione Domini sui, lætata est terra de cæde regis sui.

33. Crux eum per ipsius virtutem sustinuit, nec combusta est ignem sustinens.

34. Largiti sunt ei quæ ipsius erant, et ex ejus thesauro opes tulerunt.

35. Josephus myrrha ab illo creata condivit eum, et qui eum sepelierunt in monumento quod illius erat posuerunt.

[1] Alludit in hac stropha et sqq. ad *Matth.* XXVI, 49; XXVII, 5; *Act.* I, 18.

XVII.

ܒܪ ܩܠܗ .

ܢܝܣܢ ܕܡܚܕܬ ܟܠ ܥܣܒܝܢ .
ܠܐ ܐܫܟܚ ܚܕܬ ܥܡܐ ܕܥܬܩ ܀

ܥܘܢܝܬܐ : ܒܪܝܟ ܕܐܣܠܝ ܠܥܡܐ ܘܠܦܛܝܪܘܗܝ .
ܕܒܕܡܐ ܝܩܝܪܐ ܛܡܫܝ ܐܝܕܘܗܝ :

ܛܒ ܗܘܐ ܚܠܛ ܥܡܐ ܟܕ ܢܦܩ ܗܘܐ .
ܚܡܝܪܐ ܕܚܢܦܘܬܐ ܥܡ ܦܛܝܪܐ ܀

ܠܐ ܓܝܪ ܫܒܩ ܗܘܐ ܡܘܫܐ ܒܡܨܪܝܢ .
ܕܢܬܚܠܛ ܚܡܝܪܐ ܥܡ ܦܛܝܪܘܗܝ ܀

ܒܗܕܐ ܗܘ ܐܠܦ ܕܠܡܐ ܛܡܪ ܗܘܐ .
ܚܡܝܪܐ ܕܡܨܪܝܐ ܒܓܘ ܪܥܝܢܗ ܀

ܦܛܝܪܐ ܐܪܙܐ ܗܘ ܕܠܚܡܐ ܚܝܐ .
ܐܟܠܘ ܗܘܘ ܥܬܝܩܐ ܐܪܙܐ ܚܕܬܐ ܀

ܓܠܐ ܡܘܫܐ ܐܪܙܐ ܕܡܚܕܬ ܟܠ .
ܝܗܒܗ ܠܪܥܬܢܐ ܕܪܓܝܓ ܗܘܘ ܒܣܪܐ ܀

ܒܣܪܐ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܐܝܩܪ ܐܢܘܢ .
ܘܪܥܝܢܝܗܘܢ ܪܟܢ ܠܪܥܬܢܘܬܐ ܀

ܡܢܐ ܫܡܝܢܐ ܐܟܠܘ ܐܪܥܢܐ .
ܗܘܘ ܥܦܪܐ ܕܐܪܥܐ ܒܚܛܗܝܗܘܢ ܀

ܠܚܡܐ ܪܘܚܢܐ ܐܦܠܐ ܩܠܝܠ .
ܘܦܪܚܘ ܥܡܡܐ ܘܥܡܪܘ ܒܓܘ ܦܪܕܝܣܐ ܀

ܒܗ ܚܕܝܢ ܟܠ ܥܐܠܝܢ ܠܗ ܟܠ ܢܫ .
ܕܥܡ ܐܕܡ ܢܦܩ ܗܘܐ ܟܠܗ ܀

XVII.

Ejusdem toni.

1. Nisan qui renovat omnes herbas non potuit renovare populum antiquatum.

Responsorium : **Benedictus qui rejecit populum et ejus azyma, quia manus ejus sanguine pretiosissimo pollutæ erant.**

2. Populus in suo exitu de Ægypto solerter commiscuerat fermentum idololatriæ cum suis azymis.

3. Neque enim Moyses in Ægypto permiserat ut misceretur fermentum cum suis azymis.

4. Per hoc admonuit ne forte abscondisset fermentum Ægyptiorum in mente sua.

5. Panis azymus figura est panis vitæ. Manducarunt antiqui sacramentum novum.

6. Revelavit Moyses sacramentum omnia renovans, dedit illud gulosis qui concupiverant carnes.

7. Carnes terrenæ gravarunt eos et mentes eorum ad gulositatem inflexerunt.

8. Mannam cœlestem manducarunt homines terreni, terræ pulvis effecti peccatis suis.

9. Panis spiritualis levem reddidit hunc pulverem qui avolavit, sic populi advolarunt in paradisum ibique commorati sunt.

10. In eo omnes ingredientes lætabuntur. Ingredi autem potuerunt omnes, quia omnes cum Adamo egressi sunt.

ܬܡ ܕܐܝܬ ܦܓܪܐ ܐܕܡ ܕܬܪܝܢ .
ܕܠܘܬܗ ܡܬܟܢܫܝܢ ܢܫܪܐ ܓܦܢܐ ❖
ܒܠܚܡܐ ܪܘܚܢܐ ܗܘܐ ܟܠ ܐܢܫ .
ܢܫܪܐ ܕܡܦܪܚܝܢ ܠܦܪܕܝܣܐ ❖
ܡܢ ܕܐܟܠ ܠܚܡܗ ܚܝܐ ܕܒܪܐ .
ܗܘ ܦܪܚ ܠܐܘܪܥܗ ܐܦ ܒܥܢܢܐ ❖
ܟܝܢܗ ܕܦܛܝܪܐ ܐܦ ܝܩܝܪ ܗܘ .
ܪܐܙܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܦܪܚ ܥܡܐ ❖
ܡܢ ܩܘܠܬܐ ܘܩܪܢܐ ܐܟܠ ܐܠܝܐ .
ܙܘܕܐ ܩܠܝܠܐ ܕܦܪܚ ܒܐܐܪ ❖
ܠܐ ܗܘܐ ܒܪܬܐ ܠܥܡܡܐ ܝܗܒܬ ܪܐܙܐ .
ܕܗܘ ܒܪܬܐ ܒܥܡܡܐ ܐܟܠܗ ܐܠܝܐ ❖
ܐܢܘ ܨܘܪ ܠܚܡܗ ܗܟܢ ܐܥܒܪ .
ܟܡܐ ܟܝ ܡܥܒܪ ܗܘ ܠܥܡܡܐ ܠܥܕܢ ❖

11. Illic corpus Adami secundi ad quem congregabuntur aquilæ alatæ.

12 Pane spirituali fiunt cuncti homines aquilæ in paradisum advolantes.

13. Qui manducat panem vivum filii ipse advolabit in occursum ejus etiam in nubibus.

14. Azyma natura sua gravia figura erant populi ad volandum incapacis.

15. Ex hydria et cornu manducavit Elias[1] cibum levem et mysticum quo volavit in aere.

16. Filia Israel non dedit ad filiam gentium sacramentum quod manducavit Elias.

17. Si figura panis ejus sic translulit Eliam, quanto magis ipse panis transferet populos in Eden.

XVIII.

ܟܢ ܡܠܟܘ :

ܥܡܡܐ ܒܦܨܚܐ ܐܟܠܘ ܚܡܝܪܐ .
ܒܡܐܟܠܐ ܥܬܝܩܐ ܚܕܬ ܡܕܥܗܘܢ ❖

ܥܢܝܢܐ : ܐܘܕܘ ܠܗ ܠܒܪܐ ܕܝܗܒ ܠܢ ܦܓܪܗ :
ܚܠܦ ܗܘ ܦܛܝܪܐ ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܠܥܡܐ :

ܠܐ ܐܘܟܠܗ ܙܕܩ ܕܢܚܕܬ ܐܢܫ .
ܠܒܗ ܗܘ ܙܕܩ ܠܡܚܕܬܘ ❖
ܗܐ ܓܝܪ ܒܢܝܣܢ ܪܥܝܐ ܚܕܬܐ ܐܟܠ .

XVIII.

Ejusdem toni.

1. Populi in paschate fermentum comederunt; cibo antiquo mens eorum renovata est.

Responsorium : Gratias agite Filio, qui dedit nobis corpus suum pro illis azymis quæ dedit populo veteri.

2. Non escam renovare debet homo, sed cor.

3. Ecce enim in Nisan pascuum

[1] *IV Reg.* XVII, 16.

ܐܦ ܬܘܪܐ ܕܝܢ ܕܢܩܘܪ ܗܘܐ ܀
ܘܥܡܐ ܕܝܢ ܐܟܠ ܗܘܐ ܦܛܝܪܐ .
ܒܪܘܡܚܐ ܕܩܪܘ ܗܘܐ ܠܒܪܐ ܒܢܝܣܢ ܀
ܒܪܥܝܐ ܬܘܒ ܚܕܬܐ ܥܪܕܐ ܥܫܢ .
ܕܥܫܢ ܐܟܘܬܗ ܥܡܐ ܘܒܥܛ ܀
ܐܢܗܘ ܕܝܢ ܕܐܘܟܠܐ ܚܕܬܐ ܡܘܬܪ .
ܛܒܐ ܗܘ ܒܥܝܪܐ ܡܢ ܗܘ ܥܡܐ ܀
ܐܦ ܛܒܐ ܗܘ ܡܢܗ ܕܒܗ ܐܬܚܣܕ .
ܕܐܦ ܠܐ ܐܝܟܘܬܗ ܝܕܥ ܡܪܗ ܀

ܫܠܚ ܬܘܒ ܚܘܝܐ ܐܦ ܡܬܚܕܬ .
ܟܡܐ ܕܫܠܚ ܡܢ ܒܪ ܡܢ ܠܓܘ ܡܬܒܠܐ ܀
ܗܐ ܡܬܚܕܬ ܥܡܐ ܐܦܝܗ ܕܠܒܪ .
ܘܠܒܗ ܠܓܘ ܠܒܗ ܡܪܝܪ ܡܘܬܐ ܀
ܠܚܘܝܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܢܟܠܗ ܗܘ ܡܬܝܗܒ .
ܕܝܗܒ ܝܗܒ ܠܢ ܦܐܪܐ ܕܡܘܬܐ ܀
ܗܐ ܓܝܪ ܝܗܒ ܠܢ ܡܢ ܦܛܝܪܘܗܝ .
ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܒܢ ܐܝܟ ܣܡܐ ܕܡܘܬܐ ܀
ܐܘ ܥܡܐ ܕܒܠܐ ܕܒܦܛܝܪܐ ܗܘܐ .
ܡܥܒܕ ܚܕܬܐ ܐܝܟ ܕܒܚܡܝܪܐ ܀
ܐܘ ܠܗܘ ܠܦܛܝܪܐ ܕܩܠܝܠ ܩܠܝܠ .
ܢܓܕ ܠܐܟܘܠܘܗܝ ܠܟܦܘܪܐ ܀
ܒܦܛܝܪܐ ܚܕܬܐ ܛܡܪ ܝܗܒ .
ܚܡܝܪܐ ܥܬܝܩܐ ܕܟܦܘܪܘܬܐ ܀
ܐܪܙܐ ܗܘ ܕܒܪܐ ܛܡܪ ܗܘܐ ܡܘܫܐ .
ܒܓܘ ܗܘ ܦܛܝܪܐ ܐܝܟ ܣܡܐ ܕܚܝܐ ܀

novum comedit etiam taurus cornupeta[1].

4. Populus autem dum azyma manducaret lancea transfixit Filium in Nisan.

5. Pascuo novo onager pinguis factus est. Pinguis sicut ille factus est populus Israel, sed calcitravit.

6. Si cibus novus proficuus est, melius est jumentum quam ille populus.

7. Melius est inquam, illo populo a quo convitiis insectatum est, quia non sicut ille cognovit Dominum suum.

8. Exuit serpens pellem et renovatur; quoties exterius exuitur, toties interius veterascit.

9. Ecce populus Israel renovat faciem suam exterius, et cor ejus intus inficitur felle mortis.

10. Similis est quippe antiquo serpenti cujus fraude datus est nobis fructus mortis.

11. Ecce enim nobis offert de azymis suis ut fiant in nobis pharmacum mortis.

12. O populus antiquatus qui azymis velut fermento panes novos mucidos reddit!

13. O azyma quæ suos comestores sensim ad abnegationem trahunt!

14. In novis azymis abscondit et dat antiquum infidelitatis fermentum.

15. Sacramentum Filii absconderat Moyses in azymis tanquam pharmacum vitæ.

[1] Tauro cornupeta et onagro designat gentes, metaphora sumpta ex usu Scripturæ quæ homines feros hisce animalibus comparat, *Gen.* XVI, 12; *Ps.* XXII, 12; LXVIII, 31; *Jer.* IV, 27.

ܐܫܝܓܗ ܠܦܛܝܪܐ ܡܢ ܣܡܐ ܚܝܐ .
ܘܝܗܒܗ ܠܝܗܘܕܐ ܐܝܟ ܣܡܐ ܡܘܬܐ ܀
ܣܡܐ ܡܘܬܐ ܗܟܝܠ ܕܐܣܟܪܝܘܛܐ .
ܫܩܠ ܐܝܢ ܡܢܘ ܕܗܘ ܦܛܝܪܐ ܀

16. Abluit Christus azyma a pharmaco vitæ et dedit ea Judæ tanquam pharmacum mortis[1].

17. Lethale igitur Iscariotæ pharmacum sumit quisquis azymorum populi Israel particeps efficitur.

XIX.

ܩܠܐ ܒܪ ܩܠܗ :

Ejusdem toni.

ܩܡ ܐܡܪܐ ܕܩܘܫܬܐ ܘܩܨܐ ܦܓܪܗ .
ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܐܟܠܘ ܐܡܪܐ ܦܨܚܐ ܀

1. Surrexit agnus veritatis et fregit corpus suum discipulis mundis qui comederant agnum paschatis.

ܡܥܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܒܗ ܦܓܪܗ
ܒܛܠ ܦܛܝܪ ܥܡܐ ܥܡܗ ܕܥܡܐ ܀

Responsorium : **Gloria Christo qui per corpus suum abolevit azyma populi cum ipso populo.**

ܦܨܚܐ ܢܟܣ ܘܐܟܠ ܘܩܨܐ ܦܓܪܗ .
ܐܒܛܠ ܛܠܠܐ ܘܝܗܒ ܩܘܫܬܐ ܀

2. Pascha mactavit et manducavit, deinde fregit corpus suum; umbram abolevit et dedit veritatem.

ܐܟܠ ܗܘܐ ܦܛܝܪܐ ܒܦܛܝܪܐ .
ܦܛܝܪܐ ܕܩܘܫܬܐ ܗܘܐ ܠܗ ܦܓܪܗ ܀
ܐܬܚܬܡ ܠܗ ܐܪܙܐ ܕܗܘܐ .
ܡܢ ܝܘܡܝ ܡܘܫܐ ܠܒܝܬ ܐܫܝܢ ܀
ܥܡܐ ܕܝܢ ܒܝܫܐ ܕܪܓܐ ܡܘܬܢ .
ܨܒܐ ܢܬܠ ܠܢ ܡܘܬܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܀

3. In azymis azymum manducavit. Verus noster panis azymus fuit corpus ejus.

4. Tunc obsignatum est sacramentum a diebus Moysi usque in cœnaculum transmissum.

5. Populus autem malus, qui mortem nostram intendebat, desideravit in cibo mortem nobis præbere.

ܪܓܝܓ ܗܘܐ ܐܝܠܢܐ ܕܚܙܬ ܚܘܐ .
ܘܪ̈ܓܝܓܝ ܐܟܘܬܗ ܐܦ ܦܛܝܪ̈ܐ ܀
ܡܢ ܗܘ ܪܓܝܓܐ ܡܘܬܐ ܓܠܐ .
ܒܦܛܝܪ̈ܐ ܨܠܝܠܐ ܡܘܬܐ ܟܣܝܐ ܀

6. Concupiscibilis erat arbor quam vidit Eva, concupiscibilia pariter azyma.

7. In illa arbore concupiscibili mors manifesta; in azymis nitidis mors occulta.

[1] Cfr. supra p. 423.

ܐܦ ܛܒ ܡܪܝܪ ܗܘܐ ܐܪܝܐ ܡܝܬܐ .
ܚܠܝܘܬܐ ܝܗܒܬ ܡܪܝܪܘܬܗ ܀
ܒܐܪܝܐ ܡܝܬܐ ܕܒܫܐ ܫܦܝܐ .
ܒܦܛܝܪܐ ܚܠܝܐ ܡܪܬܐ ܡܡܝܬܐ ܀
ܐܬܪܓܪܓܘ ܥܝܪܐ ܠܗܘ ܦܛܝܪܐ .
ܕܐܦܬ ܗܘܬ ܣܪܐ ܡܛܠ ܐܪܙܗ ܀
ܥܪܘܩܘ ܐܚܝ ܡܢ ܦܛܝܪܐ .
ܕܛܫܐ ܒܗ ܐܪܙܗ ܕܐܣܟܪܝܘܛܐ ܀
ܐܘܦ ܥܪܘܩܘ ܐܚܝ ܡܢ ܦܛܝܪܐ .
ܕܨܐܢܘܬܐ ܛܫܝܐ ܒܗܘܢ ܒܨܦܝܘܬܗܘܢ ܀
ܡܠܬܐ ܓܝܪ ܗܝ ܕܣܠܝܐ ܕܟܬܒ ܡܘܫܐ .
ܗܐ ܛܫܝܐ ܒܨܦܝܘܬܗܘܢ ܕܗܠܝܢ ܦܛܝܪܐ ܀
ܠܬܘܡܐ ܕܝܢ ܒܨܠܐ ܐܦ ܪܓܝ ܗܘܐ ܥܡܐ .
ܗܢܐ ܗܘ ܠܦܛܝܪܘܗܝ ܒܗ ܒܡܐܟܘܠܬܗ ܀
ܡܢ ܥܘܪܒܐ ܛܡܐܐ ܢܣܒ ܐܠܝܐ .
ܠܚܡܐ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܕܕܟܝܢ ܐܢܘܢ ܀
ܠܐ ܬܣܒܘܢ ܐܚܝ ܗܘ ܦܛܝܪܐ .
ܡܢ ܥܡܐ ܕܐܝܕܘܗܝ ܦܠܝܠܢ ܒܕܡܐ ܀
ܕܠܡܐ ܢܕܒܩ ܒܗ ܒܗܠܝܢ ܦܛܝܪܐ .
ܡܢ ܗܘ ܛܘܠܫܐ ܕܣܝܒܝ ܐܝܕܘܗܝ ܀
ܐܦ ܒܣܪܐ ܕܕܟܐ ܗܘ ܠܐ ܐܢܫ ܐܟܠ .
ܡܢ ܗܘ ܕܕܒܚܐ ܕܡܛܡܐ ܗܘ ܀
ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܛܡܐ ܗܘ ܦܛܝܪܐ .
ܕܠܫܘܗܝ ܐܝܕܝܐ ܕܩܛܠ ܠܒܪܐ ܀
ܐܝܟܐ ܕܢܫܩܠ ܒܗ ܣܘܬܪܐ .
ܒܝܕܐ ܗܝ ܕܡܠܝܐ ܕܡܐ ܚܝܘܬܐ ܀

8. Etsi valde amarus esset leo mortuus, ejus tamen amaritudo dulcedinem præbuit[1].

9. In leone mortuo mel nitidum, in azymis dulcibus fel lethale.

10. Cupiverunt angeli azyma quæ coxerat Sara propter sacramentum Christi[2].

11. Refugite, fratres, ab azymis in quibus latet sacramentum Iscariotæ.

12. Rursus fugite, fratres, ab azymis Israel, quia sub eorum nitiditate latet spurcities.

13. Verbum enim reprobationis quod scripsit Moyses[3], ecce latet sub horum azymorum nitiditate.

14. Allia et porro cupivit populus; hoc suo cibo fœtere fecit azyma.

15. Ab immundis corvis accepit Elias panem, quia sciebat eos esse puros[4].

16. Ne accipiatis, fratres, azyma a populo, cujus manus sanguine pollutæ sunt.

17. Ne hisce azymis adhæreat aliquid ex pollutione, qua inquinatæ sunt manus ejus.

18. Etsi caro pura sit, nemo tamen comedit ex immolato, quia pollutum est.

19. Quanto magis immunda sunt azyma, quæ depserunt manus quæ Filium occiderunt.

20. Nefas est cibum accipere a manu sanguine animalium polluta.

[1] Alludit ad historiam Samsonis. *Jud.* XIV.
[2] Cfr. *Gen.* XVIII, 6.
[3] *Num.* XVII, 6.
[4] *III Reg.* XVII, 6.

ܡܢܘ ܟܝܠ ܢܣܒ ܡܢ ܐܝܕܐ ܗܝ.
ܕܒܕܡܐ ܕܢܒܝܐ ܛܡܐܐ ܟܠܗ̇ ❖
ܠܐ ܢܐܟܘܠ ܐܚܝ̈ ܥܡ ܣܡܐ ܚܝܐ.
ܦܛܝܪܘ̈ ܕܥܡܐ ܐܝܟ ܣܡܐ ܡܘܬܐ ❖
ܕܡܗ ܓܝܪ ܕܡܫܝܚܐ ܡܡܙܓ.
ܘܥܡ ܒܦܛܝܪܘ̈ ܕܥܡܐ ܘܒܩܘܪܒܢܢ ❖
ܕܢܣܒܗ ܒܩܘܪܒܢܢ ܢܣܒ ܣܡܐ ܚܝܐ.
ܕܐܟܠܗ ܥܡ ܥܡܐ ܢܣܒ ܣܡܐ ܡܘܬܐ ❖

ܕܡܐ ܓܝܪ ܗܘ ܕܩܥܘ ܕܢܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ.
ܡܙܝܓ ܗܘ ܒܥܐܕܝܗܘܢ ܘܒܫܒܬܝܗܘܢ ❖
ܘܐܝܢܐ ܕܡܬܩܪܒ ܒܥܐܕܝܗܘܢ.
ܡܛܐ ܗܘ ܠܗ ܐܦ ܠܗ ܙܠܚܐ ܕܕܡܐ ❖
ܥܡܐ ܕܠܐ ܐܟܠ ܡܢ ܕܚܙܝܪܐ.
ܚܙܝܪܐ ܗܘ ܕܡܬܥܠܥܠ ܒܕܡܐ ܪܒܐ ❖

ܥܪܘܩܘ ܘܐܬܪܚܩܘ ܡܢܗ ܕܢܦܩ ܡܟܬܫܢ.
ܕܠܐ ܢܟܬܡܟܘܢ ܙܠܚܐ ܕܕܡܐ ❖

21. Quis cibum accipere possit a manu, quæ tota sanguine prophetarum polluta est.

22. Ne manducemus, fratres, cum pharmaco vitæ azyma populi, quæ sunt pharmacum mortis.

23. Sanguis enim Christi immixtus est cum azymis populi et cum oblatione nostra.

24. Qui accipit eum in oblatione nostra, accipit pharmacum vitæ. Qui comedit eum cum populo accipit pharmacum mortis.

25. Sanguis enim ille de quo clamarunt « ut esset super eos[1], » mixtus est eorum festis et sabbatis.

26. Qui eorum solemnitatibus adhæret a sanguinis aspersione et ipse non est immunis.

27. Populus qui non manducabat de porcis porcus factus est, qui se in sanguine pretiosissimo volutat.

28. Fugite, ecce egreditur, recedite ab eo, ne maculet vos inspersio sanguinis.

XX.

ܒܪ ܩܠܗ :

ܬܘ ܢܫܡܥ ܐܚܝ̈ ܥܠ ܒܪܐ ܟܣܝܐ.
ܕܓܠܐ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܘܟܣܐ ܚܝܠܗ ❖

ܥܘܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܒܗ ܥܐܕܐ :
ܙܩ̈ܐ ܩܒܥ ܒܗ ܥܡܐ ܟܦܘܪܐ :

ܟܕ ܐܝܕܘ̈ܗܝ ܩܒܝܥܢ ܙܩܦ ܡܩܒܐ.

XX.

Ejusdem toni.

1. Venite, fratres, audiamus de Filio abscondito qui manifestavit corpus suum et occultavit virtutem suam.

Responsorium : **Gloria Christo, cui in hoc festo populus infidelis clavos infixit.**

2. Dum ejus manus affixæ erant

[1] *Matth.* XXVII, 25.

ܚܝܠܗ ܓܝܪ ܦܬܚܐ ܨܒܝܢܗ ܗܘ ܗܘ ܀

ܠܐ ܗܘܐ ܥܡ ܐܝܕܘܗܝ ܐܬܩܒܥ ܚܝܠܗ .
ܐܬܩ̈ܒܥ ܗܘܝ ܐܝܕܘܗܝ ܘܫܪܐ ܚܝܠܗ ܀

ܟܕ ܗܘܐ ܓܝܪ ܦܓܪܗ ܟܠܗ ܒܨܠܝܒܐ .
ܫܪܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܚܝܠܗ ܒܟܠܗ ܥܡ ܟܠܗ ܀
ܠܐ ܗܘܐ ܒܐܝܕܝܐ ܗܘ ܚܝܠܗ ܕܢܚܘܒ .
ܒܨܒܝܢܐ ܗܘ ܟܒܫ ܗܘ ܙܟܐ ܟܠ ܀
ܐܦ ܟܕ ܫܪܝܢ ܗܘܝ ܐܝܕܝ ܡܪܢ .
ܠܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܛܥܢܗ ܠܦܓܪܐ ܘܢܦܩ ܀
ܚܝܠܗ ܗܘ ܟܣܝܐ ܟܠ ܛܥܢܗ ܗܘܐ .
ܠܗܘ ܡܝܬܐ ܡܚܒܫܐ ܕܦܪܚ ܘܢܦܩ ܀

ܐܦ ܡܘܫܐ ܕܦܫܛ ܒܟܦܝ ܐܝܕܘܗܝ .
ܪܙܐ ܗܘ ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܙܟܐ ܘܐܙܕܟܝ ܀

ܐܠܘ ܓܝܪ ܚܝܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܕܪܥܐ .
ܐܝܟܢܐ ܪܚܝܩ ܗܘܐ ܡܢ ܗܘ ܩܪܒܐ ܀
ܚܝܠܐ ܓܝܪ ܟܣܝܐ ܙܟܝ ܒܕܪ̈ܥܐ .
ܫܢܐ ܕܝܢ ܡܢ ܕܪ̈ܥܐ ܕܢܨܘܪ ܐܪ̈ܙܐ ܀

ܙܟܐ ܟܝܬ ܢܒܝܐ ܕܢܚܘܐ ܟܡܐ .
ܟܡܐ ܥܒܕ ܒܘܟܪܐ ܕܠܐ ܐܝܕܝܐ ܀

ܨܒܝܢܗ ܕܒܪܐ ܗܘܝܘ ܓܙܐ ܕܟܠ .
ܐܝܟܐ ܕܨܒܐ ܐܫܦܥ ܥܘܬܪܗ ܀
ܡܠܬܗ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗ ܓܙܐ ܕܓܙ̈ܐ .
ܐܝܟܐ ܕܦܬܚ ܠܗ ܡܥܬܪ ܒܪ̈ܝܬܐ ܀

cruci sepulchra aperiebant. Vis enim quæ aperit voluntas ejus est.

3. Virtus ejus non fuit cum manibus affixa. Dum manus ejus affixæ erant, virtus ejus libera manebat.

4. Dum totum corpus cruci affixum erat, cum toto corpore tota ejus virtus permanebat.

5. Virtus ejus non per manus se exseruit, ut voluntarie succumberet qui subjicit omnia.

6. Etiam ubi solutæ fuerunt manus ejus, non exivit Dominus ferens in manibus cadaver.

7. Sed virtus ejus occulta se exserens tulit cadaver institis ligatum, et mortuus e sepulchro avolavit.

8. Moyses[1] per manuum extensionem victoriam retulit, figura illius qui per manus suas vicit et victus fuit.

9. Si autem per brachiorum vires victoria parta, quomodo a tanta distantia vicit?

10. Virtus occulta per brachia Moysi victoriam retulit, in brachiis autem recedit ut Christi sacramenta præfiguraret.

11. Victoriam retulit propheta ut significaret quanta absque manibus efficeret Filius primogenitus.

12. Voluntas Filii thesaurus est omnium divitiarum, eas ipse effudit ubicumque voluit.

13. Verbum ejus thesaurus est thesaurorum, ubi illud aperit locupletat omnes creaturas.

[1] Exod. XVII, 11.

ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܐܝܟ ܡܥܝܢ ܛܒܬܐ .
ܐܟܘ ܗܘ ܕܦܬܚ ܠܗ ܝܡ ܒܪܝܬܐ ܀

14. Gratia ejus fons est bonorum, ubi fontem illum aperit creaturis.

ܨܒܝܢܗ ܐܝܟ ܩܠܝܕܐ ܪܒܐ ܕܒܗ .
ܗܘ ܡܬܦܬܚܝܢ ܐܠܦܝ ܚܢܢܐ ܀

15. Voluntas ejus magna clavis est, qua panduntur misericordiæ.

ܛܝܒܘܬܗ ܐܝܟ ܚܟܝܡܬܐ .
ܛܥܝܐ ܣܡܡܢܐ ܐܝܟ ܡܪܒܝܢܝܬܐ ܀

16. Beneficentia ejus sapientissima est; medicamenta portat velut nutrix.

ܟܐܢܘܬܐ ܐܝܟ ܚܟܝܡܬܐ .
ܛܥܝܐ ܙܘܥܐ ܐܝܟ ܬܐܪܬܐ ܀

17. Justitia ejus sapientissima est; incutit terrores ut conscientiæ.

ܐܝܕܐ ܕܛܝܒܘܬܗ ܠܟܠ ܢܩܦܐ .
ܪܟܟܐ ܟܠ ܟܐܒܝܢ ܐܝܟ ܐܡܐ ܀

18. Manus bonitatis ejus omnibus lenis est; lenit omnes dolores ut mater.

ܐܝܕܐ ܕܟܐܢܘܬܗ ܠܟܠ ܡܪܝܪܐ .
ܦܣܩܐ ܟܐܒܝܢ ܐܝܟ ܐܣܝܐ ܀

19. Manus justitiæ ejus omnibus acerba secat dolores ut medicus.

ܡܫܒܩܐ ܗܘܬ ܐܝܕܗ ܗܝ ܟܐܢܘܬܗ .
ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܬܐ ܠܗ ܐܢܫܘܬܐ ܀

20. Relaxaverat manum suam justitia quo tempore ipse venit ad humanitatem.

ܠܝܬ ܗܘܐ ܕܡܥܠܠ ܗܘܐ ܡܢ ܟܐܢܘܬܗ .
ܐܠܐ ܣܛܢܐ ܐܝܟ ܡܣܩܒܠܐ ܀

21. Nemo erat, a quo justitia ejus ejulatus exciret, nisi ejus adversarius Satanas.

XXI.

ܒܗ: ܩܠܗ .

Ejusdem toni.

ܦܨܚܐ ܕܐܬܦܩܕ ܕܢܗܘܐ ܒܕܟܝܐ :
ܗܐ ܐܟܠܐ ܡܢܗ ܐܦ ܙܢܝܬܐ ܀

1. Pascha quod a mundis peragendum erat, ecce manducat illud meretrix.

ܥܢܝܢܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܗ ܕܦܪܩ ܒܕܡܗ
ܠܥܡܡܐ : ܟܕ ܐܡܪܐ ܛܘܦܣܗ ܦܪܩ ܚܕ ܥܡܐ :

Responsorium : Gloria illi qui salvavit sanguine suo populos, dum agnus, ejus figura, unicum salvavit populum.

ܥܐܕܐ ܕܐܬܦܩܕ ܕܢܗܘܐ ܒܨܗܝܘܢ .
ܗܐ ܒܟܠ ܕܘܟ ܗܘܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ ܀

2. Festum quod in Sion ex præcepto peragendum erat, ecce ubique locorum pro nihilo reputatur.

ܠܐ ܓܝܪ ܐܦܣ ܠܗ ܡܘܫܐ ܠܥܡܐ .
ܕܢܥܒܕ ܥܐܕܗ ܒܟܠ ܐܬܪ ܕܡܛܐ ܀
ܐܣܪܗ ܓܝܪ ܡܘܫܐ ܠܥܐܕܐ ܒܕܒܚܐ .
ܘܠܕܒܚܐ ܐܣܪܗ ܒܩܘܕܫ ܡܩܕܫܐ ܀
ܕܢܗܘܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܒܟܠ ܐܬܪ ܒܥܐܕܘܗܝ .
ܠܐ ܫܒܩ ܕܒܚܐ ܕܐܣܝܪ ܗܘܐ ܒܗ ܀
ܘܕܢܗܘܐ ܗܘܐ ܠܘܬ ܕܒܚܐ ܒܟܠܗܘܢ .
ܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ ܕܐܣܝܪܘ ܒܡܕܒܚܐ ܩܕܝܫܐ ܀
ܥܐܕܐ ܕܠܐ ܕܒܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܐ .
ܕܒܚܐ ܕܠܐ ܩܘܕܫܐ ܠܐ ܡܬܩܪܒ ܗܘܐ ܀
ܐܢ ܗܟܝܠ ܒܐܪܥܐ ܠܐ ܐܦܣ ܠܗ .
ܕܢܥܒܕ ܗܘܐ ܥܐܕܐ ܠܒܪ ܡܢ ܨܗܝܘܢ ܀
ܐܝܟܢܐ ܝܘܡܢ ܒܝܢܝ ܥܡܡܐ .
ܥܒܕܝܢ ܥܐܕܐ ܒܟܠ ܐܬܪ ܕܪܓܐ ܀
ܒܒܒܠ ܕܢܝܐܝܠ ܠܐ ܥܒܕ ܥܐܕܐ .
ܠܐ ܐܬܡܨܝ ܘܥܒܕ ܐܝܟ ܚܢܦܐ ܀
ܝܕܥ ܕܢܝܐܝܠ ܕܥܐܕܐ ܕܗܘܐ ܐܝܟܐ .
ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܥܐܕܐ ܗܘ ܛܡܐܐ ܀

ܒܗ ܓܝܪ ܒܢܝܣܢ ܝܪܚܐ ܕܥܐܕܐ .
ܬܠܬܐ ܫܒܘܥܝܢ ܨܡ ܕܢܝܐܝܠ ܀
ܠܐ ܐܟܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܣܪܐ ܒܨܘܡܗ .
ܠܐ ܗܟܝܠ ܐܟܠܗ ܠܐܡܪܐ ܦܨܚܐ ܀
ܡܘܫܐ ܚܕܐ ܒܫܢܬܐ ܥܒܕ ܚܘܕܬܐ .
ܒܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܠܡܫܟܢ ܙܒܢܐ ܀
ܐܠܨܐ ܕܢܕܒܘܚ ܡܘܫܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܕܢܠܦ ܕܐܝܟܢܐ ܗܘ ܢܡܘܣܐ ܕܕܒܚܐ ܀
ܠܐ ܕܒܚ ܘܕܒܚ ܕܢܠܦ ܠܐܝܠܝܢ .

3. Neque enim Moyses permisit populo peragere festum ubicumque contigisset.

4. Alligavit quippe Moyses solemnitatem sacrificio et sacrificium sanctuario.

5. Solemnitatem ubique celebrari non sinebat sacrificium ei addictum.

6. Et sacrificium ubique offerri non poterat, siquidem sacro altari addictum erat.

7. Festum absque sacrificio non celebrabatur, nec sacrificium absque sanctuario offerebatur.

8. Si igitur nullibi terrarum præterquam in Sion fas erat festum celebrari.

9. Quomodo hodie inter populos, ubicumque quis vult, festum celebratur?

10. Babyloni Daniel non celebrabat festum paschatis. Non audebat agere ut infideles.

11. Sciebat Daniel festum, quod fit ubi non licet, impurum esse.

12. In Nisan, mense solemnitatis paschalis, tribus septimanis jejunavit Daniel.

13. Non manducavit, ut ipse dixit[1], carnem in suo jejunio, adeoque nec agnum paschale.

14. Moyses uno anno fecit dedicationem tabernaculi temporalis in sacrificiis et oblationibus.

15. Necesse autem fuit ut Moyses sacrificaret in deserto ut doceret quænam esset lex sacrificiorum.

16. Sacrificavit et non sacrifi-

[1] *Dan.* X, 3.

ܘܠܐ ܐܝܬ ܕܢܕܒܚ ܐܝܟܐ ܕܨܒܐ ܀

ܘܠܐ ܓܝܪ ܕܒܚ ܗܘܐ ܥܡܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܗܐ ܢܒܝܐ ܩܥܐ ܕܠܐ ܕܒܚܘ ܗܘܘ ܀
ܕܒ̈ܚܐ ܠܡ ܕ̈ܒܚܐ ܐܘ ܩܘܪܒܢܐ .
ܗܐ ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܩܪܒܬܘܢ ܠܝ ܀
ܘܐܢ ܐܝܬ ܐܢܫ ܟܦܪ ܗܕܐ ܫܘܪܪܐ .
ܐܚܝܕ ܗܘ ܒܐܚܪܢܐ ܕܐܡܪ ܡܘܫܐ ܀
ܠܐ ܠܡ ܐܢܫ ܢܥܒܕ ܒܓܘ ܗܘ ܐܬܪܐ .
ܐܝܟ ܡܐ ܕܥܒܕ ܐܢܫ ܗܪܟܐ ܒܡܕܒܪܐ ܀
ܒܕܘܟܬܐ ܠܡ ܐܝܟܐ ܕܫܪܐ ܡܪܟ .
ܬܡܢ ܫܠܝܛ ܠܟ ܠܡܕܒܚܘ ܀
ܒܐܘܪܫܠܡ ܒܠܚܘܕ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܗ .
ܠܥܐܕܐ ܘܕܒܚܐ ܠܡܫܡܠܝܘ ܀
ܒܬܐܢܬܐ ܗܘ ܥܩܪܬܐ ܡܚܘܐ ܡܪܢ .
ܕܒܛܠܘ ܠܐܬܪܐ ܡܢ ܕܒܚܐ ܀
ܚܠܦ ܓܝܪ ܕܒܚܐ ܕܟܠ ܚܝܘܬܐ .
ܕܒܐܘܪܫܠܡ ܒܠܚܘܕ ܡܬܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܀
ܗܐ ܒܐܬܪܐ ܟܠܗ ܦܓܪܐ ܚܝܐ .
ܡܬܩܪܒ ܝܘܡܢ ܕܒܚܐ ܚܝܐ ܀

ܫܠܡ ܡܕܪ̈ܫܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܕ ܕܥܠ ܦܛܝܪ̈ܐ
ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܀

cavit ut duo doceret : non posse scilicet unumquemque nec ubi vellet sacrificare.

17. Populum quippe in deserto non obtulisse sacrificia clamat propheta :

18. « Numquid victimas et oblationes obtulistis mihi quadraginta annis[1]? »

19. Si quis hoc veritatis effatum neget, ecce altero hoc constringitur quod Moyses dixit :

20. « Nemo faciat in terra illa juxta quod fecit in deserto.

21. Ubi habitabit Dominus tuus, ibi fas erit tibi sacrificia offerre[2]. »

22. In Jerusalem tantum populo fas erat festum et sacrificia peragere.

23. Igitur in ficu sterili[3] significavit Dominus sacrificia in terra Israel desitura esse.

24. Etenim pro sacrificio omnium animalium quod in Jerusalem tantum offerebatur.

25. Ecce in toto orbe corpus vivum in hostiam vivam hodie offertur.

EXPLICIUNT HYMNI VIGINTI UNUS SANCTI EPHRÆMI DE AZYMIS.

[1] *Amos*. V, 25; *Act*. VII, 42.
[2] *Deut*. XII, 8.
[3] *Matth*. XXI, 19.

MONITUM

IN HYMNOS DE CRUCIFIXIONE.

Hymni octo de crucifixione, qui hic habentur, exscripti sunt e duobus codicibus Musæi Britannici, e quibus jam decerpsimus hymnos de azymis. Hymni 1-3 prodeunt ex codice 14627, sæc. VI vel VII, fol. 18-21; hymni 4-8 ex codice 14571, anni 519, fol. 18-27. Strophæ 4, 5 et 19, hymni 7mi citantur in codice 12155, fol. 172 verso, ibique S. Ephræmo tribuuntur. Is codex est sæc. VIII. S. Doctor alios in Christi crucifixionem hymnos adornaverat. Unius ex his hymnis duæ strophæ supersunt in cod. 14571. Alii hucusque nobis ignoti sunt. Forsan latent in officiis Hebdomadæ sanctæ, ubi multi hymni absque nomine auctoris occurrunt.

I.

ܥܠ ܩܠܐ : ܕܐܠܗܐ ܒܪܚܡܘܗܝ :

ܗܐ ܡܪܗ ܕܕܘܝܕ ܪܟܝܒ ܥܝܠܐ .
ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܠܘܬܗ ܕܒܪܬ ܨܗܝܘܢ .
ܙܘܚܐ ܗܘܐ ܫܒܝܚܐ ܩܕܡ ܚܬܢܐ .
ܘܐܘܫܥܢܐ ܢܒܥܘ ܗܘܘ ܡܢ ܟܠ ܦܢܝܢ .
ܣܡܝܐ ܢܗܪܘ ܩܕܡܘܗܝ .
ܚܓܝܪܐ ܫܘܪܘ ܬܡܝܗܘ .
ܪܒ ܗܘܐ ܒܦܩܥ ܚܩܠܐ .
ܙܘܚܗ ܕܒܪܬ ܨܗܝܘܢ .
ܡܢ ܙܘܚܐ ܕܗܘܐ ܗܘܐ .
ܠܒܪܬ ܣܪܐ ܟܕ ܢܦܩܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ✠

ܥܘܢܝܬܐ : ܒܪܝܟ ܒܘܟܪܐ ܕܣܝܒܪ ܗܘܐ
ܟܠ ܚܫܝܢ :

ܥܐܕܐ ܘܢܝܣܢ ܬܐܡܝ ܐܚܐ .
ܐܙܓܕܐ ܦܪܝܚܐ ܕܣܒܪܬܐ .
ܪܗܛܘ ܣܒܪܘ ܠܒܪܬܐ ܐܝܟ ܠܐܡܗ .
ܕܗܐ ܚܬܢܐ ܒܬܪܥܐ ܦܘܩܝ ܠܗ ܠܐܘܪܥܗ .
ܚܙܬܗ ܘܠܐ ܫܦܪ ܠܗ .
ܩܢܬ ܕܩܕܝܫ ܗܘ .
ܙܥܬ ܕܦܪܘܩܐ ܗܘ .
ܬܘܗܬ ܕܡܟܝܟܐ ܗܘ .
ܢܨܝܚܘܗܝ ܐܝܟ ܗܘܐ .
ܫܦܝ ܗܘܐ ܥܙܝܙܐ ܒܡܟܝܟܐ ✠

ܗܕܪ ܫܘܦܪܘܗܝ ܫܒܝܚܐ ܕܠܐ ܫܦܪ ܠܗ .
ܒܕܟܝܘܬܗ ܕܝܢ ܣܓܝܐܝܬ ܗܘܬ .
ܕܐܝܟ ܐܡܗ ܒܙܢܝܘܬܐ ܡܕܪܫܐ ܗܘܬ .
ܠܚܘܬܗ ܒܙܢܝܘܬܐ ܠܡܠܟܗ ܗܘܬ .

I.

Tono : **Deus in sua misericordia** [1].

Dominus Davidis pullo vectus venit ad filiam Sion. Pompa solemnis sponsum præcedebat; hosannarum voces undique resonabant; cæci illuminabantur ante eum; claudi mirabundi exsiliebant; major erat in via campestri pompa filiæ Sion quam filiæ Saræ, quum hæc egrederetur ex Ægypto.

Responsorium : **Benedictus primogenitus qui omnia passus est.**

2. Festum paschale et Nisan, duo fratres, læti Evangeliorum nuntii, celeri cursu nunciarunt filiæ æque ac matri ejus : « Ecce sponsus ad januam, exi cito in occursum ejus. » Sion vidit eum, sed ille non placuit ei. Sion invidia exarsit in eum quia sanctus est; commota est quia salvator est; obstupefacta est quia mansuetus est. Præclara sponsi gesta placarunt univeruntque violentos cum placidis.

3. Decor ejus ac pulchritudo non placuerunt filiæ Sion; ejus autem puritas maxime illi molesta fuit. Quæ cum esset, sicut mater ejus adulterio assuefacta, imo ge-

[1] Hæc verba initium sunt hymni 8[i] de Epiphania. Stropharum mensura eadem est in hoc hymno ac in hymno de Epiphania. Vid. supra col. 74.

ܡܚܕܐ ܕܠܐ ܦܪܨܘܦ .
ܕܐܪܓܬ ܠܒܥܠܗ ܀
ܠܐ ܚܙܝ ܦܘܪܣܐ .
ܕܬܐܡܪ ܕܢܘܟܪܝܐ ܗܘ .
ܒܢܟܠܐ ܨܥܪܬܗ .
ܠܡܟܪܗ ܕܬܫܡܫ ܠܓܝܘܪܐ ܀
ܒܦܘܡܐ ܕܐܡܗ ܟܣܝ ܦܪܨܘܦܗ .
ܕܥܓܠܐ ܒܚܟܡܬܗ ܥܒܕܬ .
ܒܟܣܝܘ ܓܝܪ ܒܥܓܠܐ ܪܚܡܐ ܗܘܬ ܀
ܘܒܓܠܝܘܬܗ ܠܘܬܗ ܠܐ ܡܨܝܐ ܗܘܬ .
ܥܠܬ ܠܒܝܬ ܓܙܐ .
ܓܙܐ ܕܐܘܡܢܘܬܐ .
ܘܓܒܬ ܘܚܛܦܬ ܠܗ .
ܦܘܪܣܐ ܕܫܘܐ ܠܗ .
ܒܥܠܬܐ ܕܐܙܠ ܡܘܫܐ .
ܥܒܕܬܗ ܗܘܬ ܠܢܣܟܐ ܕܒܗ ܒܗܬܬ ܀
ܠܗ ܒܪܬܐ ܠܐܡܗ ܒܢܟܠܘܬܗ :
ܕܒܥܬ ܕܬܕܡܐ ܠܣܢܝܬܐ .
ܠܡܟܪܗ ܠܒܥܠܗ ܐܝܟ ܢܘܟܪܝܐ .
ܘܐܟܠܬܗ ܕܒܪܬܗ ܐܝܟ ܓܝܘܪܐ .
ܘܥܒܕܬ ܩܛܝܓܪܝܢ .
ܐܝܟ ܡܪܬܗ ܕܝܘܣܦ .
ܕܥܒܕܬ ܗܦܟܬܐ .
ܥܠ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ .
ܙܟܘ ܐܩܠܐ ܡܢ ܩܠܐ .
ܕܒܣܘܢ ܗܦܟܬܐ ܥܠܝܗܘܢ ܗܘܘ ܀
ܘܚܬܢܗ ܨܒܬ ܘܐܩܝܡܬ ܒܕܝܢܐ ܕܢܩܛܠ .
ܕܠܗ ܢܩܛܠ ܘܢܚܘܣ ܥܠܝܗ .
ܣܒܪܬܗ ܗܘܬ ܠܦܝܠܛܘܣ ܕܗܘ ܢܟܦܐ .
ܐܝܟ ܦܪܝܨܐ ܗܪܘܕܝܣ ܕܪܘܪܘܣ .
ܩܥܬ ܩܕܡ ܬܪܥܗ .
ܕܢܦܠܓ ܦܠܓ ܠܦܠܓܘܬܗ .
ܐܝܟ ܛܠܝܬܐ ܒܢܟܠܐ .

nitricem in flagitio superaret, intellexit alium non dari medium quo superaret ejus puritatem, nisi ut diceret ipsum extraneum esse. Subdole dehonestavit sponsum suum, ut obsequium præstaret adulteris.

4. Ore matrem reprehendebat quod illa suis artificiis vitulum fecerat. Quum enim occulto vituli amore impelleretur et aperte eum sibi comparare non posset, ingressa est thesaurum, thesaurum artificiorum, et, electo atque arrepto medio sibi congruo, sub prætextu quod abiisset Moyses, fecit conflatile quo erubuit.

5. Filia, matrem dolo nefanda perpetrantem imitari volens, sponsum suum apprehendit ut extraneum eumque ut adulterum traduxit suisque clamoribus accusavit, ut domina Josephi quæ perverse clamavit contra sanctum hunc virum. Victi sunt ambo isti probi vocibus perverse contra eos prolatis.

6. Sponsum Sion abduxerat et statuerat in judicio ut eum occideret et sibi parceret; putaverat honestum Pilatum similem fore libidinoso Herodi. Clamavit igitur ante portam ejus, ut ejus partes seduceret, sicut puella[1] ad arcem subdole confugit ut occideret si-

[1] Herodiadis filia. *Matth.* XIV, 6-13.

mulque adulteraret et utrumque unum per alterum perpetraret.

7. Dedecus Sionis aggravatum est coram gentibus eo quod ethnicus iste princeps lavit manus suas. Perspexerat quippe Pilatus illam duos laqueos occultavisse : unum ad occidendum Christum, alterum ad irretiendum judicem. Herodias altera insidias struxit Pilato, ut ipse, sicut Herodes, manus suas inquinaret. At ille lavit manus suas a sanguine, quem in pignus sibi obtinuerat mater nequissima sicut filia ejus.

8. Pollutæ atrarum tenebrarum filiæ amant opera sua. Illa autem quæ facta est matri suæ filia libidinosa, videns se a « lucerna[1] » redargui, insufflavit et extinxit eam, sublatamque cum pompa attulit. At manus ejus, ipsa non advertente, candelabra facta sunt lucernæ. Extulit eam in convivio, quo factum est ut suas manus magis proderet.

9. Filia autem Sion, quum videret solem tenebras Domino utiles depellentem, amoventemque ac dissipantem caliginem super inhonesta ejus obfusam eaque involventem, erubuit secretiora illius luci esse exposita; volens igitur extinguere lucem per crucem, sustulit eam in cruce, ita ut radii ejus super omnes diffunderentur.

[1] Joannes Baptista erat « lucerna ardens et lucens. » *Joan.* V, 35.

ܐܦ* ܫܡܫܐ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܐܚܪܢܐ ܫܡܫܐ .
ܕܙܠܓ ܕܐܬܓܠܝ ܒܓܓܘܠܬܐ ⁘
ܘܐܬܚܫܟ ܘܐܬܒܠܥ ܒܙܠܝܩܘܗܝ .
ܕܗܘ ܣܗܕܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܕܗܘ ܟܣܝܐ .
ܠܓܠܝܐ ܫܡܫ .
ܦܪܣܡ ܕܟܠܠ ܚܘܪܗ .
ܐܝܟܘܗ ܠܓܝܪܬܐ ܗܘܬ .
ܕܫܡܥܬ ܩܠܗ ܘܠ .
ܐܬܙܘܥܬ ܕܐܬܦܪܣܝ .
ܟܣܝܬܗ ܩܕܡ ܢܘܗܪܐ ܕܐܬܬܪܝܡ ⁘
ܦܚܙܬܐ ܒܩܣܪ ܐܬܬܟܠܬ ܗܘܬ .
ܐܦ ܒܫܡܗ ܩܛܪܬܗ ܘܠܐ ܫܡܥܗ .
ܠܕܝܢܗ ܗܘܬ ܫܩܠܬ ܢܘܟܪܝܐ .
ܫܕܬ ܡܢܗ ܫܩܠܘܗܝ ܕܡܫܝܚ ܩܕܝܫܐ .
ܚܙܬ ܕܒܣܪܘܗ ܗܘܘ .
ܪ̈ܫܐ ܕܥܡ̈ܡܐ .
ܪܓܬܗ ܠܓܝܣܐ .
ܕܒܟܠ ܕܡܐ ܠܗ .
ܕܛܒ ܗܘܐ ܕܡܘܬܗ .
ܘܟܠܗ ܐܦ ܒܟܠܗ ܛܒܝܥܐ ܗܘܬ ⁘
ܓܝ̈ܣܐ ܬܪܝܢ ܚܙܘ ܘܐܬܟܢܫܘ .
ܚܕ ܠܘܬ ܚܕ ܣܘܪ̈ܚܢܝܗܘܢ ܢܣܒܘ ܘܐܫܩܝܘ .
ܗܘ ܡܫܩܠ ܣܝܦ ܗܘܐ ܠܬܓܪܐ .
ܗܝ ܣܝܦܗ ܫܠܦܐ ܠܟܐܢܐ .
ܗܘ ܕܝܢ ܓܢܒ ܒܚܘܪܒܐ .
ܓܢܒ ܐܝܟ ܗܘ ܕܝܬܝܪܐ .
ܗܝ ܕܝܢ ܕܒܗܝܟܠܐ .
ܓܢܒܐ ܗܘܬ ܒܨܠܘ̈ܬܗ ܓܢܝܒܢܐ .
ܒܥ̈ܠܝܐ ܕܐܪ̈ܝܟܝ .
ܐܬܦܪܣܬ ܘܐܫܠܚܬܗ ܠܟܠܐ ܕܠܒܫ ⁘
ܓܝܣܐ ܦܫܝܛܐ ܐܝܟ ܬܠܡܝܕܐ .
ܒܥܠܝܡ̈ܐ ܦܫܝܛܐ ܓܝܣ ܗܘܐ .
ܗܝ ܕܝܢ ܪܫܐ ܗܘܬ ܕܓܝ̈ܣܐ .

10. Sol iste videns vehementem alium solem in Golgotha refulgentem obscuratus est et radiis illius absorptus est, ut sol visibilis soli abscondito testimonium redderet. Sol autem absconditus magis denudavit adulteram quæ manibus pectus percusserat et os suum maledictionibus impleverat. Trepidavit illa videns secretiora sua nudata coram luce in cruce exaltata.

11. Impudica in Cæsare gloriata est, et in ejus nomine Pilatum compellavit, ipse vero eam non audivit; at illa assumpsit causam extranei, et projecit a se causam Christi sancti, cernensque se a principibus gentium despectam, expetivit latronem sibi in omnibus affinem sibique prorsus similem; ipsa quippe tota toto illo signata erat.

12. Duo igitur isti latrones quum se invicem agnovissent in unum convenerunt, unus in alterum crimina cum ardore refundentes. Ille gladium educebat in mercatores, illa ensem stringebat in justos. Ille privatim in deserto latrocinabatur, præstantior illa in templo prædabatur; prolixis involuta orationibus omnes spoliabat.

13. Latro rudis tanquam discipulus in juvenes latrocinia exercebat; illa autem latronum caput,

* ܐܦ abundat.

ܒܨܘܡܐ ܟܡܝܪܐ ܢܨܚܬ ܛܒ .
ܒܨܝܡܐ ܒܠܥܬܗ̇ .
ܠܝܬ̈ܡܐ ܘܠܐܪ̈ܡܠܬܐ .
ܐܦ ܙܕܩܬܐ ܒܥܠܠ .
ܝܗܒܐ ܠܡܣ̈ܟܢܐ .
ܕܡܨܝܕܬܐ ܬܗܘܐ ܠܗ̇ .
ܕܒܗ̇ ܬܨܘܕ ܡܣ̈ܟܢܐ ܘܣܝ̈ܡܬܗܘܢ ❖
ܠܡܟܝܪܗ̇ ܒܓܠܐ ܪܗܛܬ ܩܛܠܬܗ .
ܠܓܝܣܐ ܒܓܠܐ ܪܗܛܬ ܥܦܩܬܗ .
ܙܟܬ ܦܪܝܨܘܬܗ̇ ܠܦܪܝܨܘܬܐ ܕܚܝ̈ܘܬܐ .
ܘܠܐ ܒܗܬܬ ܒܓܠܐ ܕܬܩܛܘܠ ܘܬܓܘܪ .
ܠܐܡܗ̇ ܕܡܬܐ ܕܡܝܐ .
ܕܟܦܪܬ ܡܢ ܪ̈ܡܐ .
ܒܥܝܢܐ ܒܒܠܐ .
ܘܬܚܝܬ ܥܡܘܕܐ .
ܩܕܝܫܐ ܕܥܢܢܐ .
ܛܢܦܘܬܐ ܓܠܝܬ ܣܥܪܬ ܗܘܬ ❖
ܐܦ[a] ܐܡܗ̇ ܕܒܡܕܒܪܐ ܟܕ ܫܢܝܐ ܗܘܬ ،
ܐܝܕܗ̇ ܗܘܐ ܠܐ ܡܛܬ ܠܩܕܝܫܐ .
ܕܟܪܝܢ ܗܘܘ ܐ̈ܕܪܥܝܗ̇ ܕܢܡܛܘܢܝܗܝ .
ܓܘܕ̈ܦܝܗ̇ ܐܘܪܟ ܕܢܡܛܘܢܝܗܝ .
ܙܟܝܗ̇ ܐܦ ܠܐܬܪܗ̇ .
ܘܠܟܝܢܗ̇ ܠܙܢܝܬܐ .
ܕܐܬܪܗ ܡܪܝܡ ܗܘ .
ܘܟܝܢܗ ܡܝܬܪ ܗܘ .
ܠܐ ܠܡܬܡܛܝܘ ܪܘܡܗ :
ܘܠܐ ܠܡܓܫܫ ܘܠܡܡܫ ܠܐܘܣܝܗ ❖
ܠܓܠܦܐ ܕܓܠܐ ܕܠܗ ܚܙܘܐ .
ܡܛܠ ܙܝܘܐ ܟܣܝܐ ܕܓܢܝܙ ܘܟܣܐ .
ܐܠܗܐ ܚܙܐ ܗܘܐ ܡܚܠܠܬܗ̇ .
ܕܓܠܝ̈ܬܐ ܦܫܛܐ ܡܢ ܟܣܝ̈ܬܐ .
ܝܗܒ ܠܗ̇ ܪ̈ܓܝܓܬܗ .
ܫܕܪ ܠܚܒܝܒܗ .

per mœsta jejunia plurimum nobilitata, jejunando devorabat orphanos et viduas, egenis vero eleemosynas dabat ut procuraret sibi rete quo caperet pauperes eorumque thesauros.

14. Ad sponsum suum palam currens eum necavit, ad latronem palam currens eum amplexata est. Vicit lascivia ejus lasciviam animalium. Non erubescens publice necare et mœchari, matri suæ similis fuit, quæ, coram septuaginta senioribus, altissimum abnegavit et sub sacra nubium columna spurcitiam aperte perpetravit.

15. Mater ejus in deserto, cum insaniret, manum non misit in sanctum suum Dominum, quia breviora erant brachia ejus ut cum attingerent, sed blasphemias produxit ut eum attingeret; vicit ille scortum istud tum natura sua tum loco; quia locus ejus altior est et natura præclarior quam ut ejus altitudo attingi et ejus substantia attrectari possit.

16. Deus, propter suum splendorem secretum qui in abscondito recondebatur, vidit sculptile mendax et visu destitutum esse et meretricem ita infirmari ut manifesta occultis præferret; dedit ei desiderabilia sua, misit nempe dilec-

[a] ܐܦ abundat.

ܘܐܬܐ ܠܒܫ ܦܓܪܐ .
ܕܐܚܘܝܘܗܝ ܒܓܠܝܬܐ .
ܘܐܚܠܦ ܠܓܠܝܐ .
ܒܗܘ ܟܣܝܐ ܕܒܚܘܒܗ ܗܘܐ ܓܠܝܐ ܀
ܢܘܟܪܝܐ ܫܦܪܝܢ ܠܗ ܠܫܛܝܬܐ .
ܣܢܐ ܗܘ ܒܥܠܗ ܡܣܢܐ ܠܚܕܐ ܓܡܝܪ .
ܟܕ ܪܚܝܡ ܡܟܘܪܢܐ ܡܣܒܠ ܠܗ .
ܐܦ ܗܝ ܛܢܦܬܐ ܕܡܟܘܪܢܬܐ .
ܣܓܝܐ ܗܘ ܠܗ ܩܝܡ ܚܬܢܗ .
ܚܙܝܐ ܚܬܢܐ ܡܫܬܒܚ :
ܙܥܪ ܘܠܐ ܪܚܡܗ .
ܘܒܨܘܪܬܐ ܐܚܠܦܬܗ .
ܗܘܐ ܟܣܝܐ ܚܠܦܬܗ .
ܗܘܐ ܓܠܝܐ ܫܚܬܬܗ ܘܩܛܠܬܗ ܀

tum suum, qui veniens carnem induit et hac ratione visibilem se ei præstitit, ut illa sculptilia visibilia mutaret illo abscondito qui in suo amore manifestum se fecit.

17. Insanienti placent extranei, ejus maritus ipsi prorsus odiosus est; quum amabilis sponsus eam accipere vult, immundissima sponsa oculos a veritate aversos constanter retinet. Sponsus magnum se præstitit et ipsa non cupivit eum, imminuit se et non amavit eum; dum absconditus mansit, in idolum commutavit eum; quando visibilis factus est, deformavit atque occidit eum.

II.

ܕܬܪܝܢ ܕܙܩܝܦܘܬܐ :

ܥܠ ܩܠܐ : ܕܐܬܩܛܠܘ ܗܘܘ ܝܠܘ̈ܕܐ :

ܐܘ ܐܡܪܐ ܟܣܝܐ ܕܢܟܣ .
ܐܡܪܐ ܓܠܝܐ ܒܡܨܪܝܢ .
ܗܘ ܝܗܒ ܗܘܐ ܚܘܛܪܐ ܠܡܘܫܐ .
ܕܢܪܥܐ ܒܗ ܓܙܪܐ ܣܒܐ .
ܪܥܐ ܣܒܐ ܓܙܪܐ ܣܒܐ .
ܘܪܥܐ ܐܡܪܐ ܠܬܪܝܗܘܢ .
ܐܡܪܐ ܪܥܐ ܘܡܬܪܥܐ ܗܘܐ .
ܗܘ ܪܥܐ ܪ̈ܥܘܬܗ .
ܕܪ̈ܥܘܗܝ ܘܪܥܐ ܐܢܘܢ ܀

ܥܘܢܝܬܐ : ܒܪܝܟ ܐܡܪܐ ܕܪܥܐ ܓܙܪ̈ܘܗܝ :

ܢܟܣ ܗܘܐ ܡܘܫܐ ܒܗ ܒܝܪܚܘ .

SECUNDUS DE CRUCIFIXIONE

Tono : Occisi sunt infantes[1].

1. Agnus absconditus mactavit agnum manifestum in Ægypto, ipse Moysi dedit virgam qua pasceret gregem senem; senex pavit gregem senem, utrumque pavit agnus. Agnus pascebat et pascebatur. Ipse pascebat pastores suos. Qui pascebant eum illos ipse pascebat.

Responsorium : Benedictus agnus qui pascit greges suos[2]!

2. Mactaverat Moyses apud Je-

[1] Hæc verba initium constituunt hymni de Nativitate Christi in altero volumine describendi. Ad illius normam hic hymnus confectus est. Stropha decem versus septem syllabarum complectitur.

[2] Iste versus ad stropham velut ejus conclusio pertinet.

ܒܥܢܐ ܘܐܡܪܐ ܣܓܝܐܐ .
ܘܟܕ ܛܒ ܝܠܝܦ ܠܐ ܐܕܪܟ .
ܕܐܝܟ ܢܕܒܘܚ ܚܕ ܕܒܚܐ .
ܐܡܪܢ ܗܘ ܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗ .
ܕܐܝܟܢܐ ܢܨܘܪ ܐܪܙܗ .
ܐܠܦ ܕܒܚܐ ܠܕܒܘܚܐ .
ܕܐܝܟ ܢܛܘܐ ܐܦ ܢܐܟܘܠ .
ܘܐܝܟ ܢܕܒܘܚ ܐܦ ܢܢܣܘܟ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܐܠܦ ܠܐܟܘ̈ܠܘܗܝ ❖
ܐܡܪܐ ܚܕܬܐ ܐܠܦ ܗܘܐ .
ܠܪܥܝܐ ܕܫܡܫ ܒܥܢܐ .
ܕܐܝܟܢܐ ܢܪܫܘܡ ܐܪܙܗ .
ܒܐܡܪ ܥܢܐ ܒܪ ܛܘܦܣܗ .
ܡܪ̈ܪܐ ܠܩܛ ܠܗ ܘܡܠܩܛ ܗܘܐ .
ܕܒܐܘܠܨܗ ܢܥܩܪ ܠܐܟ̈ܘܠܘܗܝ .
ܙܗܪ ܐܡܪܐ ܠܢܟܘܣܗ .
ܕܠܐ ܓܪܡܐ ܢܬܒܪ ܒܗ :
ܕܗܘܝܘ ܐܣܐ ܠܬ̈ܒܝܪܐ .
ܬܘܕܝ ܠܡܪܐ ܐܣܐ ܟܠ ❖
ܐܡܪܐ ܠܡܘܫܐ ܐܠܦ ܗܘܐ .
ܕܒܡ̈ܝܐ ܠܐ ܢܬܒܫܠ .
ܕܫܘܦܪܐ ܗܘ ܥܠ ܕܨܠܝܒܗ .
ܘܛܘܝܐ ܛܘܦܣܐ ܕܠܚܡܗ .
ܠܐܟܘ̈ܠܘܗܝ ܐܘܦ ܦܩܕ ܗܘܐ .
ܕܡܕܡ ܡܢܗ ܠܐ ܢܬܪ .
ܕܕܠܐ ܢܬܒܣܐ ܐܝܟ ܐܘܟܠܐ .
ܗܘܐ ܦܫܝܛܐ ܘܥܒܘܪܐ .
ܕܗܘܐ ܙܢܐ ܐܝܟ ܣܡܐ ܚܝ̈ܐ .
ܒܪܝܟ ܐܡܪܐ ܕܨܒܬ ܐܪܙܗ ❖
ܐܡܪܐ ܦܩܕ ܟܠܠ ܪܙܗ .
ܕܢܬܐܟܠܘܢ ܥܡ ܦܛܝܪ̈ܐ .
ܠܚܡܐ ܚܕܬܐ ܘܒܣܪܐ ܚܕܬܐ .
ܕܢܪܫܘܡ ܪܐܙܐ ܕܚܘܕܬܗ .

thro oves agnosque plurimos. Etsi autem apprime eruditus non assecutus est quomodo unam peculiarem immolaret victimam; agnus noster docuit eum quomodo præfiguraret sacramentum ejus; victima docuit sacrificatorem quomodo assandum et manducandum, quomodo immolandum et libandum. Benedictus qui edocuit comedentes se.

3. Agnus novellus[1] docuit pastorem, qui in grege pascendo senuerat, quomodo significaret suum sacramentum in agno gregis, sua figura; herbas amaras colligere jussit ut sua afflictione inficeret comedentes se. Præmonuit agnus suum mactatorem ut ossa sua non frangeret, quia ipse est qui sanat confractos. Gratias Domino qui sanat omnes.

4. Agnus Moysen edocuit agnum in aquis non esse coquendum propter suæ crucis decorem, sed assandum esse typum panis sui. Comestoribus etiam præceperat ut nihil ex eo residuum foret, ne pretiosum vitæ pharmacum velut cibus communis et transitorius despiceretur. Benedictus agnus qui suum decoravit sacramentum!

5. Agnus jussit suum typum cum azymis manducari; voluit panem novum carnemque novam esse, ut significaret renovationis sacramentum. Quia invaluerat fer-

[1] Totus hymnus alludit ad agnum paschalem de quo vide *Exod.* XXI, *Lev.* XXIII, *Num.* IX.

ܕܒܪܝܫ ܗܘܐ ܚܡܝܪܐ ܕܚܘܝܐ .
ܗܘ ܕܒܠܝܐ ܕܐܒܠܝܗ ܠܟܠ .
ܥܬܩ ܗܘܐ ܒܗ ܟܠ ܘܣܒ ܒܗ ܟܠ .
ܒܗ ܦܛܝܪܐ ܕܚܕܬ ܟܘܠ .
ܒܛܠ ܠܗ ܚܡܝܪܐ ܡܒܠܝ ܟܠ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܠܚܡܐ ܕܚܕܬ ܟܠ ܀

ܫܪܟܐ ܠܘܬ ܕܦܨܚܐ[a] .
ܦܩܕ ܗܘܐ ܐܡܪܐ ܩܘܫܬܐ .
ܥܠ ܗܘ ܕܐܡܪ ܙܒܢܐ .
ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܐܟܠܝܘܗܝ ܟܕ ܝܬܒ .
ܐܪܙܐ ܕܦܓܪܐ ܩܕܝܫܐ .
ܡܢܘ ܢܐܟܠܝܘܗܝ ܟܕ ܝܬܒ .
ܣܪ̈ܦܐ ܙܘܝܥܝܢ ܩܕܡܘܗܝ .
ܘܐܦܝܗܘܢ ܡܛܫܝܢ ܡܢܗ .
ܒܙܘܥܐ ܘܐܬܩܕܫܘ ܢܣܒܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܕܣܡ ܐܪܙܐ ܫܒܝܚܐ ܀

ܬܘ ܚܙܘ ܐܡܪܐ ܚܝܐ .
ܕܓܒܐ ܠܗ ܪ̈ܥܘܬܐ .
ܘܓܒܐ ܠܗ ܐܦ ܢܟܘ̈ܣܐ .
ܘܐܘܫܛ ܠܐܒܪܗܡ ܣܟܝܢܐ .
ܕܒܗ ܐܪܙܗ ܢܟܘܣ .
ܢܟܣ ܐܪܙܗ ܘܦܪܩ ܐܪܙܗ .
ܦܪܩ ܐܡܪܐ ܘܢܟܣ ܕܟܪܐ .
ܒܐܪܙܐ ܐܪܙܐ ܦܪܩ ܗܘܐ .
ܕܢܗܘܐ ܗܘ ܫܘܠܡܐ ܕܐܪ̈ܙܐ .
ܒܪܝܟ ܕܐܬܐ ܘܫܠܡ ܐܪ̈ܙܐ ܀

ܗܘ ܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ .
ܓܒܐ ܠܗ ܪܥܝܐ ܩܕܡܝܐ .
ܩܕܡܝܐ ܠܩܕܡܝܐ .
ܘܢܣܟ ܒܗ ܡܢ ܕܡܘܬܗ .
ܘܛܒܥ ܒܗ ܡܢ ܪ̈ܘܫܡܗ .
ܚܘܝ ܒܗ ܛܘܦܣܐ ܕܢܟܣܬܗ .

mentum serpentis antiqui qui omnia antiqua reddit, omnia senuerant, omnia senectute confecta erant. Per azyma omnia renovantia abolitum est fermentum omnia in senium trahens. Benedictus panis omnia renovans!

6. Reliqua (de agno paschali) præcepta. Præceperat agnus veritatis de agno typico et temporali ne quis eum manducaret sedens. Sacramentum sanctissimi corporis quis manducaret sedens? Seraphim trepidant coram eo et facies suas abscondunt. Cum tremore sanctificantur qui illud accipiunt. Benedictus qui instituit sacramentum gloriosum!

7. Eia, inspicite agnum vivum, qui elegit sibi pastores atque etiam mactatores porrexitque Abrahamo cultrum, quo agnum sui typum occideret[1]. Occidit typum et liberavit typum; liberavit agnum (Isaacum) et occidit arietem. typo typum liberavit ut ipse finis fieret typorum. Benedictus qui adventu suo finem imposuit typis!

8. Agnorum primus primum elegit sibi pastorem; primus primum elegit, effudit in eo aliquam sui similitudinem, impressit in eo aliquod signum sui figurativum, ostendit nempe in eo typum suæ occisionis. Quia Abel pastor simul

[1] Cfr. *Gen.* XXII, 10, sqq.

[a] Deficit mensura.

ܘܕܒܚܐ ܗܘ ܗܘ ܕܪܥܝܐ ܐܦ ܕܒܚܐ .
ܨܪ ܒܗ ܪܥܝ ܐܦ ܕܒܚ .
ܪܥܝܘܬܗ ܘܕܒܝܚܘܬܗ .
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܨܝܪܐ ܕܐܪ̈ܙܘܗܝ ❖
ܠܗܒܝܠ ܐܡܪܢ ܐܠܦ ܗܘܐ .
ܕܢܩܘܡ ܢܟܦܐ ܩܕܡܝܬ .
ܕܐܡܪܐ ܠܐܡܪܐ ܢܩܪܒ ܗܘܐ .
ܘܢܩܪܒ ܩܕܡܝܬ ܢܦܫܗ .
ܘܡܢ ܢܩܪܒ ܐܦ ܠܐܚܪܢܐ .
ܘܐ ܬܕܡܘܪܬܐ ܕܗܘܬ ܬܡܢ .
ܕܐܡܪܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܡܩܪܒ .
ܘܐܡܪܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܒ .
ܘܐܡܪܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܡܩܒܠ .
ܛܝܒܘ ܠܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ❖

ܒܟܠ ܕܪ ܒܟܪܐ ܡܬܩܛܠ ܗܘܐ .
ܕܡܐ ܩܛܝܠܐ ܕܙܕܝ̈ܩܘܗܝ .
ܐܡܪܐ ܗܘܐ ܒܣܒܪܬܐ .
ܐܝܟ ܟܪ̈ܘܙܐ ܕܡܠܘܗܝ .
ܩܪܝܒ ܕܥܬܝܕ ܠܡܗܘܐ .
ܐܦ ܟܕ ܪܚܝܩ ܡܢܗ ܗܘ .
ܩܕܡܘ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܐܬܟܢܝܘ .
ܫܡܗ̈ܐ ܕܥܠ ܣܘܥܪ̈ܢܘܗܝ .
ܕܢܬܩܪܘܢ ܐܪ̈ܙܐ ܒܫܡ̈ܗܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܕܐܟܪܙܘ ܢܒܝ̈ܐ ❖

et victima fuit, qui pastor noster ac victima est præfiguravit in eo suum munus pastorale suamque immolationem. Tibi gloria o typorum Abelis delineator!

9. Abelem agnus noster monuerat ut prius integrum purumque se servaret, ut agnus agnum offerret, ut prius se offerret qui alios esset oblaturus. O mira res quæ tunc gesta fuit! agnus erat ille qui offerebat, agnus ille qui offerebatur et agnus etiam ille qui oblationem accipiebat. Agno Dei gratias!

10. Quocumque ævo primogenitus immolabatur. Cruentis justorum sacramentis agnus prænuntiabatur. Erant veluti præcones effatorum ejus, quibus quod futurum erat etsi adhuc remotum prope fiebat. Servi ejus in antecessum assumpserunt nomina quibus ejus gesta erant designanda, ita ut ipsius nominibus ejus figuræ jam appellarentur. Benedictus ille quem prophetæ prænuntiarunt!

III.

ܩܠܐ ܗܘ : ܕܛܘܒܝܟܝ ܐܦܪܬܐ :

ܒܐܪܒܥܣܪܐ ܢܟܝܣ ܐܡܪ ܦܨܚܐ .
ܒܝܢ ܫܡܫ̈ܐ ܐܝܟ ܡܐ ܕܟܬܝܒ .
ܩܕܡ ܦܢܝܐ ܗܘܐ ܕܢܪܡܙ ܗܘܐ ܠܗ .
ܕܐܦ ܒܦܢܝܗ ܠܙܒܢܗ ܐܡܪܐ .

Tono : Beata es Ephrata[1].

1. Decima quarta occisus fuit agnus paschatis inter vesperas, ut scriptum est[2]. Vespera antea designata fuit ut tempus ipsum de Christi nece vaticinaretur. Agnus

[1] Hæc stropha reperitur in *Scala* 4ᵃ, et constat 9 versibus hoc ordine dispositis : 888888433.

[2] *Exod.* XXX, 8.

ܐܠܦܢ ܕܫܪܪܐ ܕܐܬܢܟܣܘ .
ܒܝܘܡ ܡܫܠܡ ܠܗ ܟܡܐ ܙܒܢܗ .
ܒܚܡܫܬܥܣܪܐ ܢܟܣܘܗܝ .
ܠܢܘܗܪܐ ܕܝܘܡܐ ܡܙܓܗ .
ܥܡ ܠܠܝܐ ܕܢܘܗܪܐ ܀

ܥܘܢܝܬܐ : ܒܪܝܟ ܕܐܟܪܙܘܗܝ ܐܪ̈ܙܘܗܝ :

ܛܘܒܝܟܝ ܐܦ ܠܟܝ ܪܡܫܐ ܐܚܪܝܐ .
ܕܪܡܫܐ ܕܡܨܪܝܢ ܒܟܝ ܐܫܬܠܡ .
ܡܪܢ ܒܟܝ ܐܟܠ ܦܨܚܐ ܙܥܘܪܐ .
ܘܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܦܨܚܐ ܪܒܐ .
ܦܨܚܐ ܒܦܨܚܐ ܚܠܝܛ ܗܘܐ .
ܥܐܕܐ ܒܥܐܕܐ ܡܥܪܒ ܗܘܐ .
ܦܨܚܐ ܕܗܘܐ ܥܒܪ .
ܘܐܚܪܢܐ ܕܠܐ ܥܒܪ .
ܐܪ̈ܙܐ ܘܫܘܡܠܝܐ ܀

ܛܘܒܝܟ ܕܡܟܐ ܕܒܟ ܡܣܐܬܐ .
ܕܩܘܫܬܐ ܛܥܢܬ ܬܪ̈ܬܝܢ ܟܦ̈ܝܢ .
ܦܨܚܐ ܬܪ̈ܝܢ ܗܘܘ ܘܬܪ̈ܝܢ ܐܡܪ̈ܝܢ .
ܘܬܪ̈ܝܢ ܥܡ̈ܡܝܢ ܬܪ̈ܝܢ ܦܘܪ̈ܩܢܝܢ .
ܥܡܐ ܐܝܟ ܦܨܚܗ ܐܡܪܐ ܙܒܢܝܐ .
ܗܘܐ ܘܐܝܟ ܙܒܢܗ ܥܒܪ ܘܒܛܠ .
ܦܘܪܩܢ ܥܡ̈ܡܐ .
ܫܪܪܐ ܗܘ ܕܠܐ ܦܟܗ .
ܕܐܡܪܐ ܗܘ ܕܠܐ ܥܒܪ ܀

ܛܘܒܝܟ ܕܐܫܬܠܚܘ ܬܪ̈ܝܢ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ .
ܘܐܬܘ ܢܛܝܒܘܢ ܠܐܚܫܡܬܗ .
ܐܬܒܣܝܘ ܗܝܟܠܐ ܕܒܢܐ ܫܠܝܡܘܢ .
ܐܦ ܐܦܕ̈ܢܐ ܕܒܝܬ ܗܪܘܕܣ .
ܕܟܝܘܬܐ ܨܒܐ ܒܗ ܘܒܓܘܗ ܚܙܐ .
ܩܕܝܫܘܬܐ ܕܒܓܘܗ ܘܐܫܟܚܗ .
ܠܗܝܡܢܘܬܗ .
ܝܗܒ ܛܘܒܐ ܕܒܘܪ̈ܟܬܗ .
ܐܓܪܐ ܕܬܫܡܫܬܗ ܀

veritatis qui mactatus est docuit nos quam perfectum esset tempus suum. Die decima quinta occisus diei lucem cum noctis luce conjunxit.

Responsorium : Benedictus ille quem sua sacramenta prædicarunt.

2. Beata es, o vespera ultima, quia vespera Ægypti in te completa fuit : Dominus noster in te manducavit pascha parvum et factus est sibimetipsi pascha magnum, pascha in paschate, festum in festo insertum fuit. Ecce pascha transiens et aliud quod non transit : ecce figura ejusque adimpletio.

3. Beatus es, o loce, quia in te libra veritatis duas lances possedit. Paschata duo fuerunt, duo agni, duo populi, duæque liberationes. Populus (Israel), sicut pascha ejus, agnum habuit temporalem et cum illo transiit et defecit. Liberatio populorum veritas est quæ nec infatuatur nec languescit, quia agnus Dei non transit.

4. Beatus es, quia duo discipuli missi sunt ut te ad cœnam suam designarent. Posthabitæ fuerunt ædes a Salomone ædificatæ Herodisque palatia; gratam sibi puritatem vidit in te et in medio tui invenit sanctitatem; fidei tuæ largitus est præstantissima suæ benedictionis dona in mercedem tui ministerii.

5. Beatus es, o juste loce, quia in te Dominus noster fregit corpus suum. Parvus locus spectaculum datum est universo mundo illumque replevit; per Moysen e monte glorioso datum est fœdus exiguum, fœdus vero magnum ex habitaculo exiguo egressum est et implevit terram.

6. Omnia quæ Moyses gessit, utpote figuræ, infirma erant. Oportuit porro figuras crescere, ne despicerentur donec earum adimpletio contingeret. At in contrarium oportuit magnitudinem nostri Salvatoris imminui, quia natura Dei gloriosa a creaturis cerni nequit nisi sub infirmitatis velo.

7. In te rursus apparuit Abrahæ quando currit ad pecus et attulit vitulum angelis[1]. Seraphim trepidarunt videntes Filium sindone renes accinctum pedes discipulorum in pelvi lavantem. Nec os valet dicere nec lingua narrare quomodo propalata est immunditia furis qui tradidit eum.

8. Dominus noster membra fratrum in pelvi abluit in signum concordiæ. Hoc eodem signo exstirpatum fuit membrum quod voluntarie seipsum abscidit et prodidit. E fonte aquarum (baptismi) recenter ascendimus, ne simus

[1] *Gen.* XVIII, 7.

ܕܦܠܝܓ ܠܗܕܡܝܗܘܢ .
ܕܢܩܫܝܢ ܘܠܐ ܪܓܫܝܢ .
ܕܥܡ ܪܚܡܗܘܢ ܢܩܝܫ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܐܘܠܨܢܟܝ .
ܠܩܘܒܠܐ ܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܩܐܡܐ .
ܡܕܡ ܕܒܟܝ ܗܘܐ ܟܠܗ ܒܪܝܬܐ .
ܡܠܐ ܡܕܡ ܙܥܘܪܐ ܗܘ .
ܛܘܒܝ ܠܡܥܡܪܟܝ ܕܒܓܘܗ ܐܬܩܨܝ .
ܗܘ ܠܚܡܐ ܕܡܢ ܟܦܐ ܒܪܝܟܬܐ .
ܒܟܝ ܗܘ ܐܬܥܨܪ .
ܣܓܘܠܐ ܕܡܢ ܡܪܝܡ .
ܒܟܣܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܚܙܐ .
ܡܕܡ ܕܚܙܝܬܝ ܐܦܠܐ ܢܚܙܐ .
ܡܪܢ ܥܒܕ ܒܟܝ ܡܕܒܚܐ ܩܘܫܬܐ .
ܟܗܢܐ ܘܠܚܡܐ ܘܟܣܐ ܦܘܪܩܢܐ .
ܗܘܝܘ ܠܢܦܫܗ ܣܦܩ ܠܟܠ .
ܘܐܢܫ ܕܢܣܦܩ ܠܗ ܠܐ ܡܨܐ .
ܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪܐ .
ܕܒܚܐ ܘܕܒܘܚܐ .
ܟܗܢܐ ܘܡܐܟܘܠܬܐ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܒܟܝ ܐܦܓܥ ܗܘܐ .
ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܠܐܡܪ ܩܘܫܬܐ .
ܥܠ ܪܙ ܘܠܐܝܘܬܐ ܥܠ ܐܬܐ .
ܒܥܘܒܐ ܢܝܚܐ ܘܐܬܚܒܫ ܒܗ .
ܛܘܒܝ ܠܡܥܡܪܟܝ ܕܒܓܘܗ ܐܫܬܡܠܝ .
ܗܘ ܦܨܚܐ ܕܐܟܘܬܗ ܠܐ ܗܘܐ .
ܐܡܪ ܙܒܢܐ .
ܫܠܚܗ ܫܘܠܛܢܗ ܘܝܗܒܗ .
ܠܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܠܐ ܡܬܛܝܒ ܗܘܐ ܐܝܟ .
ܐܝܟ ܦܬܘܪܟܝ ܒܟܠ ܡܠܟܐ .
ܐܦ ܠܐ ܒܡܫܟܢܐ ܕܩܘܕܫ ܩܘܕܫܐ .
ܕܠܚܡ ܪܫܝܬܐ ܒܓܘܟܝ ܐܬܩܨܝ ܗܘܐ .

membra divisa quæ inter se contendunt nec advertunt se cum amico litigare.

9. O beate loce! Tua angustia universo mundo opponi potest; quod in te continetur, quamtumvis parvum sit, totum mundum replet. Beatum habitaculum tuum, in quo manu benedicta fractus est panis! In te acinus e Maria ortus in calice salutis compressus est.

10. O beate loce! Non vidit quis nec videbit quod vidisti : Dominum nempe altare verum, sacerdotem, panem ac calicem salutis effectum. Ipse per se sufficit omnibus et nemo ei sufficere potest, ipse altare est et agnus, victima et sacrificator, sacerdos et esca.

11. O beatum locum! in quo agnus paschatis occurrit agno veritatis; symbolum quippe lassitudinis in sinum quietum ingressum est et in illo inclusum. Beatum habitaculum in quo peractum est pascha, quod sibi simile numquam habuit. Agnus temporalis suam potestatem exuit eamque tradidit agno Dei.

12. O beate loce! qualis tua mensa fuit nulla unquam parata est nec apud reges, nec in tabernaculo, nec in sancto sanctorum. In te panis primitiarum fractus

ܒܟ ܗܘ ܕܫܘܪܝܗ ܐܬܩܪܝ ܗܘ ܠܥܕܬܐ .
ܘܐܢܬܝ ܗܘܝܬܝ ܡܕܒܚܗ .
ܒܘܟܪܐ ܕܡܕܒܚܐ .
ܕܟܠ ܩܘܪܒܢܘܗ .
ܒܟ ܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܟܠܝܠܐ ܐܚ̈ܐ .
ܟܕ ܗܘܐ ܠܗ ܠܒܪܐ ܚܕܪܝܢ .
ܚܕ ܕܝܢ ܡܝܬܪܐ ܗܒܒܐ ܒܬܘܠܐ .
ܡܛܠ ܪܝܚܗ ܒܥܘܒܗ ܪܡܐ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܟܠܗܘܢ ܗܒ̈ܒܐ ܗܘܘ ܡܫܒ̈ܚܐ .
ܗܒܒܐ ܩܕܝܫܐ ܦܪܝܫ ܗܘܐ .
ܢܦܩ ܡܢ ܬܡܢ .
ܙܝܙܢܐ ܡܣܪܝܚܐ .
ܘܥܡܗ ܢܦܩ ܪܝܚܗ ܀
ܒܟ ܬܘܒ ܕܘܟܬܐ ܚܙܝ ܦܘܪܫܢܐ .
ܗܘ ܫܪܝܪܐ ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ .
ܦܪܫ ܓܝܪ ܒܠܠܝܐ ܒܪ ܚܫܘܟܐ .
ܘܥܛܦ ܚܫܟܐ ܕܕܡܐ ܠܗ .
ܪܓܙ ܗܘܐ ܐܘܟܡܐ ܘܩܡ ܢܦܩ .
ܪܝܫܐ ܕܓܕ̈ܝܐ ܘܠܐ ܗܦܟ .
ܒܕܝܢܐ ܦܪܫܝܢ .
ܓܕ̈ܝܐ ܒܢܝ ܛܘܗܡܗ .
ܡܢ ܐܡܪ̈ܝ ܢܘܗܪܐ ܀
ܒܟ ܬܘܒ ܐܬܓܠܝ ܐܪܙܐ ܟܣܝܐ .
ܒܠܚܡܐ ܓܠܝܐ ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗ .
ܟܣܐ ܕܢܚܘܐ ܕܟܡܐ ܪܚܡܗ .
ܘܓܠܐ ܕܢܘܕܥܘ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܠܗ .
ܟܣܐ ܘܣܒܪ ܠܗ ܕܠܐ ܪܓܫ .
ܐܟܣܗ ܘܒܣܪܗ ܗܘܐ ܒܥܠ ܛܥܡܗ .
ܐܘ ܒܣܝܡܐ .
ܕܠܐ ܐܡܪ ܠܗ ܕܐܢܬ ܗܘ .
ܐܠܐ ܕܐܢܬ ܐܡܪܬ ܀

est; tu fuisti prima Christi ecclesia, primumque altare; prima omnium oblationum in te visa fuit.

13. O beatum locum! in quo, dum Filius corona fratrum cinctus erat, unus eximius, virginitatis flos, propter bonum suum odorem in sinu ejus jacebat. Quum omnes essent flores pulcherrimi, flos sanctitatis maxime amœnus erat. Exivit porro inde zizanium fœtidum[1] et cum eo fœtor ejus.

14. In te etiam, o loce, declarata est certissima illa distinctio quæ fiet in judicio; nocte quippe separavit se filius tenebrarum et caligine ipsi congrua se involvit. Ira abreptus ater hædorum princeps surrexit et exivit nec reversus est. In judicio separabuntur hædi, ejus soboles, ab agnis lucis.

15. In te rursus patefactum est arcanum consilium per panem visibilem quem Dominus porrexit ei. Cælavit Judæ consilium ut ipsi demonstraret quantum eum amaret, et simul illud revelavit ut indicaret ei se nosse quis esset. Occultavit Dominus et ille putavit Dominum non advertere, reprehendit eum Dominus et ipse sprevit eum et injuria affecit. O mansuetus qui non dixit Judæ : « Tu es, » sed « tu dixisti[2]. »

[1] Judas Iscariotes.

[2] *Matth.* XXVI, 25.

16. In te, o loce, exorta est inter apostolos confusio quum hæc audierunt. Mater parturiendo nunquam tales passa est dolores quales passi sunt duodecim. Tacere volebant nec poterant, loqui cupiebant sed timore prohibebantur; ovis agno innuit : « Doce nos quis est lupus[1]. »

17. « Sacculos, inquit, sumite[2] » quia ipse assumpturus erat typum mortuorum in inferis degentium. Ostendit se ut hominem occidendum esse, nec posse se alere qui omnes alit. Resurrexit autem ut doceret se omnem alere carnem. Mortuus jacuit et ad vitam reversus est, seseque aluit ut doceret viventem esse qui mortuus fuerat.

18. O beatum locum! in quo per nomen gladiorum nomen justitiæ declaratum est. Per gladium Dominus abscidit Legem quæ absciderat auriculam servo, verborum ejus contemptori. Venit Misericors et, sanata auricula, jussit gladium reverti in vaginam suam[3] : symbolum legis violentæ quæ ortu mansueti Salvatoris cohibita est.

19. « Gladios, inquit, reassumite » ut amplius doceret a virgæ acerbitate abstinendum esse. Coercens quippe gladium Simonis gladio ardorem gladii resecavit. Ostendit autem legiones angelorum ut significaret se non indigere hominum auxilio . . . .

[1] Cfr. *Joan.* XIII, 25. [2] Cfr. *Luc.* XXII, 36. [3] Cfr. *Luc.* XXII, 49-52.

IV.

ܥܠ ܩܠܐ : ܕܛܘܒܝܟܝ ܐܦܪܬܐ :

ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܫܘܝܬ ܠܕܥܬ ܀
ܘܕܥܬܗ ܕܒܪܐ ܕܒܟܝ ܢܦܠܬ .
ܒܐܪܥܐ ܗܘ ܡܙܓܗ ܠܕܥܬܗ ܕܢܦܐ ܀
ܕܥܬܗ ܕܐܕܡ ܕܦܠܚ ܒܐܪܥܐ .
ܛܘܒ ܠܐܪܥܐ ܕܒܕܥܬܗ ܒܣܡܬܗ .
ܘܕܟܪܝܗܐ ܐܬܚܠܡܬ ܕܒܗ ܕܥܬ ܀
ܡܢܘ ܚܙܐ ܡܟܐܒ ܀
ܠܟܪܝܗܐ ܕܐܬܚܠܡ .
ܒܕܥܬܐ ܕܠܐ ܕܝܠܗ ܀

ܥܘܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܫܠܘܚܟ :

ܛܘܒܝܟܝ ܕܘܟܬܐ ܕܐܢܬܝ ܐܒܣܡܬܝܗ̇ ܀
ܠܓܢܬܐ ܒܨܠܘܬܟܝ .
ܒܗ̇ ܓܝܪ ܦܐܪܐ ܗܘܐ ܟܕ ܓܢܒ ܐܕܡ .
ܥܠ ܒܪܘܝܗ ܕܦܠܓ ܘܐܟܠ .
ܒܓܢܬܐ ܥܠ ܒܪܐ ܘܐܬܟܫܦ ܠܒܪܝܐ[a] .
ܕܐܬܦܢܝ ܒܓܢܬܐ ܒܨܠܘܬܗ ܀
ܐܡܪ ܗܘ ܕܠܐ .
ܨܒܝܢܝ ܢܗܘܐ ܀
ܐܠܐ ܨܒܝܢܟ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܐܦ ܠܟܝ ܩܢܝܐ ܕܒܣܝܪܐ .
ܕܠܟܝ ܢܩܦܬ ܗܘܬ ܐܝܕܗ ܕܡܠܟܢ .
ܩܢܝܐ ܗܘ ܕܐܚܕܘܗܝ ܥܘܠܐ ܒܐܕܐ .
ܕܐܝܟ ܕܚܙܐ ܟܬܒ ܦܣܩ ܕܝܢܐ .
ܘܝ ܠܨܗܝܘܢ ܘܠܐܘܪܫܠܡ ܕܐܪܓܙܘܗܝ .
ܠܚܡܬܗ ܕܡܠܟܐ ܩܥܝ ܒܙܘܙ ܫܐܠ .
ܡܟܠܐ ܕܐܬܟܠܘܗܝ .
ܡܠܟܐ ܕܫܠܐ ܟܬܒ ܦܣܩ .
ܕܢܬܚܪܒܘܢ ܕܠܐ ܪܚܡܝܢ ܀

[1] Ex cod. 14571, fol. 25, sqq.

[a] Abundat mensura versus.

IV.

Ejusdem toni[1]

1. O beatum locum, qui dignus fuit sudore Filii in eum delapso. Filius immiscuit terræ suum sudorem ut expelleret sudorem Adæ qui terram coluit. Beata terra quam suo sudore recreavit, quum illa esset ægra convaluit eo quod sudaverat. Quis vidit unquam ægrum sudore non suo convalescentem?

Responsorium : **Laudes missori tuo.**

2. Beatus es, o loce, qui tuis orationibus exhilarasti hortum deliciarum. In illo Adamus fructum surripiens atque comedens voluntarie dubitaverat de creatore suo. Filius in hortum ingressus oravit et suis orationibus acceptabilem reddidit voluntatem quæ defecerat in horto. Dixit : « *Non mea voluntas, sed tua fiat*[2]. »

3. O beatum calamum contemptus quem rex noster manu tenuit, quem etiam apprehenderunt iniqui, ut significarent scriptum jam esse judicium quo dissolvendi erant. Væ Sion et Jerusalem quæ regis iram excitaverunt. Clama, prædo, roga arcium direptionem. Rex quem rejecerunt decretum scripsit quo vastarentur absque misericordia.

[2] *Luc.* XXII, 43.

ܩܢܝܐ ܗܘ ܐܘܫܛܘܗܝ ܐܝܟ ܕܠܒܙܚܐ .
ܘܥܒܕ ܐܢܘܢ ܩܢܝܐ ܙܟܘܬܗ .
ܠܐ ܐܢܫ ܢܣܬܡܟ ܥܠ ܗܘ ܩܢܝܐ .
ܕܐܬܒܪ ܚܝܠܗ ܘܥܩܐ ܡܠܝܘܬܗ .
ܚܠܦ ܫܒܛܐ ܟܬܒ ܕܘܝܕ ܠܡܪܢ .
ܠܗܘ ܥܡܐ ܕܒܩܢܝܐ ܗܘ ܒܣܪܘܗܝ .
ܫܒܛܐ ܕܦܪܙܠܐ .
ܟܬܒ ܕܘܝܕ ܘܐܘܫܛܗ ،
ܕܢܫܘܦ ܠܙܩܘܦܘܗܝ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܐܦ ܠܟܝ ܐܘ ܓܓܘܠܬܐ .
ܚܣܡܬ ܫܡܝܐ ܒܙܥܘܪܘܬܟܝ .
ܟܕ ܓܝܪ ܡܢ ܠܥܠ ܟܕ ܗܘ ܒܫܡܝܐ .
ܫܝܢܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܘܐ ܠܐܠܗܘܬܐ .
ܕܥܠܝܟܝ ܗܘ ܕܚܠܝܢ ܐܬܟܠܠ ܚܘܒܝܢ .
ܘܡܢܟܝ ܠܓܝܣܐ ܦܬܝܚܐ ܥܠ ܥܕܢ .
ܫܡܝܐ ܠܐ ܫܟܚܘ .
ܘܢܗܘܘܢ ܠܟܠܢ ܓܘܣܐ .
ܥܕܡܐ ܗܘ ܕܒܟܝ ܦܪܩܢ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܦܬܟܐ ܐܝܟ ܕܠܨܠܡܐ .
ܕܡܠܟܐ ܚܪܘ ܒܟܝ ܘܥܡܗ ܙܩܦܘܟܝ .
ܡܠܟܐ ܠܕܡܘܬ ܡܝܬܐ ܗܘܐ ܘܦܬܟܐ .
ܨܠܡܐ ܕܝܠܗ ܒܓܘܢ ܡܠܟܘܬܐ .
ܠܐ ܒܨܠܡܗ ܒܪܝܐ ܟܣܝܐ ܗܘܝܬܝ .
ܕܡܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܙܩܝܦܐ ܨܒܝܥܐ ܗܘܝܬܝ .
ܘܗܘ ܡܠܟܐ ܕܐܙܕܩܦ .
ܕܢܣܒܪ ܕܟܣܝܘܬܟܝ .
ܠܕܒܪܝܘܬܗ ܫܘܦܪܟܝ ܀

ܐܦ ܠܟ ܟܬܒ ܙܕܝܩܐ ܗܘ ܥܡܡܝܐ .
ܡܢ ܟܠ ܥܡܡܐ ܫܬܩܐ ܕܝܠܟ ܡܡܠܠܝܢ .
ܫܘܪܝܐ ܕܝܠܟ ܗܘܘ ܢܒܝܐ ܠܒܪܐ .
ܗܘܘ ܠܗ ܠܒܪܐ ܡܢ ܟܠ ܥܡܡܐ .
ܘܢܒܝܘܬܐ ܕܥܡܡܐ ܩܪܝܐ ܢܒܝܐ .

4. Calamum in contemptum porrexerunt, ipse vero fecit eos suæ victoriæ trophæum. Nemo pro fulcimento accipiat hunc calamum quia confracta est fortitudo ejus et aspera facta est ejus plenitudo. Pro sceptro simplicem virgam Domino adscripsit David ut confusione operiret populum qui calamo sprevit eum. Virgam ferream[1] suis in scriptis porrexit ei David ut vexaret crucifixores ejus.

5. Beatus es, o Golgotha, cœlum invidet exiguitati tuæ. Etenim donec in supernis latuit Dominus noster, reconciliatio Deum inter hominemque effecta non fuit, sed super te redimitæ fuerunt iniquitates nostræ. Ex te latro in Eden apertum ingressus est. Cœli non potuerunt refugium nobis præbere, donec ille qui in te occisus fuit nos liberaret.

6. Beata es, o tabella, in te tanquam in imaginem regis oculos intenderunt teque cum eo cruci affixerunt. Rex speciem mortuorum referebat, at tabella, imago ejus, colore regio exornata erat. Non imagine ejus externa operta eras, sed latentibus imbuta eras similitudinibus regis crucifixi; ut tua externa species annuntiaret pulchritudines in te absconditas.

7. Justus ille ethnicus te scripsit pro omnibus gentibus; lineæ tuæ suo silentio rationales gentium prophetæ fuerunt Filio; gentium prophetia clamabat prophetam a crucifixoribus circumdatum fuisse

[1] Cfr. *Psal.* II, 9.

ܢܦܘܠܐ ܕܝܢ ܒܩܫܝܐ ܡܢܗ ܗܘܐ .
ܣܦܪ̈ܝܗܘܢ ܐܬܒܗܬܘ .
ܩܠ̈ܝܗܘܢ ܣܗܕܝܢ .
ܕܥܡܐ ܩܛܠ ܡܪܗ ❖
ܛܘܒܝܟ ܐܦ ܠܟ ܐܘ ܓܝܣܐ .
ܕܡܢܗ ܕܡܘܬܐ ܚܝ̈ܐ ܩܢܝܬ ܒܗ .
ܫܕܘܟ ܕܠܬܚܬܐ ܡܢ ܒܝܫ ܠܒܝܫ .
ܘܫܩܠܟ ܡܪܢ ܣܡܟ ܒܥܕܢ .
ܠܐ ܡܣܦܩ ܠܫܢܝ ܕܐܫܒܚܟ .
ܕܝܗܘܕܐ ܐܦ ܢܟܠܗ ܘܐܫܠܡܗ .
ܘܫܡܥܘܢ ܟܦܪ ܒܗ .
ܘܬܠܡܝ̈ܕܐ ܥܪܩܘ ܛܫܘ .
ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܘܕܝܬܝܗܝ ❖
ܒܐܪܙܐ ܗܘܐ ܐܨܛܠܒ ܒܝܬ ܓܝ̈ܣܐ .
ܕܚܕ ܓܕܦ ܗܘܐ ܐܚܪܢܐ ܐܘܕܝ .
ܐܪܙܐ ܕܗܘܐ ܓܠܐ ܕܥܡܐ ܢܦܩ .
ܗܐ ܡܒܪܝܢ ܒܗ ܘܥܡ̈ܡܐ ܡܘܕܝܢ .
ܒܫܬܩܐ ܗܘܐ ܒܣܪܗ ܠܓܕܘܦܐ ܒܐܪܙܘܗܝ .
ܕܗܐ ܒܟܠܢܝܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܒܣܠܝܐ .
ܠܝܗܘܕܝܐ ܦܠܓܝ .
ܐܦܪܐ ܒܡܠܬܗ .
ܘܗܐ ܐܬܪܡܘ ܒܢ̈ܝ ܓܒܐ ❖

ܙܩܦܘ ܒܪܡܬܐ ܨܠܝܒܗ ܡܦܩܢܝܢ .
ܘܢܚܬܘ ܐܝܟ ܘܬܚܬܘܗܝ ܩܡܘ .
ܐܪܙܐ ܗܘ ܨܪܘ ܠܗ ܕܥܠ ܒܪܡ ܝܬܒ .
ܘܥܒܕ ܠܗܘܢ ܟܘܒܫܐ ܠܪ̈ܓܠܘܗܝ .
ܓܓܘܠܬܐ ܡܚܙܝܬܐ ܗܝ ܕܥܕܬܗ .
ܕܥܠ ܩܪܢܐ ܕܫܪܪܐ ܥܠܝ ܒܢܗ .
ܐܦ ܣܡܟܗ[2] .
ܝܘܡܢܐ ܕܝܠܗ ܕܓܓܘܠܬܐ .
ܩܒܝܥܐ ܡܢܗ ܒܗ ❖

et depositum. Scribæ eorum publice pudefacti sunt, voces eorum testantur Dominum a populo suo occisum fuisse.

8. Beatus es, et tu, o latro, quia ex morte nactus es vitam. Homines te de malo in malum projecerunt. Sed tulit te Dominus et reposuit in Eden. Non potest lingua nostra satis te laudare. Judas quippe perfide Jesum tradidit, Simon negavit, discipuli fugientes se absconderunt, tu autem eum confessus es.

9. Jesus crucifixus est inter latrones, quorum unus blasphemabat alter confitebatur. Hoc sacramento nunc patefacto significantur populus Israel qui Christum nunc spernit et gentes quæ eum confitentur. Christus suo silentio sprevit blasphematorem latronem in figuram Judæorum nunc ubique despectorum, latroni vero fideli laudem verbo suo tribuit : ecce ejus discipuli exaltati sunt.

10. Crucem ejus in aperto colle erexerunt seque demittentes sub ea steterunt. Hoc symbolo repræsentarunt eum qui in solio sedens illos efficit scabellum pedum suorum[1]. Golgotha speculum est Ecclesiæ ejus, quam super verticem veritatis extulit et ædificavit. Hodie patet Ecclesiam Golgothæ ab eo infixam esse.

[1] Alludit ad *Psal.* CIX, 2.

[2] Cod. ܣܡܟ .

ܛܘܒܝܟ ܒܪ ܫܡܗ ܕܝܘܣܦ ܟܐܢܐ .
ܕܚܢܛ ܡܪܐ ܚܝܐ ܟܕ ܡܝܬ .
ܒܩܒܪܐ ܐܘܬܒ ܠܗ ܥܝܪܐ ܕܕܡܟ .
ܕܕܡܟ ܒܫܢܬܗ ܘܒܙܗ ܠܫܝܘܠ .
ܘܝ ܠܡܘܬܐ ܕܥܝܪܘܬܗ ܓܢܒܗ .
ܗܘ ܥܝܪܐ ܕܕܡܟ ܕܢܓܢܒܝܗ .
ܒܐܙܢ ܒܙܝܙ .
ܫܒܝܢ ܗܘܐ ܫܒܝܐ .
ܬܘ ܢܕܘܨ ܘܢܓܚܟ ܒܗ ✣
ܛܘܒܝܟ ܐܦ ܠܟ ܩܒܪܐ ܝܚܝܕܝܐ .
ܕܝܚܝܕܝܐ ܢܘܗܪܐ ܕܢܚ ܒܟ .
ܒܟ ܐܬܟܒܫ ܡܘܬܐ ܫܒܗܪܐ .
ܕܪܕܦܐ ܚܝܐ ܒܟ ܡܝܬ ܗܘܐ .
ܛܘܒ ܠܥܘܒܟ ܕܒܓܘܗ ܐܬܚܒܫ .
ܗܘ ܦܘܡܐ ܚܠܝܐ ܟܠܐ ܕܠܐ ܣܒܥ .
ܒܥܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ .
ܟܠܠܘ ܒܙܠܝܩܐ .
ܕܚܕܝܢ ܒܢܘܚܡܢ ✣
ܩܒܪܗ ܘܓܢܬܗ ܐܪܙܐ ܗܘܘ ܕܥܕܝܢ .
ܕܒܗ ܡܝܬ ܐܕܡ ܡܘܬܐ ܟܣܝܐ .
ܥܪܩ ܓܝܪ ܘܐܬܛܫܝ ܒܝܢ ܐܝܠܢܐ .
ܐܝܟ ܕܒܩܒܪܐ ܥܠ ܘܐܬܛܫܝ .
ܚܝܐ ܩܒܝܪܐ ܕܐܬܩܒܪ ܒܓܢܬܐ .
ܐܩܝܡܗ ܠܗܘ ܕܢܦܠ ܒܓܢܬܐ .
ܡܢ ܩܒܪܗ ܕܓܢܬܐ .
ܠܓܢܘܢܗ ܕܓܢܬܐ .
ܐܥܠܗ ܒܫܘܒܚܐ ✣
ܐܝܟܐ ܐܢܬ ܚܘܝܐ ܐܟܠܐ ܚܒܪܗ .
ܕܗܘ ܓܝܣܐ ܕܩܛܠ ܠܐܕܡ .
ܒܝܫܐ ܛܥܐ ܩܛܠ ܘܣܟܪ ܦܘܡܗ .
ܘܐܣܓܝ ܦܓܪܐ ܠܡܘܬܐ ܐܟܠܐ .
ܘܝ ܠܬܪܝܟܘܢ ܕܗܐ ܡܢ ܚܕ ܙܟܝܬܘܢ .
ܒܚܕ ܐܬܕܠܝܬܘܢ ܘܣܦܬܘܢ .
ܚܘܐ ܒܓܢܬܐ .
ܘܐܕܡ ܒܦܪܕܝܣܐ .
ܘܐܢܬܘܢ ܒܫܘܢܩܐ ✣

11. Beatus es, o hæres nominis Josephi justi, qui condivisti et sepelisti auctorem vitæ defunctum; in sepulchrum deposuisti Vigilem sopitum, qui somno mersus inferos spoliavit. Væ morti! quia vigilantiam ejus fefellit Vigil, qui obdormivit ut eam clam spoliaret. Ecce spoliator noster spoliatus est et captivans nos captivus fit. Venite, exultemus, et irrideamus ei.

12. O beatum unicum Unigeniti sepulchrum! Lux orta est in te; in te superba devicta est mors, quæ mortuum in te viventem persequebatur. O beatum sinum tuum! in quo occlusus jacet Heluo, qui insatiabili ore inhiabat ad vorandos omnes. Angeli portam tuam lucidis coronarunt radiis, de resurrectione nostra gaudentes.

13. Sepulchrum Christi et hortus mystice designant Eden, in quo occulta morte Adamus defunctus est; fugit quippe et se abscondit inter arbores et velut in sepulchro ingressus conditus fuit. Qui autem vivus sepultus fuit in horto, resurgens suscitavit eum qui lapsus est in horto; e sepulchro horti in thalamum horti introduxit eum cum gloria.

14. Ubinam es, o serpens vorax, socius istius latronis qui occidit Adamum? Malus decepit, necavit et clauso ore multiplicavit cadavera morti voraci. Væ vobis ambobus! Ecce ab uno devicti estis. Per unum sublati defecistis : Heva in horto, Adamus in paradiso et vos in tormentis.

ܛܘܒܝܟܝ ܐܦ ܠܟܝ ܐܘ ܒܝܬ ܥܢܝܐ .
ܕܛܘܪ ܩܒܘܬܐ ܐܦ ܛܘܪ ܣܝܢܝ .
ܣܢܝܢ ܠܟܝ ܕܡܢܗܘܢ ܠܐ ܐܣܬܠܩ .
ܡܪܢ ܪܡܐ ܠܫܡܝܐ ܡܢܟܝ .
ܛܘܒܝ ܠܐܪ̈ܥܬܟܝ ܕܐܬܒܪܟ ܒܡܣܩܬܗ .
ܛܘܒܝ ܕܐܬܚܙܝܬ ܣܘܠܩܗ ܡܫܒܚܐ .
ܥܝܢܐ ܕܐܪܟܢܬ .
ܪܘܡܗ ܠܡܟܝܟܐ .
ܕܐܡܠܟ ܠܥܠ ܘܠܬܚܬ ◆
ܛܘܒܝ ܕܝܢ ܕܠܐ ܣܟܘܡ ܠܬܠܝܬܝܬܐ .
ܘܬܠܝܬܝܗ ܕܐܒܐ ܕܡܘܬܗ .
ܝܠܕܗ ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܒܢܨܪܬ ܪܒܝܘܗܝ .
ܘܒܝܬ ܥܢܝܐ ܠܘܬ ܣܘܠܩܗ .
ܒܗܘܢ ܫܪܐ ܗܘܐ ܘܐܦ ܫܠܡ ܘܐܬܪܝܡ .
ܘܚܡܝܪܗ ܛܡܪ ܒܥܡܗ ܒܥܡܐ .
ܘܗܘܐ ܐܬܬܠܝ ܢܓܕ .
ܠܟܠܗ ܥܡܡ̈ܐ ܕܠܐ ܒ . . ܠ .
ܬܫܒ̈ܚܢ ܠܫܠܘܚܗ ◆

15. Beata es, o Bethania, mons arcæ et mons Sinaï invident tibi, quia ab illis non se elevavit in cœlum Dominus noster altissimus sicut se a te elevavit. Beata arva tua quibus in suo ascensu benedixit. O beatum oculum! qui vidit ascensum ejus gloriosum, quia summisit altitudinem suam Humili qui regnavit superne et deorsum.

16. Ter quaterque beatam trinitatem, Trinitati Patris similem! Natus est in Bethleem, habitavit in Nazareth, ad cœlos ascendit in Bethania. In his tribus locis incœpit, vitam peregit, et elevatus est. Fermentum suum abscondit in populo, et elevatus traxit omnes gentes... Laudes missori ejus!

V.

ܬܘܒ ܕܥܠ ܙܩܝܦܘܬܐ .

ܥܠ ܩܠܐ ܕܟܠܬ ܡܠܟܐ :

ܐܚ̈ܝ ܥܒܕܐ ܡܚܝܗܝ ܗܘܐ .
ܦܟܐ ܠܡܪܐ . ܡܚܪܪ ܥܒ̈ܕܐ .
ܐܘ ܠܒܣܝܡܐ ܕܐܦ ܠܗܘ .
ܥܒܕܐ ܕܡܚܝܗܝ . ܨܒܐ ܕܢܚܪܪ .
ܐܬܥܝܩ ܡܪܗ . ܕܥܒܕܐ ܠܝܛܐ .
ܕܡܚܐ ܦܟܐ . ܘܠܐ ܩܒܠ ܚܐܪܘܬܗ .
ܥܠ ܦܟܗ ܩܒܠ .
ܥܒܕܐ ܕܡܫܬܚܪܪ .
ܗܘܐ ܡܚܪܪ ܟܠ ܡܚܐ ܗܘܐ .

RURSUS DE CRUCIFIXIONE.

Tono : **Sponsa regis** [1].

1. Fratres, servus alapam inflixit Domino qui omnes liberat. O dulcissimum illum! qui liberare voluit servum qui eum percusserat. Contristatus est Dominus servi maledicti, qui maxillam percussit et non obtinuit Domini sui manumissionem. In maxilla alapam accipit qui manu mittitur; qui omnes manu mittit hic vapulavit.

[1] Stropha hæc reperitur in *Scala* 3ª. Constat versibus 13 hac ratione dispositis : 6446444444558.

Duos versus 4 syllabarum in una linea posuimus.

ܒܥܘܬܐ : ܫܡܝܐ ܐܦ ܐܪܥܐ . ܘܗܝ ܘܟܠ
ܕܒܗܘܢ . ܠܐ ܡܨܝܢ ܠܡܦܪܥܘ . ܥܠ ܗܕܐ :

ܟܕ ܡܫܠܡܝܢ ܠܚܫܘܗܝ .
ܡܐܢܐ ܠܒܫܘܗܝ . ܒܒܝܬ ܡܠܟܘ .
ܟܕ ܡܫܠܡܝܢ ܐܝܟ ܕܒܛܠܝܐ ܣܓܕܘ ܠܗ .
ܒܟܠܝܠܐ ܕܟܘܒܐ . ܕܣܡܘ ܠܗ ܚܘܝܘ .
ܘܐܣܗܕܘ ܕܫܪܐ ܠܠܘܛܬܐ ܕܐܕܡ .
ܒܟܠ ܡܐ ܕܒܛܠܘ ܗܘܘ .
ܕܒܪܝܢ ܡܠܘܗܝ .
ܫܪܪܗ ܒܕܓܠܐ ܐܬܟܠܠ ܀

ܦܪܣܐ ܠܗܘ ܕܡܕܒܚܐ .
ܐܝܟ ܕܡܫܬܡܥ . ܫܩܠܘ ܗܘܘ ܘܐܦܩܘ .
ܒܥܘ ܥܠܬܐ ܒܟܠܐ .
ܠܡܫܛܝܢܘ . ܕܢܣܒܘܢ ܒܥܠܘܗܝ .
ܢܣܒ ܡܠܟܘܬܐ . ܒܥܘ ܡܠܒܫܘ ܗܘܘ .
ܥܪܛܠܘ ܡܕܒܚܐ . ܘܐܠܒܫܘܗܝ ܕܢܡܘܬ .
ܒܡܐܢܝ ܡܕܒܚܐ .
ܩܒܠ ܡܠܟܘܬܐ .
ܐܝܟ ܦܕܐ ܕܠܒܫ ܐܦ ܕܘܝܕ ܀

ܥܠܡܝܐ ܕܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ .
ܐܘ ܠܡܐܢܘܗܝ . ܡܚܝܒ ܡܘܬܐ ܗܘܐ .
ܒܢܡܘܣܢ ܠܗܘ ܐܡܪܝܢ .
ܡܘܬܐ ܚܝܒ . ܘܕܠܐ ܢܬܚܝܒܘܢ .
ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ . ܕܒܗܝ ܐܝܬ .
ܠܐ ܦܫܩܘ ܗܘܘ . ܥܠܬܗ ܕܠܒܫ .
ܕܗܘܝ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ .
ܕܢܓܠܘܢ ܗܘܘ ܕܒܪܘܟܠܘܬܗ .
ܡܦܩܝܢ ܥܠܬܐ ܕܢܟܠܐ ܗܘܘ ܀
ܬܪܝܢ ܓܝܪ ܦܚܝܢ ܢܨܠܘܢ .

Responsorium : Cœlum et terra et omnia quæ in eis sunt non valent debitas tibi reddere gratias pro hoc beneficio[1].

2. Quum Christum cruciatibus affecissent, induerunt eum et regem fecerunt in prætorio, ludentes ut pueri et specietenus adorantes[2]. Per coronam autem spinarum ipsi impositam demonstrarunt et testati sunt ipsum solvisse maledictionem Adæ. Quacumque ratione verba ejus irrita facere vellent, veritas ejus per mendaces triumphabat.

3. Velum altaris, ut fertur, abstulerunt. Diligenti perscrutatione prætextum quæsiverunt eum accusandi. Volentes igitur ei imponere insignia regiæ potestatis perrexerunt, exuerunt sacrum altare et induerunt eum ut moreretur. Velis sacris indutus accepit regnum, ut David quando induit Ephod.

4. Laicus ad altare accedens aut ejus utensilia tangens mori debebat. « In lege nostra, inquiunt, mortis reus est[3]. » Ne autem tanquam rei traducerentur a potestate qua subacti fuerant, non explicarunt rationem propter quam induerant eum; rem patefacere timentes, subdole propter metum accusationem protulerunt.

5. Duos quippe laqueos tendere

[1] Istud responsorium efformatum est e tribus posterioribus versibus strophæ nonæ.

[2] Verba lectu difficilia. Conjectando versionem adornavimus. Desunt quædam verba. Mensura versuum perturbata est.

[3] *Joan.* XIX, 7.

ܠܡܫܝܚܐ . ܠܗܘ ܕܒܨܐ ܟܠ .
ܫܕܘ ܒܢܟܠ ܥܠܘܗܝ ܒܪܝܟܬܐ .
ܢܝܫ ܡܠܟܘܬܐ . ܘܟܣܝܘ ܥܠܘܗܝ .
ܠܒܘܫ ܠܟܗܢܘܬܐ . ܕܐܘ ܥܠ ܡܢ ܗܕܐ .
ܐܘ ܡܢ ܗܕܐ . ܢܫܬܠܡ ܠܡܘܬܐ .
ܕܒܬܪܬܝܢ ܚܒܫܘܗܝ .
ܒܬܪܬܝܢ ܚܒܫ ܐܢܘܢ .
ܒܫܩܠܗ ܠܡܠܟܘܬܐ ܘܟܘܡܪܘܬܐ ܀

ܠܕܝܢܐ ܝܗܒ ܐܫܠܡܘܗܝ .
ܠܐ ܟܕ ܐܪܓܫܘ . ܕܒܗ ܐܬܚܝܒܘ .
ܐܦܝ ܬܪܥܐ ܗܘ ܦܪܣܗ .
ܒܩܠܐ ܕܨܪܝܗ . ܠܚܘܪܒܐ ܐܚܪܝܐ .
ܕܠܗܘܢ . ܙܟܘ ܚܛܗܘ ܐܥܫܢܘ .
ܗܘܬ ܚܘܒܬܗܘܢ . ܥܠܬܐ ܠܚܘܪܒܐ .
ܡܢܘ ܚܙܐ ܥܒܕܐ .
ܕܟܬܒ ܕܝܢܐ ܕܡܪܗ .
ܘܟܬܒ ܢܩܫ ܐܝܕܝ ܡܠܟܘܬܗ ܀

ܠܩܣܪ ܕܓܒܘ ܡܣܟܠܐ .
ܗܘܐ ܗܦܟܗ . ܠܒܝܬ ܡܥܡܪܗܘܢ .
ܕܝܢܐ ܠܗܘܢ* ܗܘ ܕܩܪܘܗܝ .
ܕܢܗܘܐ ܢܫܠܡ . ܠܐ ܟܕ ܥܘܪܘ .
ܫܘܚܕܐ ܠܥܝܢܐ . ܘܙܟܝ ܠܚܣܝܐ .
ܘܡܪܐ ܕܝܢ . ܠܣܦܪܐ ܗܘܐ ܩܛܓܪܐ .
ܒܡܝܐ ܐܫܝܓ ܐܝܕܘܗܝ .
ܡܢ ܗܘ ܕܡܐ ܚܝܐ .
ܕܛܫܘܗܝ ܕܒܝܬ ܩܝܢ ܒܥܡܗܘܢ ܀

ܟܠܗ ܕܝܢ ܫܪܒܬܗ ܚܕ ܠܚܕ .
ܟܠ ܕܐܫܬܘܝܘ . ܥܪܒܐ ܚܒܪܗ .
ܕܟܠܗ ܚܙܘ ܕܐܪܓܫܘ ܕܫܘܠܡܐ ܗܘܐ .
ܡܫܚܬܐ ܦܝܫܐ . ܘܡܒܕܪܝܢ ܐܢܘܢ .
ܠܐ ܐܬܦܠܓ ܕܪܐ . ܕܢܦܠܓ ܚܕܪܘ ،
ܕܐܝܟ ܒܢܝܢܐ ܡܫܠܡܝܢ ܚܕܕܐ .

voluerunt illi qui omnia scrutatur; dolose in eum projecerunt insignia regni eumque cooperuerunt glorioso sacerdotii vestimento, ut sive propter hoc sive propter illud morti traderetur. At quia duobus eum concluserant, ipse duobus eos constrixit, ablatione scilicet regni et sacerdotii.

6. Judici tradiderunt eum non advertentes se ab eo damnatos esse. Velum ipse explicavit voce quæ scidit illud in signum ultimæ eorum vastationis. Quia innocentem devicerant, eorum reatus aggravatus est eorumque delictum vastationis causa fuit. Quis vidit unquam servum scribere judicium Domini sui? Scripsit, manibusque plausit et commisit nobis regnum ejus.

7. Cæsar, quem sibi iniqui elegerant, subvertit habitationem eorum. Justum judicem, cui clamaverant Jesum sibi tradendum esse, non excæcarunt munera; ipse innocentem declaravit piissimum Dominum, et scribarum accusator factus est. Aqua lavit manus suas ab illo sanguine, quem Caini progenies abscondit in populo suo.

8. Omnes hujus populi generationes assenserunt et spoponderunt pro invicem. Quum enim advertissent suum delictum iræ divinæ mensuram implevisse seque per orbem dispersas, timuerunt, et non cogitavit una generatio ut

* Abundat ܠܗܘܢ.

ܕܡܢ ܠܡܬܘܠܐ .
ܕܐܬܕܝܢܘ ܐܬܚܝܒܘ .
ܠܐ ܦܐܫ ܕܢܦܪܩܘܢ ܚܒܪܝܗܘܢ ✣

liberaret alteram, sicut latrones qui se invicem produnt, et sicut homicidæ qui a judice rei declarati de sociis liberandis non cogitant.

ܘܟܕ ܩܥܘ ܥܠܘܗܝ ܘܢܓܕܘܗܝ .
ܠܐ ܐܪܓܫܘ ܗܘܘ . ܕܢܓܕܐ ܦܪܥ ܗܘܐ .
ܕܝܪܬܐ ܚܘܒܬܐ ܕܐܬܛܢܦ .
ܘܐܣܬܟܠ ܒܥܕܢ . ܐܘ ܠܟ ܡܪܐ .
ܕܚܣܬ ܥܠ ܥܒܕܟ ܕܠܐ ܢܬܢܓܕ .
ܘܠܒܪܟ ܠܢܓܘܕܘܗܝ . ܐܫܠܡܬܗ ܡܛܠܬܢ .
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ .
ܘܟܠ ܕܒܗܘܢ .
ܠܐ ܣܦܩܝܢ ܠܬܘܕܝܬܟ ܥܠ ܗܕܐ ✣

9. Quum nefarii vociferarentur contra Dominum eumque flagellarent, non animadvertebant flagellationem compensare debita illius hæredis, qui inquinatus est et deliquit in Eden. O Domine, qui pepercisti servo tuo ut non flagellaretur et Filium tuum flagellantibus tradidisti pro nobis, cœli et terra et omnia quæ in eis sunt non valent debitas tibi agere gratias pro hoc beneficio.

ܘܟܕ ܠܥܡܘܕܐ ܐܝܬܝܘܗܝ .
ܐܦ ܨܘܪܬܗ . ܕܥܡܐ ܚܘܝܘ .
ܕܠܗ ܐܝܟ ܫܡܫܘܢ ܕܐܬܬܠܠ .
ܕܥܩܪ ܠܥܡܘܕܐ . ܡܪܢ ܕܫܡܫܘܢ .
ܗܘܐ ܥܡܘܕܗ . ܕܩܘܫܬܐ ܡܕܝܢܬܐ .
ܕܡܐ ܕܐܬܪܦܝ . ܘܐܬܦܢܝ ܘܢܦܠܬ .
ܗܦܟܘܗ ܟܠܕܝܐ .
ܘܩܡܬ ܘܐܬܗܦܟܬ .
ܕܟܦܪܬ ܒܥܡܘܕܗ ܐܬܗܦܟܬ ✣

10. Dum autem Jesum ad columnas adducerent, figuram exprimebant ruinæ populi; affixerunt eum, ut Samsonem, qui affixus columnas subvertit. Dominus Samsonis est per se columna veritatis urbis sanctæ, quo se relaxante, urbs cecidit; eam Chaldæi subverterunt et rursus erexerunt. Subversa est nec amplius erecta, quia abnegavit columnam suam.

ܕܒܡܚܘܬܐ ܢܓܕܘܗܝ .
ܐܦ ܚܫܘܗܝ . ܨܪܘ ܒܚܫܘܗ .
ܕܡܠܟܘܬܐ ܓܝܪ ܫܩܠ .
ܘܟܗܢܘܬܐ . ܘܢܒܝܘܬܐ .
ܬܠܬ ܓܝܪ ܥܠܥܝܢ . ܢܦܩ ܗܘܐ ܘܫܩܠ .
ܡܢ ܦܘܡܗ . ܕܚܝܘܬܐ ܥܫܝܢܬܐ .
ܩܪܢܬܗ ܬܒܪ .
ܘܐܦܩ ܥܠܥܐ ܫܕܐ .
ܘܚܝܠܗ ܫܩܠ ܘܬܒܪܗ ✣

11. Flagellis cæderunt eum. Ejus passione figuram depinxerunt suarum perpessionum. Abstulit quippe Dominus eis regnum, sacerdotium, et prophetiam. Tres costas extraxerat et abstulerat ab ore bestiæ ferocis[1]. Cornua ejus fregit, eductam costam abjecit, fortitudinem ejus abstulit et confregit.

ܐܦܝ ܬܪܥܐ ܕܐܬܨܪܝ .

12. Scissio veli vox fuit desola-

[1] Cfr. *Dan.* VII, 5, sqq.

tionis in sanctuarium, vox luctus fuit annuntians illud hoc tempore subvertendum et vastandum esse. Scidit summus sacerdos tunicam suam, figuram sacerdotii quod induit sacerdos verus. Scissum est velum sanctuarii, in signum quod sanctum altare illius ministerium induit.

13. Sua commotione terra significavit subvertendas Judæorum habitationes eorumque pedem jam moveri ad emigrandum. Abstulit eos Dominus et projecit atque dispersit in quatuor orbis partes. Populus, qui ira Dei dispersus est, ut congregentur gentes, evertit sanctuarium suum et ædificavit sanctuarium nostrum.

14. Etiam sol iste, lucerna hominum, defecit, acceptoque tenebrarum pallio sese involvit, ut non videret opprobrium solis justitiæ quo illuminantur cœlestes Vigiles. Orbis vacillavit, cœli inclinati sunt, inferni mortuos evomuerunt eosque redire fecerunt.

15. Astra, ministri Filii, in die passionis, simul impleverunt figuram plenitudinis ejus quæ nihil defectus habet. Sol figura fuit majestatis ejus, luna humanitatis. Prædicarunt eum ambo, luna, quæ a diluculo soli occurrens conspexit eum, figura fuit gregis Christi qui occurrit ei.

ܐܦ ܠܩܒܪܐ ܕܐܚܬܘܗܝ .
ܚܕܬܐ ܗܘܐ ܨܝܪ . ܒܐܪܙܐ ܕܥܡ̈ܡܐ .
ܕܥܡܕܘ ܘܕܟܘ ܘܐܬܚܕܬܘ .
ܘܗܘܘ ܚܬܝܬܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ .
ܐܦ ܡܠܟܐ ܕܩܛܝܠܐ .
ܒܓܘ ܦܓܪܝܗܘܢ . ܡܙܓܘܗܝ ܒܚܘܒܐ .
ܒܝܘܡܐ ܠܬܠܬܐ .
ܩܡ ܘܐܪܦܝܗ ܠܩܒܪܐ .
ܡܘܬܐ ܕܗܘ ܚܝܐ ܗܘ ܠܥܠܡ ❖

16. Sepulchrum, in quo eum deposuerunt, novum fuit, ut repræsentaret gentes quæ baptismo ablutæ, purificatæ et renovatæ sunt, atque corpus et sanguinem Regis occisi suis corporibus cum amore immiscuerunt. Die tertia surrexit Dominus; sepulchrum ejus deseruit mors, quia ipse vivit in æternum.

ܟܐܦܐ ܕܩܒܪܗ ܕܓܠܓܠܗ .
ܡܠܐܟ ܪܘܡܐ . ܒܕܡܘܬ ܥܒܕܐ .
ܕܦܬܚ ܬܪܥܐ ܒܕܚܠܬܐ .
ܩܕܡܘܗܝ ܡܪܗ . ܬܠܬܐ ܒܩܒܪ .
ܚܙܘ ܕܩܡ ܡܪܗ . ܘܐܟܪܙܘ ܠܗ .
ܒܬܠܬܐ . ܐܟܪܙܘܗܝ ܬܠܬܐ .
ܡܪܝܡ ܕܚܙܬܗ .
ܐܦ ܥܕܬܐ ܕܩܕܡܝܬܐ .
ܗܝ ܚܙܬ ܪܡܙܐ ܕܡܐܬܝܬܗ ❖

17. Lapidem sepulchri revolvit angelus Altissimi, in more servi qui cum timore portam aperit coram domino suo. Tres angeli ad sepulchrum viderunt Christum resurrexisse tertia die; tres annuntiaverunt eum. Maria quæ vidit eum figura est Ecclesiæ prioris quæ vidit signum adventus ejus.

ܐܦ ܬܟܤܝܬܗ ܡܟܪܙܢ .
ܥܠ ܕܚܝܘܗܝ . ܕܐܦܝܩܝ ܢܘܗܪܐ .
ܠܐ ܓܝܪ ܐܫܟܚ ܐܘܟܡܗ .
ܗܢܘܢ ܫܒܩܘ ܗܘܘ ܒܩܒܪܐ .
ܕܒܓܘ ܩܒܪܐ ܘܠܐ ܗܘ ܦܓܪܐ .
ܕܦܓܪܗ ܢܟܪܙ ܩܝܡܬܐ ܕܦܓܪ̈ܐ .
ܚܢܘܛܐ ܕܦܓܪܗ .
ܪܙ ܡܠܬܐ ܕܩܘܫܬܐ .
ܕܗܝ ܢܛܪܐ ܚܝ̈ܐ ܕܢܦܫܬܐ ❖

18. Qua ratione nunc vivat testantur vestes ejus luce resplendentes. Nec enim eum attingere potuerunt tenebræ. Remanserunt vestes in sepulchro, sed non remansit corpus, ut corpus resurrectionem annuntiaret corporum. Corporis autem conditura figura est verbi veritatis, quo vita servatur animarum.

VI.

ܒܪ ܩܠܗ :

Ejusdem toni.

ܒܗܬܘ ܙܩܘ̈ܦܐ ܕܐܪܟܒܘܗܝ .
ܨܠܝܒܐ ܫܒܝܚܐ . ܡܥܛܦ ܐܪ̈ܙܐ .
ܕܨܠܒ ܒܗ ܠܗ ܡܫܝܚܐ .

1. Erubuerunt crucifixores, qui eum evexerant in crucem gloriosam sacramentisque obvolutam, quod

ܡܢ ܙܠܝܩܐ. ܘܐܦ ܡܪܟܒܬܐ.
ܡܢ ܟܪܘܒܐ. ܐܝܟ ܡܪܟܒܬܐ.
ܗܘ ܕܟܪܘܒܐ. ܡܫܒܚܐ ܒܟܘܟܒܐ.
ܒܪܝܟ ܗܘ ܗܘ ܕܟܒܫ.
ܟܪܘܒܐ ܘܪܟܒܐ.
ܘܡܕܒܪ ܦܓܘܕܝܗܘܢ ܒܪܡܙܗ ܀

ܥܘܢܝܬܐ : ܠܟ ܡܪܢ ܫܘܒܚܐ ܘܠܡܫܕܪܟ. ܡܢ ܐܡܪܐ ܕܙܟܘ ܒܨܠܝܒܟ :

ܐܦ ܗܘ ܝܘܡܐ ܕܚܫܗ.
ܪܐܙܐ ܗܘ ܪܒܐ. ܘܐܘܦܝܐ ܠܬܡܗܐ.
ܝܘܡܐ ܗܘ ܕܐܕܡ ܕܚܛܐ.
ܐܬܚܝܒ ܗܘܐ. ܐܪܙܐ ܪܒܐ.
ܫܡܫܐ ܥܪܒ. ܥܒܪ ܢܘܗܪܐ.
ܘܥܡܗ ܐܬܛܫܝ ܒܚܫܘܟܐ.
ܗܘܐ ܒܗ ܒܚܫܘܟܐ.
ܘܗܦܟ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ.
ܝܘܡܐ ܕܚܫܟ ܢܗܪ ܘܐܬܢܨܚ ܀

ܒܠܠ ܨܠܝܒܐ ܠܝܫܘܥ ܕܐܪܟܒܘܗܝ.
ܗܐ ܗܘ ܨܠܝܒܐ. ܒܠܠ ܚܢܢܐ ܗܘ.
ܒܨܠܝܒܗ ܒܛܠ ܒܨܠܝܒܗ.
ܠܗܘܢ ܕܢܨܛܠܒܘܢ. ܢܒܠܥ ܡܪܝܪܐ.
ܠܐ ܡܬܒܪܟܝܢ. ܐܘ ܒܚܢܝܢܐ.
ܕܐܦ ܐܦ ܠܝܛܐ. ܒܒܘܪܟܬܗ ܢܬܒܪܟ.
ܨܠܝܒܐ ܒܨܠܝܒܗ.
ܠܦܬܟܪܝܗܘܢ ܕܥܡܐ.
ܘܨܠܝܒܐ ܕܥܡܐ ܠܐܝܟ ܕܥܡܡܐ ܀

ܒܫܝܛܘܬܐ ܗܘܐ ܠܒܝܫ ܐܪܓܘܢܐ.
ܘܐܦ ܐܬܦܠܓܘ ܢܚܬܘܗܝ ܕܟܝܐ.
ܒܗ̇ ܗܘ ܟܣܘ ܣܦܪܐ.
ܫܒܝܚܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܫܡܥܘ.
ܠܐ ܫܡܥܘ ܡܠܐ. ܕܡܙܡܘܪܐ.
ܕܦܫܩ ܣܦܪܐ. ܕܩܘܫܬܐ ܢܚܬܘܗܝ.

illam reddidit fulguribus gloriosiorem. Currus ejus suis radiis similis est currui Cherubim fulguribus circumdato. Benedictus qui currui suo alligavit Cherubim cum astris, et frena eorum suo nutu moderatur.

Responsorium : Tibi, Domine, gloria et per te missori tuo ab agnis qui per crucem tuam triumphant.

2. Dies passionis ejusque occasus magnum est sacramentum admirabilisque figura; repræsentat diem quo inclinante Adamus reus factus est; significat solem occidisse, lucem ab Adamo recessisse seque in tenebris abscondisse. Fuit ille in tenebris, sed rediit lux. Dies, qui tenebris involutus fuerat, rursus luxit et illustratus est.

3. Quia in crucem Jesum evexerunt, ecce crux fons misericordiarum effecta est. Cruce sua abolevit crucem, ut sontes non amplius crucifigerentur. O dulcissime, cujus benedictionibus dignantur ipsi etiam maledicti. Cruce quippe sua simul abolevit et idola populi Israel et cruces populorum.

4. Per contemptum indutus fuit purpura; divisa etiam fuerunt munda ejus vestimenta. Hac re coarguerunt se scribæ superbi quasi nunquam audivissent verba psalmi quem liber veritatis per vestmienta ejus explicavit. Quæ

ܠܣܦܪ ܣܝܡܬܐ .
ܣܟܘ ܡܟܣܝܬܐ .
ܕܢܐܬܐ ܢܦܫܘܩ ܗܘܐ ܟܣܝܬܐ ܀
ܐܘ ܓܙܝܪܐ ܕܠܐ ܒܗܬܘ .
ܠܡܨܥܪܘ . ܠܡܪܐ ܓܙܝܪܐ .
ܐܠܘ ܥܘܠܐ ܗܘ ܐܝܬ ܗܘܐ .
ܟܠ ܡܘܬܐ . ܐܠܐ ܓܡܪ ܒܟܠ .
ܓܡܪ ܢܡܘܣܐ . ܘܣܦ ܥܡܐ .
ܡܠܘ ܦܘܩܕܢܐ . ܘܐܙܕܠܦܘ ܫܒܝܚܐ .
ܕܫܛܘ ܓܙܘܪܬܐ .
ܡܢ ܒܐܪܥܗܘܢ ܠܙܩܝܦܐ .
ܫܛܘ ܠܓܙܘܪܬܐ ܒܗ ܥܡܡܐ ܀

ܟܘܬܝܢܗ ܕܝܢ ܕܠܐ ܣܕܝܩܐ .
ܐܪܙܐ ܗܘ ܪܒܐ . ܕܗܝܡܢܘܬܐ .
ܫܠܝܚܐ ܦܪܣܘܗ ܒܥܠܡܐ .
ܟܕ ܠܐ ܣܕܝܩܐ[a] . . . .
ܢܚܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܬܦܠܓܘ ܗܘܘ .
ܦܠܓܘܬܐ ܘܣܕܩܐ[b] ܕܩܘ . ܕܐܬܦܠܓܘ ܒܡܪܥܝܬܗ .
ܐܪܙܐ ܕܟܘܬܝܢܗ .
ܡܫܬܒܚ ܠܡܗܝܡܢܐ .
ܦܠܓܐ ܡܢ ܢܚܬܘܗܝ ܐܬܟܪܙܘ ܀

ܟܕ ܐܫܛܘܗ ܡܨܥܬܗܘܢ .
ܒܝܢ ܓܝܣܐ . ܒܢܦܫܗܘܢ ܨܪܘ .
ܕܒܪ ܣܡܠܐ ܗܘ ܐܬܪܗܘܢ .
ܒܗ ܡܫܬܒܩܝܢ . ܕܓܒܐ ܠܥܡܡܐ .
ܕܒܨܠܝܒܐ . ܥܪܩܘ ܘܐܬܓܘܣܘ .
ܐܝܟ ܓܝܣܐ . ܕܐܬܚܝܠ ܠܡܪܢ .
ܡܪܢ ܚܙܝܗܝ ܕܟܦܢ .
ܓܙܗ ܦܬܚ ܩܕܡܘܗܝ .
ܘܚܝܠ ܢܣܒ ܡܢܗ ܡܘܠܟܢܐ ܀

erant abscondita expectarunt librum thesaurorum ut veniret occulta explicare.

5. O circumcisi qui non erubuerunt contumeliis afficere Dominum circumcisorum! Si culpa est causa mortis, (ipse nullam culpam commisit), sed in suo adventu omnia adimplevit. Perfecit legem et defecit populus. Impleverunt præcepta et exhausti sunt superbi, qui spreverunt circumcisionem in terra eorum cruci affixam, at gentes spreverunt circumcisionem a Deo reprobatam.

6. Tunica ejus ab eis non scissa sublimis est figura fidei, quam apostoli haud laceratam disseminarunt per mundum. Aliæ autem, quas diviserunt vestes, schismata significant, quæ in grege Christi contigerunt. Tunicæ sacramento veri laudantur fideles, schismatici per scissa ejus vestimenta arguuntur.

7. Dum per contemptum Jesum medium posuerunt inter latrones, de seipsis symbola expresserunt; significarunt nempe per latronem sinistræ se derelinquendos ab illo qui elegit gentes, gentes autem in cruce promptum quæsituras refugium, ut fecit latro a Domino confortatus. Dominus vidit latronem esurientem, et aperuit coram eo thesaurum suum; ille confortatus ab eo accepit promissiones paradisi[1].

[1] Cfr. *Evangelii concordantis expositio*, p. 244.

[a] Deest unus versus. — [b] ܘܣܕܩܐ abundat.

ܘܡܢܝܕܝܢ ܠܘܩܒܠܗ ܪܝܫܝܗܘܢ .
ܡܙܚܐ ܘܓܘܚܟܐ . ܠܐ ܐܣܬܟܠܘ .
ܕܗܘ ܡܪܟܢ ܠܗ ܠܪܝܫܝܗܘܢ .
ܒܝܢܬ ܥܡ̈ܡܐ . ܠܡܠܟܐ ܚܢܦܐ .
ܣܓܕܘ ܗܘܘ ܘܣܒܪܘ . ܕܡܬܬܪܝܡܝܢ ܒܗ .
ܘܒܗ ܗܘ ܡܠܟ . ܪܝܫܝܗܘܢ ܐܪܟܢ ܗܘܐ .
ܪܘܟܢܐ ܗܘ ܗܘܐ .
ܐܪܟܢ ܪܝܫܝܗܘܢ ܕܥܬܝܕ .
ܕܢܐܬܘܢ ܡܪܟܢܝܢ ܪܝܫܐ ܒܡܐܬܝܬܐ ܀
ܦܠܚ̈ܐ ܠܘܩܒܠܗ ܩܛܦܘ ܘܐܥܨܪܘܗܝ .
ܐܦ ܐܫܩܝܘܗܝ . ܚܡܪܐ ܚܪܝܦܐ .
ܕܓܦܬܐ ܕܡܨܪܝܢ ܕܥܩܪܬ .
ܫܒܫ̈ܬܐ ܚܠܝ̈ܬܐ . ܕܒܝܬ ܐܒܪܗܡ .
ܥܡ ܢܨܒܬܐ . ܡܪ̈ܝܪܬܐ .
ܕܣܕܘܡܝܐ . ܐܬܢܨܒܬ ܒܥܘܒܕܗ̇ .
ܚܕ ܫܒܫܬܐ ܙܥܘܪܬܐ .
ܕܢܦܩ ܢܒܛ ܡܢܗ̇ .
ܗܝ ܐܛܠܠܬ ܥܠ ܟܠ ܒܣܓܘܠܝܗ̇ ܀
ܐܦ ܐܣܦܘܓܐ ܕܚܠܐ .
ܣܪܘܚܬܐ . ܕܢܦܫܐ ܡܨܝܪܐ .
ܕܐܦ ܗܘ ܛܥܝܐ ܡܥܩܒܐ ܗܘ .
ܐܦ ܡܛܠ . ܒܟܠ ܕܐܬܐ .
ܡܢ ܟܠ ܣܛܪ̈ܝܢ . ܡܘܬܐ ܢܦܩ .
ܘܡܟܬܒܢܘܬܗܘܢ . ܒܡܪܪܬܐ ܨܒܝܥܢ .
ܘܡܪܢ ܠܐ ܛܥܡܗ .
ܚܠܐ ܕܐܣܦܘܓܐ .
ܠܐ ܬܛܥܡܘܢ ܠܡܪܪܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܀
ܐܦ ܗܘ ܩܢܝܐ ܕܐܬܩܪܒ .
ܒܗ ܠܐܣܦܘܓܐ . ܐܪܙ ܡܠܦܢܘܬܐ ܗܘ .
ܕܗܝ ܕܩܢܝܐ ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܕܝܐ .
ܡܪܐ ܡܘܬܐ . ܢܚܬ ܡܢ ܩܢܝܐ .
ܡܢܗ ܕܡܢܝ . ܕܗܘܐ ܡܣܬܪܐ .

8. Dum capita moverunt cum irrisione coram eo, non intellexerunt ipsum inflexurum esse eorum capita inter gentes. Regem ethnicum adorarunt putantes se ab illo exaltandos fore, ille vero illis capita magis inflexit. Inclinata fuerunt eorum capita in pignus quod in futuro adventu capita sua inclinaturi erant.

9. Milites decerpserunt uvas, expresserunt succos, et potandum ei præbuerunt asperum vinum vitis Ægypti, quæ exstirpaverat dulces Abrahæ palmites, ut suis palmitibus gustandas præberet amaras Sodomitarum plantas. At ex vite una parva propago progerminavit, quæ suis botris universum obumbravit orbem.

10. Spongia[1] aceto plena animæ gangrenam, quæ est error indicat. Error quippe cuncta perscrutatus subtiliter se insinuat. Fraudulenta erroris scripta ex omnibus lineis mortem evomunt, hæreseos tractatus felle informati sunt. Dominus noster non gustavit[2] fel in spongia ipsi porrectum, nec vos gustare velitis fel doctrinarum falsarum.

11. Calamus[3] etiam, quo spongia porrecta fuit, figura est doctrinarum falsarum. Ex hæreticorum calamo fel mortis defluit. Cavete a scriptura calami Manetis, quia liber ejus vas est occulto felle ple-

[1] Cfr. *Matth.* XXVII, 47; *Joan.* XIX, 29.

[2] Videtur S. Doctor confundere vini myrrhati porrectionem de qua *Matth.* XXVII, 34, cum aceti porrectione de qua *Matth.* XXVII, 47, et *Joan.* XIX.

[3] *Matth.* XXVII, 47.

ܡܪܪܬܐ ܕܡܠܐ . ܡܪܝܪܬܐ ܒܩܢܝܐ .
ܩܢܝܗ ܕܒܪܕܝܨܢ .
ܚܒܪܗ ܕܡܪܩܝܘܢ .
ܡܪܬܐ ܒܝܕ ܟܬܒܐ ܐܘܫܛ ܠܢ ܀
ܗܘ ܕܝܢ ܩܢܝܐ ܕܐܘܫܛܘܗܝ .
ܠܩܘܒܠܗ ܗܘ . ܩܢܝܐ ܐܚܪܢܐ .
ܗܘ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܣܦܪ̈ܐ .
ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܠܗ . ܠܫܪܪܐ ܕܝܢ .
ܦܣܩܗ ܗܘ ܐܫܕܝ ܗܘܐ ܠܗ .
ܕܓܪܐ ܘܫܕܐ . ܠܫܪܒܬܐ ܕܓܪܬ .
ܒܠܫܢܗ ܕܕܘܝܕ .
ܩܢܝܗ ܕܦܪܘܩܢ .
ܟܬܒ ܠܗ̇ ܠܒܪܬ ܡܠܟܐ ܡܘܠܟܢܘܗܝ ܀
ܘܒܩܢܝܐ ܠܘܬ ܡܚܐܘܗܝ .
ܡܚܐ ܐܢܘܢ . ܩܢܝܐ ܕܡܠܟ̈ܐ .
ܕܟܬܒܘ ܡܠܟ̈ܐ ܫܥܒܕܘܗܝ .
ܥܩܠܐ ܠܥܒܕܘܗܝ . ܠܥܡܐ ܕܟܬܒ .
ܕܠܐ ܢܥܘܠ ܠܗ̇ . ܠܐܪܥܗ ܘܥܠ .
ܐܝܕܐ ܟܣܝܬܐ . ܢܟܬܬ ܡܚܬܗ .
ܐܦ ܐܢܐ ܒܝ ܩܢܝܐ .
ܡܚܝܬܗ ܕܥܡܡܐ ܠܗ .
ܕܟܬܒܬ ܘܐܕܟܪܬ ܡܚ̈ܘܫܝܘܗܝ ܀
ܚܠܦ ܚܕ ܩܢܝܐ ܕܡܚܐܘܗܝ .
ܡܚܐ ܐܢܘܢ .[a] ܩܢ̈ܝܐ ܡܟܣܢ̈ܐ .
ܕܟܬܝܒ ܠܟܠܗܝܢ ܠܫܢ̈ܐ .
ܡܚܘܬܗܘܢ . ܐܝܬ ܕܡܡܠܐ .
ܘܐܝܬ ܕܕܪܫܐ . ܚܕ ܠܬܘܪܓܡܐ .
ܐܚܪܢ ܡܐܡܪܐ . ܟܬܒ̈ܝ ܥܠܝܗܘܢ .
ܥܒܐ ܕܩܢܝܐ .
ܣܦܪ̈ܐ ܕܟܬܒ̈ܐ .
ܡܚܘ ܠܦܘܩܐ ܒܣܦܪ̈ܝܗܘܢ ܀
ܕܒܪܘܓܙܐ ܘܐܦܪܘ ܪܘܩܗܘܢ .
ܡܟܣܘ ܠܩܕܝܫܐ . ܕܗܘ ܩܕܝܫܐ .

[a] Deficit mensura.

num. Calamus Bardesanis, Marcionis socii, venenum per librum porrexit nobis.

12. Huic autem calamo quem Domino porrexerunt ex adverso opponitur calamus alter. Illum tenebant scribæ, hunc veritas. Ille abscidit et rejecit prosapiam quæ adulteraverat. Calamus autem Salvatoris per manum Davidis scripsit filiæ regis promissiones.

13. Calamo contuderunt Dominum, et calamus regum contudit eos. Scripserunt quippe reges subjectionem populi reprobi et ab eo tributa exegerunt. Manus occulta contudit populum qui scripserat se non ingressurum terram Israël et ingressus est, et ego calamo contudi populorum Judæum, quia contigit mihi in meis scriptis memoriam facere ejus contusionum.

14. Pro unico calamo quo crucifixores Dominum contuderunt, arguti calami eos contuderunt; describuntur quippe omnibus linguis eorum calamitates. Est qui tractatum, est qui dissertationem, unus homiliam, alter orationem, scribit, sylva calamorum libros scribunt contra eos. Scriptores eos libris suis contuderunt.

15. Rabie spumantes Judæi objurgaverunt sanctissimum eousque

ܐܟܪܙܘ ܦܩ̈ܪܐ ܕܢܦܩܘܢ .
ܠܚܘܣܕܐ ܐܦ̈ܐ . ܡܢ ܚܡܬ ܐܕܡ .
ܕܐܪܒܬ ܚܘܝܐ . ܒܪ ܫܪܒܬܗܘܢ .
ܡܫܚܗ ܠܚܘܐ . ܒܡܪܪܐ ܕܦܘܡܗ .
ܬܐܬܐ ܚܣܬ ܗܘܬ .
ܘܛܪ̈ܦܐ ܠܗܘܢ ܝܗܒܬ .
ܘܨܗܝܘܢ ܠܡܠܒܫ ܟܠ ܐܫܠܚܬܗ ܀

ܫܪ̈ܟܐ ܣܢ̈ܝܐ ܕܐܬܚܠܛܘ .
ܐܦ ܚܠ̈ܐ . ܙܘ̈ܪ ܚܘܒ ܠܝ .
ܚܠܐ ܡܪܪܐ ܘܡܘܬܒܐ .
ܨܠܡܐ . ܦܬ̈ܓܡܐ ܐܦ ܡܪ̈ܢܝܬܐ .
ܕܡܦܪܫܝܢ ܐܢܘܢ ܘܡܚܘܝܢ ܐܢܘܢ .
ܕܚܕ ܗܘ ܚܝܠܐ . ܕܐܬܟܠܝ ܛܘܥܝܝܢ .
ܡܪܢ ܠܐ ܛܥܡܗ .
ܠܛܘܥܡܐ ܕܐܪ̈ܙܝܗܘܢ .
ܘܥܘ̈ܠܐ ܚܫܘ ܠܡܪܝܪܘܬܗܘܢ ܀

ܟܕ ܢܟܣܘ ܥܘ̈ܠܐ ܠܡܪܢ .
ܚܘܘ ܥܘܠܐ . ܕܐܝܟ ܥܝܕܐ ܗܘ .
ܕܒܢܟܣܬܐ ܗܘ ܕܩܛܠܘܗܝ .
ܐܬܚܙܝ ܕܐܡܪܐ ܗܘ ܕܫܪܪܐ ܗܘ .
ܘܐܢܘܢ ܡܫܝܚܐ ܒܓܓܘܠܬܐ . ܐܣܗܕܘ ܥܠܝܘܬܗ .
ܕܗܘ ܡܪܐ ܕܥ̈ܠܝܐ . ܚܬܡܘ ܡܪܝܐ ܀
ܕܗܘ ܡܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܥ̈ܠܝܐ . ܘܟܕ ܐܚܬܘܗܝ ܒܩܒܪܐ .
ܩܒܪܐ ܣܗܕ ܕܡܪܐ ܗܘ ܕܫܝܘܠ .
ܫܦܥ ܫܪܪܐ ܥܠ ܝܗܘ̈ܕܝܐ .
ܕܡܕܟܝܐ ܟܠ . ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܒܨܒܥܐ ܠܚܘܕ ܛܥܡܘ ܫܪܪܗ ܀

ܦܛܝܪ̈ܝܗܘܢ ܐܦ ܗܘ ܡܣܗܕ ܗܘܐ .
ܕܦܣܩܘ ܘܥܒܪܘ ܡܢ ܐܪܥܐ .
ܡܪܪ̈ܐ ܐܟܠܘ ܗܘܘ ܒܐܪܙܐ .
ܕܡܪܝܪܘܬܐ ܕܥܬܝܕܐ ܗܘܬ .
ܕܒܥܐܕܐ ܓܒܪܐ ܫܒܩܘ ܗܘܘ .
ܓܒܪܐ ܩܛܠܘ . ܥܝܕܐ ܡܚܘܐ .
ܕܗܢܐ ܗܘ ܐܡܪܐ ܕܫܪܪܐ .
ܠܐ ܡܢ ܩܛܠܝܢ ܗܘܘ ܓܒܪܐ .

ut sputum projicerent in faciem ejus; isti scelerati proclamarunt ejus probrum æquiparandum esse probro protoparentum. At ubi serpens, prosapiæ eorum filius, spuma et felle oris sui Evam delibuisset, ficus, protoparentum miserata, folia eis præbuit, Sion vero nudavit illum qui omnia vestit.

16. Res odiosæ quæ commixtæ fuerunt, acetum, fel et conditura, figuram doctrinarum nobis delineant et ostendunt. Mixtura rerum distinctarum symbolum est iniquorum in sua perditione confusorum, quia una est virtus a qua error repressa fuit. Dominus noster non gustavit saporem mysteriorum eorum, at iniqui eorum amaritudinem collegerunt atque linxerunt.

17. Iniqui Dominum immolantes juxta suum morem hac immolatione ostenderunt ipsum esse agnum veritatis. Christum in Golgotha elevantes hac re testati sunt excelsitatem ejus, ipsum nempe supernorum esse Dominum; dum vero deposuerunt eum in sepulchro, sepulchrum suo testimonio confirmavit ipsum inferorum esse Dominum. Hisce copiose largitus est Judæis suam veritatem omnia mundantem. At illi intincto tantum digitto gustarunt veritatem ejus.

18. Judæorum azyma etiam testantur eos defecisse et e terra migrasse. Comedebant herbas amaras in signum amaritudinis futuræ. Qui in festo virum dimittebant virum occiderunt. Consuetudo demonstrat virum hunc agnum esse veritatis. Nam olim virum non occidebant

ܒܥܐܕܐ ܕܒܥܐܕܐ .
ܕܥܡ ܐܡܪܐ ܢܟܣܘܗܝ . ܩܘܪܒܢܐ ܗܘ ܗܘ ❖

in festo. Quem cum agnis occiderunt, ille oblationis victima est.

VII.

ܒܪ ܩܠܗ :

Ejusdem toni.

ܝܘܡܐ ܬܠܬܐ ܡܬܡܢܝܢ .
ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܠܝܘܢܢ .
ܗܐ ܐܪܥܐ ܠܗ ܥܪܘܒܬܐ .
ܕܒܗ ܢܘܗܪܗ ܥܡ ܗܘ ܥܡܐ .
ܘܐܬܢܝ ܬܘܒ . ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ .
ܐܪܙ ܕܫܠܝܐ ܕܒܛܠܗ ܠܡܘܬܐ .
ܗܘ ܕܐܚܕ ܢܓܗܐ .
ܘܗܘ ܐܬܚܡܗ ܠܝܘܡܐ .
ܠܫܥܬܐ ܘܙܒܢܐ ܕܚܫܘܟ ܗܘܐ ❖

1. Messiæ sicut Jonæ tres computantur dies : occurrit primo feria sexta[1], qua lux ejus ad occasum pro isto populo declinavit; recurrit et sabbati dies figura Requiescentis qui abolevit mortem; tertius dies noctis tenebras et diluculum complectitur; Christus diem determinavit per illud momentum et per tempus tenebrarum.

ܥܘܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ . ܠܟ . ܡܪܢ . ܕܗܐ ܢܗܝܪ̈ܐ
ܕܡܙܝ̈ܓܝܢ . ܗܐ . ܡܟܪܙܝܢ . ܐܪ̈ܙܘܗܝ .
ܕܨܠܝܒܟ :

Responsorium : Gloria tibi, Domine, ecce duo luminaria conjuncta sacramenta crucis tuæ prædicant.

ܐܘ ܫܥܬܐ ܕܙܥܘܪ ܪܫܡܗ .
ܪܒ ܗܘ ܚܝܠܗ . ܡܢ ܫ̈ܢܝܐ .
ܒܗ ܡܪܢ ܐܫܠܡ . ܫܘܒܚܐ .
ܘܪܘܚܗ ܠܐܒܘܗܝ . ܚܫܘܟܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܢܘܗܪܐ ܗܘܐ ܒܗ . ܐܪܥܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܫܘܥܐ ܗܘܐ ܒܗ . ܒܟܠܗܝܢ ܗܘܝ ܒܗ .
ܫܘܥ ܒܚܕ ܗܘܐ .
ܝܘܡܐ ܬܪܝܢ ܡܢ ܚܕ .
ܘܥܒܕ ܬܪܝܢ ܒܚܕ ܐܟ ܡܢ ܚܕ ❖

2. O momentum breve valore annos excedens! In eo quippe Dominus gloriæ Patri spiritum suum tradidit; in eo tenebræ factæ sunt; in eo lux illuxit; in eo terra mota est; in eo petræ scissæ sunt; in eo omnia gesta sunt. Jesus ex uno die duos effecit et ex una re duas pariter efficit.

ܐܟ ܗܘ ܐܪܙܐ ܫܘܒܚܐ .
ܕܬܩܢ ܝܫܘܥ ܠܡܪܐ ܕܫܡܗ .
ܗܐ ܡܬܦܠܓ ܘܡܬܚܝܕ .
ܚܕ ܗܘ ܘܬܪܝܢ . ܒܡܕܢܚܗ ܘܡܥܪܒܗ .

3. Gloriosum istud sacramentum, quod paravit Jesus Domino sui nominis, ecce dividitur et unitur, unum est et duo; ortu et occasu unus fit dies, in mensura vero

[1] ܥܪܘܒܬܐ vocatur a Syris ille hebdomadis dies quem nos feriam sextam appellamus. Porro ܥܪܘܒܬܐ significat occasum solis. Ad hanc significationem alludit sanctus vates.

ܚܕ ܗܘ ܝܘܡܐ . ܒܟܝܠܐ ܕܡܫܘܚܬܐ .
ܬܪܝܢ ܗܘܐ ܦܫܝܛ . ܒܥܒܕܐ ܗܘ ܦܘܠܓܐ .
ܘܒܡܫܘܚܬܐ ܝܘܡܐ .
ܚܕ ܗܘ ܒܟܝܠܐ .
ܘܬܪܝܢ ܒܦܘܠܓܐ ܕܣܘܥܪܢܘܗܝ ܀
ܩܒܠ ܗܟܝܠ ܚܘܫܒܢܝ .
ܫܡܥ ܐܘ ܫܡܘܥܐ . ܕܝܘܡܝܢ ܬܠܬܐ .
ܗܐ ܐܝܬ ܬܡܢ ܥܪܘܒܬܐ .
ܘܪܡܫܗ ܪܒܐ . ܫܒܬܐ ܘܪܡܫܗ .
ܘܐܝܬ ܬܡܢ ܬܘܒ . ܫܥܬܐ ܐܚܪܬܐ .
ܕܚܫܟ ܘܢܗܪ ܘܐܬܬܚܡ ܒܝܘܡܐ .
ܪܡܫܗ ܕܗܘ ܝܘܡܐ .
ܐܚܪܝܐ ܕܢܘܚܡܐ .
ܠܥܪܘܒܬܐ ܢܗܘܐ ܫܘܡܠܝܐ ܀
ܡܢܗ ܘܡܛܠܗ ܢܬܦܪܫ .
ܗܘ ܙܒܢܐ . ܕܚܫܟ ܘܢܗܪ .
ܡܢܗ ܘܡܛܠܗ ܢܗܪ ܒܗ .
ܐܝܟ ܕܒܝܘܡܐ . ܕܚܠܦ ܫܥܐ .
ܗܐ ܒܟܠ ܫܥܐ . ܡܢ ܗܘ ܢܘܗܪܐ .
ܘܐܬܓܡܪܬ ܒܗ . ܥܪܘܒܬܐ ܐܚܣܝܪܬܐ .
ܠܬܠܬ ܫܥܝܢ ܚܫܟܐ .
ܘܬܠܬ ܕܢܘܗܪܐ .
ܠܟ ܐܫܠܡ ܐܝܟ ܚܕ ܝܘܡܐ ܀
ܐܘ ܠܟ ܪܐܙܐ ܡܝܬܪܐ .
ܕܬܠܬ ܫܥܝܢ . ܩܕܡܝܬܐ .
ܠܡܢܝܢ ܝܬܪܘ ܡܢܗܘܢ .
ܝܘܡܐ ܡܫܠܡܐ . ܐܪܙܐ ܗܘ ܪܒܐ .
ܣܡܗ ܒܗ . ܕܬܠܬ ܫܥܝܢ .
ܕܥܬܝܕ ܗܘܝ . ܕܢܚܫܟܢ ܒܨܠܝܒܗ .
ܡܪܐ ܢܗܝܪܐ .
ܒܢܘܗܪܐ ܪܫܡ ܐܪܙܘܗܝ .
ܫܡܫܐ ܗܘܐ ܟܪܘܙܗ ܀

anni duo fiunt dies[1]. Duplex fit simplex. Feria sexta unus est dies in mensura temporis, fit vero duo divisione gestorum suorum.

4. Accipe igitur supputationem meam, o auditor; ecce tres dies ibi sunt : feria sexta cum magna sua vespera, sabbatum et vespera ejus, et est ibi momentum alterum quo tenebræ factæ sunt et deinde illuxit, momentum cui per diem finis impositus est, vespera scilicet diei resurrectionis. Feriæ sextæ sit complementum!

5. A Domino et propter eum distinguatur illud tempus quo tenebræ factæ sunt et lux rediit; ab eo et propter eum claritas fuit ut in die. Horis tenebrarum successerunt horæ lucis. Per vesperam completa est feria sexta quæ defecerat : tres horæ tenebrarum et tres lucis, νυχθήμερον, primum terminarunt diem.

6. O mysterium trium horarum priorum quæ numerum excedunt! Singulis quatuor annis intercalatur unus dies perfectus : symbolum magnum, quo significavit Dominus tres horas futuras tenebris obvolvendas esse per necem suam. Dominus astrorum luce signavit mysteria sua; sol fuit ejus præco.

[1] Si nempe computat quis dies more ab Hebræis pro festis ex Lege recepto. Ortus solis ad diem currentem pertinet ; quæ autem sequitur vespera diei sequentis initium efformat.

ܠܐ ܚܘܣܪܢܐ ܡܡܠܝܢ .
ܗܠܝܢ ܫܥܝܢ ܝܬܝܪ̈ܬܐ .
ܫ̈ܥܐ ܐܢܝܢ ܕܦܩ̈ܥܢ .
ܡܢ ܚܘܫܒܢ ܟܠܐ . ܠܐ ܠܬܘܪܨܐ ܗܘ .
ܠܐ ܠܛܟܣܐ ܗܘ . ܕܐܦ ܕܫܢܬܐ ܗܘ .
ܕܬܠܬ ܫ̈ܥܝܢ ܡܕܘܕ̈ܢ ܠܫܢܬܐ .
ܠܚܘܕ ܣܝܡ ܒܠܚܘܕ .
ܡܡ̈ܟܝܢ ܠܡܟܪܙܘ .
ܫ̈ܥܐ ܬܠܬ ܕܚܫܟ ܒܙܩܝܦܐ ✣
ܐܝܬ ܚܟܝܡܐ ܕܐܡܪܝܢ .
ܕܚܘܣܪܢܗ ܣܗܪܐ ܒܗܝܢ ܡܬܡܠܐ .
ܘܐܦ ܒܗ ܒܗܕܐ ܢܒܨܘܗ .
ܕܠܡܢܐ ܚܣܪ ܣܗܪܐ .
ܦܠܓܗ ܝܘܡܐ . ܕܐܦ ܗܘ ܗܢܐ .
ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܗܘ ܕܠܚܘܕ ܝܪ̈ܚܐ .
ܠܟ ܢܘܗܪܢ ܫܘܒܚܐ .
ܕܪܡܙܘ ܢܗܝܪ̈ܐ .
ܫܡܫܐ ܐܦ ܣܗܪܐ ܒܐܪ̈ܙܝܗܘܢ ✣
ܠܡܫܝܚ ܫܡܫܐ ܗܘ ܐܟܪܙܗ .
ܒܬܠܬ ܫܥ̈ܘܗܝ ܝܬܝܪ̈ܬܐ .
ܫ̈ܥܐ ܐܢܝܢ ܕܡܕܥܐ ܗܘ .
ܒܠܚܘܕ ܡܥܩܒ . ܕܢܦܩܢ ܐܢܝܢ .
ܟܣܝܢ ܡܢ ܥܝܢܐ ܗܟܝܠ .
ܘܟܣܐ ܐܝܟ ܡܢܗ ܕܒܢ̈ܝܐ .
ܛܘܦܣܐ ܕܗܘ ܝܘܡܐ .
ܕܫܡܫܐ ܟܣܐ ܢܘܗܪܗ .
ܕܒܗ̈ܝܢ ܒܓܠܝܬܐ ܟܣܝ̈ܬܗ ✣
ܗܐ ܐܦ ܗܠܝܢ ܫܥ̈ܐ ܕܚܫܟ .
ܠܐ ܗܘܐ ܒܥܝܢܐ . ܡܬܦܪ̈ܫܢ ܗܘܝ .
ܐܦ ܠܗܝܢ ܒܗܝܢ . ܡܕܥܐ ܡܥܩܒ .
ܡܕܪܟ ܠܗܝܢ . ܒܣܥܬܐ ܕܡ̈ܝܐ .
ܘܛܘܦܣܐ ܕܡܠܐ ܐܦ ܗܘ ܫܘܐ .
ܠܗܘ ܠܡܬܟܣܝܘ . ܒܗ ܒܚܫܟ ܬܪ̈ܝܗܘܢ .

7. Nullum defectum implent hæ horæ superabundantes; horæ sunt quæ numerum excedunt. Ad correctionem aut ordinationem anni nequaquam pertinent sed tres illæ horæ perturbationem in annum inducunt. Solummodo appositæ sunt ad prædicandas tres horas quibus tenebræ in cruce factæ sunt.

8. Sunt periti qui dicunt lunæ defectum hisce horis impleri. Hoc etiam perscrutemur cur deficit luna dimidiam diem, nam hoc mensium perturbationem ingerere videtur. Gloria tibi, o lux nostra, astra, sol scilicet et luna, symbolis suis te figurarunt.

9. Prius autem sol prædicavit Christum tribus suis horis numerum excedentibus. Horæ sunt quas mens tantum potest perscrutari in numero horarum anni, quia oculis absconditæ sunt. Symbolum hujus diei, quo sol occultavit lucem suam ut per ea quæ patefiebant gesta Christi abscondita prædicaret.

10. Illæ pariter horæ quibus tenebræ fiebant, oculis non distinguebantur sed eas mens apprehendere poterat in horologio aquarum. Figura rursus ipsi rei congruit : utraque abscondita est. Hæ tres horæ tenebris opertæ tribus horis

ܢܦܫ ܘܠܒܫ ܡܫܠܡ .
ܘܗܠܝܢ ܬܠܬ ܬܠܬ .
ܫܥ̈ܐ ܕܚܫܘ̈ܟܐ ܠܡܫܘ̈ܚܬܐ ✣
ܠܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ .
ܬܠܬ ܒܫܬ . ܬܣܒܘܢ ܠܟ ܗܟܐ .
ܕܬܠܬ ܐܝܬ ܒܟܠ ܫܢܐ .
ܚܫ̈ܘܟܐ . ܘܥܒܪܝ ܡܫܚܬܐ .
ܗܢܝܢ ܐܢܝܢ . ܕܚܫܟ ܘܐܠܦ .
ܕܒܪܫܝܬ ܗܟܢ . ܐܬܬܣܝܡ ܒܢܡܘܣܐ .
ܐܬܪܐ ܥܒܪ ܗܘܐ .
ܕܥܠܝܗ ܡܫܠܡ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܐܫܟܚܗ ܠܡܪܢ ܚܫ ܥܡܗ ✣
ܐܘ ܠܟ ܝܫܘܥ ܡܫܒܚܐ .
ܐܦ ܗܘ ܣܗܪܐ ܗܘ ܡܟܪܙ ܠܟ .
ܕܦܠܓܗ ܝܘܡܐ ܒܟܠ ܝܪܚ .
ܚܣܪ ܟܝܠܗ . ܘܟܡܐ ܕܡܘܬܪ .
ܟܝܠܐ ܡܠܝܐ . ܕܫ̈ܥܐ ܫܢܬܐ .
ܗܟܢ ܚܣܪ ܟܝܠܗܘܢ ܕܝܪ̈ܚܐ .
ܙܩܝܦܐ ܘܪܟܝܒ ܗܘܐ .
ܢܝܪܐ ܗܘ ܕܡܪܟܒܬܗ .
ܫܡܫܐ ܘܐܦ ܣܗܪܐ ܥܡ ܗܘܘ ܒܗ ✣
ܢܘܗܪ̈ܐ ܕܝܢ ܕܫܡܫܘܗܝ .
ܠܗ ܠܡܪܗ ܡܪܐ ܕܟܠ ܢܘܗܪ̈ܐ .
ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܕܐܣܬܓܕܘ .
ܠܒܪܗ ܐܢܘܢ ܕܣܓܝܕ ܫܡܫܘ .
ܫܡܫܐ ܒܬܠܬ . ܘܒܫܬ ܣܗܪܐ .
ܒܢܝܪܗ ܐܣܝܪܝܢ ܛܥܢܘܗܝ .
ܒܫܡܫܐ ܘܒܣܗܪܐ .
ܪܫܡ ܝܫܘܥ ܐܪ̈ܙܘܗܝ .
ܕܢܟܪܙ ܐܪܙܐ ܕܡܐܬܝܬܗ ✣
ܘܠܡܢܐ ܗܘ ܐܫܬܟܚ .
ܗܘ ܝܬܝܪܐ ܒܟܝܠܗ ܕܫܡܫܐ .
ܘܗܘ ܚܣܝܪ ܐܦ ܒܣܗܪܐ .
ܟܝܠܗ ܕܫܡܫܐ . ܫܡܫܐ ܐܠܗܘܬܗ .

absconditis adhærent, eas suo vestimento tegunt, et perficiunt.

11. Non autem propterea quod nominavi tres, in tribus sex intelligas. Tres esse in omni anno tenebrarum horas mensuram excedentes, et in hoc anno illas esse quibus tenebræ factæ sunt doceo, quia sic dispositum est in principio. Figura ab eo tempore transmissa e loco in locum transibat, et quum invenit Dominum passa est cum eo.

12. O Jesu gloriose, ipsa luna te prædicat, quia dimidia diei parte singulis mensibus deficit mensura ejus, et quantum excedit mensura plena horarum anni, tantum deficit mensura mensium. Cruce vectus Dominus pendebat, jugo currus ejus sol et luna alligata erant.

13. Astra quæ omnium astrorum Domino ministrarunt, sol scilicet et luna, quæ et ipsa adorata fuerunt, servi sunt Filii adorandi. Quum sol tribus horis, luna sex, jugo ejus alligata portaverint eum, duæ sunt figuræ. In sole et luna Jesus signavit sua mysteria ut per illa annuntiaret mysterium sui adventus.

14. Cur autem inventus est ille excessus in mensura solis et cur ille defectus in mensura lunæ? Sol figura est doni divinitatis Christi quæ ex plenitudine sua copiosa

dona effudit; luna figura est ejus corporis. Corpus autem a perfectionis mensura deficit. Sed Perfectissimus illud induens simul perfecit.

15. Sol prædicans tribus horis, horis scilicet lucis, figura est Domini sui; luna prædicans tribus tenebrarum horis figura est hominis; mysterium gratiæ tres alias horas cepit : en novem horæ prædicantes tempus Filii, qui circa horam nonam spiritum suo Patri tradidit cum clamore.

16. A Josue, filio Nun[1], dies duplicatus fuit et ceteris diebus longior factus est in figuram populi qui ceteris populis per Dominum nostrum excelsior factus est. Unus dies ceteris diebus brevior factus est in figuram populi qui a ceteris reprobatus est. Lux in cœlo defecit, figura populi deficientis : populus in terra tenebris opertus est sicut sol in cœlo.

17. Domine noster, adjuva me ut alio modo describam rem lunæ. Ecce annus ejus undecim dies minus habet quam trecentos sexaginta quinque dies quos numerat annus solaris perfectus. Quod dixi et dicam sit tibi, Domine in laudem, mihi autem per tuam misericordiam in condonationem.

18. Moyses miscuit computum

[1] *Jos.* X, 12-14.

ܠܡܢܝܢ ܫܢܬܐ . ܘܣܟܡܗ̇ ܡܪܘܢܐ .
ܦܣܩܗ ܪܒܐ ܘܐܦ ܡܢܝ .
ܡܢܝܢ ܫܢܬܐ . ܫܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܘܚ .
ܬܪܝܢ ܡ̈ܢܝܢ . ܕܬܪܝܢ ܢܗܝܪ̈ܝܢ .
ܥܒܕ ܚܕ ܡܢܝܢ . ܣܦܪܐ ܚܟܝܡܐ .
ܡܪܝ ܐܗܘܐ ܠܟ .
ܣܦܪ ܟܣܝ̈ܬܐ .
ܘܦܫܘܩ ܒܝܕ ܥܡܟ ܐܬܘ̈ܬܐ ܀
ܡܪܝ ܐܦܣ ܕܐܡܪܝܘܗܝ .
ܠܗܘ ܙܒܢܐ . ܕܟܣܐ ܗܘ ܡܢ ܟܠ .
ܡܪܚܘܬܐ ܕܚܘܒܐ .
ܚܘܒܐ ܝܠܕ ܗܘ . ܘܐܢ ܕܝܢ ܟܣܝܐ ܗܝ .
ܫܥܬܐ ܫܒܝܚܬܐ . ܕܢܘܚܡܟ .
ܗܐ ܠܡܩܪܒ . ܕܚܝܠܐ ܗܝ ܠܡܘܠܕܟ .
ܒܝܢ ܫܬ ܫܥܝ̈ܢ .
ܕܗܢܐ ܠܠܝܐ ܒܪܝܟܐ .
ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܐܬܢܚܡ ܀
ܗܐ ܡܪܝ ܟܕ ܟܦܢܬ ܠܩܛܬ .
ܦܬܬ̈ܐ ܕܐܪ̈ܙܐ . ܟܕ ܦܘܫܩܐ .
ܠܫܢ ܟܐܢ̈ܐ ܗܘ ܡܬܦܫܩ .
ܠܡܦܫܩܘ . ܣܓܕ ܠܥܘܬܪܟ .
ܣܓܕܬ ܐܢܐ ܡܪܝ . ܐܝܟ ܡܢ ܥܒܕܟ .
ܠܟ ܡܪܝ ܢܣܩ . ܡܠܐ ܩܘܪܒܢ .
ܐܬܕܟܪܢܝ ܐܝܟ ܠܓܝܣܐ .
ܕܒܛܠܗ ܓܢܢܐ .
ܕܐܥܘܠ ܒܡܠܟܘܬܐ ܠܡܠܟܘܬܟ ܀

ܫܠܡ ܀

anni solaris cum computo lunæ, ipse ordinavit, composuit et fixit computum anni. Annus Noe duos habebat computos juxta duo luminaria. Unum effecit computum scriba peritus[1]. Domine fiam tibi scriba occultorum. Explica per populum tuum symbola.

19. Domine, sine, dicam illud tempus omnibus cælatum. Amor sua audacia amorem generat. Si abscondita est gloriosa tuæ resurrectionis hora, ecce timendus est accessus ad tuam nativitatem. Porro intra sex horas hujus benedictæ noctis Dominus noster et Deus noster resurrexit.

20. Ecce, Domine, esuriens collegi quasdam mysteriorum tuorum eorumque explicationis micas. Justi linguam suam in iis explicandis exercent. Adoro, Domine, ditissima tua mysteria. Verba servi tui ut munus ad te, Domine, ascendant; memento mei cum latrone ut, umbra ejus me protegente, ingrediar in regnum tuum.

EXPLICIT.

[1] Cfr. *Opp. Syr.-lat.* I, p. 53-54.

VIII.

ܬܘܒ ܕܥܠ ܨܠܝܒܘܬܐ

ܥܠ ܩܠܐ ܕܓܘܕܐ ܥܠܝܐ

ܢܝܣܢ ܡܢ ܫܘܫܢܘܗܝ .
ܟܠܝܠܐ ܢܓܕܠ ܠܗ .
ܥܣܒܐ ܫܛܚ ܗܘܐ .
ܠܟܢܫܐ ܐܟܠܘ ܘܣܒܥܘ .
ܐܘ ܬܕܡܘܪܐ ܕܣܒܥܐ .
ܥܠ ܣܒܥܐ ܦܝܫܘ ܗܘܐ .
ܢܝܣܢ ܓܠܝܐ ܠܢܝܣܢ ܟܣܝܐ ܨܒܬ ܘܗܕܪܗ .
ܬܗܪܐ ܘܫܘܫܢܐ ܐܬܚܠܛܘ .
ܦܩܚܝ ܕܒܪܐ ܕܚܕܝܢ .
ܘܐܬܚܠܛܘ ܕܡܪܢ ܕܢܨܝܚܢ ܀

ܒܢܝܣܢܐ · ܐܡܪܐ . ܒܢܝܣܢ . ܢܟܣܘܗܝ
ܘܐܟܠܘܗܝ . ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ .
ܚܝ . ܗܘ . ܘܡܚܐ .

ܢܝܣܢ ܫܪܝ ܗܘܐ .
ܗܘ ܚܬܡܗ ܡܚܬܡ ܗܘܐ .
ܒܫܘܫܢܘܗܝ ܟܠܠ .
ܠܥܡܐ ܕܠܐ ܫܘܐ .
ܕܠܐܡܪܐ ܙܒܢܝܐ ܐܟܠܘ .
ܝܩܪܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ .
ܚܠܦ ܡܪܪܐ ܒܥܒܪܐ ܦܘܚܝ ܗܘܘ ܕܢܠܩܛܘܢ .
ܕܠܐܡܪܐ ܫܪܝܪܐ ܢܒܙܚܘܢ .
ܘܠܡܠܟܐ ܒܡܒܐ ܕܢܟܠܠܘܢ .
ܘܠܟܐܢܐ ܒܥܘܠܐ ܕܢܩܛܠܘܢ ܀

ܡܘܫܐ ܢܩܪܒ ܠܟ .
ܟܠܝܠܐ ܕܟܐܢܐ .
ܕܐܦ ܓܪ̈ܡܐ ܕܟܐܢ̈ܐ .

VIII.

ITERUM DE CRUCIFIXIONE.

Tono : **Cœtus supernus** [1].

1. Nisan floribus suis coronam nectat ei. Nisan herbas stravit turbis [2], manducaverunt et satiatæ sunt. O prodigium! Post satietatem aucta est abundantia. Nisan manifestus Nisanem occultum decore ornavit : miracula cum floribus, læti agrorum flores cum præclaris Domini nostri signis commixta fuerunt.

Responsorium : **Agnum in Nisan mactarunt et comederunt. Agnus Dei vivus est et vivificat.**

2. Nisan incœperat, sigillum suum apposuerat et e suis floribus coronam texuerat populo indigno. Qui agnum temporalem cum honore comederant et exaltaverant vagabantur ad colligendas spinas loco herbarum amararum, ut agno veritatis illuderent, regem per ludibrium coronarent, justum per scelus occiderent.

3. Moyses offerat tibi coronam justorum, quam plexerunt tibi eorum ossa quando translata fue-

[1] Stropha decem habet versus hac ratione dispositos : 53353310888. Stropha quæ incipit per verba « Cœtus supernus » legitur *Opp. Syr.* III, 599. Codex hujus hymni mendis scatet.

[2] Alludit ad *Matth.* XIV, 19; *Joan.* VI, 4, 10.

ܢܒܥܘ ܠܟ ܕܐܬܦܪܥܘ .
ܘܒܪܥܡܐ ܕܩܠܟ .
ܘܗܒܒܐ ܦܪܥܘ ܣܠܩܘ .
ܒܢܝܣܢ ܢܝܣܢ ܗܘܐ ܗܘܐ ܒܝܬ ܫܝܘܠ .
ܦܓܪ̈ܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܕܐܬܦܨܚܘ .
ܘܓܪ̈ܡܝܗܘܢ ܕܝܒܫܘ ܗܘܘ ܦܪܥܘ .
ܘܫܘܦܪܗܘܢ ܕܕܥܟ ܗܘܐ ܢܨܪܘ ÷
ܫܡܫܐ ܒܓܘ ܚܫܘܟܐ .
ܟܠܝܠܟ ܡܨܒܬ ܗܘܐ .
ܢܦܫܗ ܥܨܪ ܓܕܠܗ .
ܒܬܠܬ ܫܥܝܢ ܓܡܪܗ .
ܕܬܠܬܐ ܝܘܡ̈ܝܢ .
ܕܡܘܬܗ ܢܟܠܠ ܗܘܐ .
ܐܟܪܙ ܕܐܓܘܢܐ ܥܡ ܡܘܬܐ ܐܝܬ ܠܟ .
ܕܒܨܠܝܒܐ ܟܠ ܐܢܫ ܡܙܕܕܩ .
ܡܢ ܡܘܬܐ ܫܩܠܗ ܘܒܗ ܙܟܝܗ .
ܐܝܟ ܓܘܠܝܕ ܕܒܣܝܦܗ ܐܟܢ ܘܩܛܠܗ ÷
ܫܡܫܐ ܠܡܪܢ ܐܟܪܙ .
ܕܟܣܐ ܗܘ ܐܦ ܓܠܐ .
ܘܦܓܪܗ ܩܒܠ ܚܫܐ .
ܒܟܝܢܗ ܕܠܐ ܚܫܐ ܗܘ .
ܒܐܣܪ ܦܓܪܗ ܚܫ . ܗܘܐ .
ܘܐܬܓܠܝ ܒܐܣܪ ܚܝܠܗ .
ܐܘ ܫܡܫܐ ܓܠܝܐ ܕܥܠ ܟܣܝܐ ܐܒܝܠ ܗܘܐ .
ܘܡܛܠ ܕܥܠ ܢܘܗܪܐ ܟܡܝܪܐ ܗܘܐ .
ܐܬܒܝܐ ܘܕܢܚ ܘܒܝܢ .
ܕܡܢ ܩܒܪܐ ܗܘ ܕܢܚ ܠܥܕܬܗ ÷
ܫܡܫܐ ܛܫܐ ܒܪܘܡܐ .
ܘܣܗܪܐ ܒܓܘ ܥܘܡܩܐ .
ܘܟܐܢ̈ܐ ܦܠܓܘ .
ܥܪܩܘ . ܓܘܣܐ ܘܐܬܓܘܣܘ .
ܠܥܝܪ̈ܐ ܫܒܩ ܫܡܫܐ .
ܘܣܗܪܐ ܠܩܒܝܪ̈ܐ .

runt; ad fragorem vocis tuæ velut flores exorta ascenderunt in mense nisan. Nisan factus est in inferis. Mortui lætitia affecti sunt, ossa eorum quæ aruerant effloruerunt et pulchritudo eorum quæ evanuerat novum splendorem nacta est.

4. Sol in tenebris coronam tuam, o Jesu, exornabat; seipsum comprimens texuit eam et tribus horis absolvit ut tribus mortis tuæ diebus coronaret te; annuntiavit agonem tibi esse cum morte. Quia porro cruce omnes homines justificantur, e manibus mortis eripuit crucem et per eam mortem devicit. Ita Goliad gladio suo interemptus mortuus est[1].

5. Sol prædicavit Dominum nostrum absconditum simul esse et manifestum. Corpore passibilis, natura (divina) impassibilis, in figura corporis sui passus est, in figura vero virtutis suæ resplenduit. O sol visibile super Absconditum lugens, et propter auctorem lucis mœrens, solatium accipe, orire et consolare nos, quia e sepulchro Christus ortus est Ecclesiæ suæ.

6. Sol latuit desuper et luna deorsum, justi in diversas partes fugerunt refugium quærentes. Sol ad angelos concessit, luna ad sepultos, qui medium occupabant perfidia acti Dominum suum occiderunt ut nos vivificaret. Refulsit

[1] *I Reg.* XVII, 51.

ܘܐܝܟ ܚܝ̈ܠܐ ܕܐܫܬܠܚܘ ܘܡܠܐܟ̈ܘܗܝ ܠܩܒܪܗ[2] .
ܕܢܚ ܫܡܫܐ ܐܝܟ ܚܕܐ ܕܐܫܬܠܚܘ .
ܣܠܩ ܣܗܪܐ ܥܡ ܡܝ̈ܬܐ ܕܐܬܬܥܝܪܘ .
ܙܩܘ̈ܦܐ ܐܬܡܪܩܘ ܘܐܬܚܢܩܘ ÷

ܡܕܢܚܐ ܒܝܡܝܢܗ .
ܟܠܝܠܐ ܢܩܪܒ ܠܗ .
ܡܢ ܐ̈ܪܙܐ ܘܛܘ̈ܦܣܐ .
ܢܓܕܠܝܘܗܝ ܕܟܠܝܠܐ ,
ܡܢ ܛܘ̈ܪܝ ܩܪܕܘ ,
ܠܩܛܬ ܠܒܘܣ̈ܡܘܗܝ ,
ܡܢ ܬܡܢ ܢܘܚ ܘܫܡ ܘܐܦ ܪܫܗ ܕܥܠܡܐ .
ܡܢ ܬܡܢ ܐܒܪܗܡ ܡܫܒܚܐ ,
ܘܡܓܘ̈ܫܐ ܒܪ̈ܝܟܐ ܘܟܘܟܒܐ .
ܘܦܪܕܝܣܐ ܫܒܝܚܐ ܩܪܝܒܐ ÷

ܡܥܪܒܐ ܬܪܬܝܢ ܟܠܝ̈ܠܝܢ .
ܢܩܪܒ ܢܨܝܚܢ ,
ܟܠܝ̈ܠܐ ܕܪ̈ܝܚܗܘܢ .
ܡܬܦܫܛ ܠܟܠ ܦܢ̈ܝܢ .
ܡܥܪܒܐ ܕܒܗ ܛܒܥܘ .
ܬܪܝܢ ܢܗܝܪ̈ܐ .
ܬܪܝܢ ܫܠܝܚܝܢ ܩܒܝܪܝܢ ܒܗ ܘܢܨܝܚܝܢ .
ܙܠܝ̈ܩܐ ܕܡܢ ܡܬܘܡ ܠܐ ܛܒܥܘ .
ܕܫܡܫܐ ܫܡܥܘܢ ܗܘܐ ܙܟܝܗܝ .
ܘܣܗܪܐ ܠܫܠܝܚܐ ܟܣܝܗ ÷

ܬܝܡܢܐ ܡܢ ܦܐܪܢ .
ܟܠܝܠܐ ܢܩܪܒ ܠܗ .
ܒܦܩܚ̈ܐ ܥܒܪ̈ܝܐ .
ܗܐ ܕܢܚ ܘܡܬܟܠܠ .
ܢܡܘܣܐ ܕܚܝܠܐ .
ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܫܠܡ ܥܒܕܗ .
ܟܠܝܠܗ ܗܘ ܕܡܪܢ ܥܒܕܗ ܘܫܡܠܝܗ .
ܘܦܩܕ ܠܗ ܥܠ ܠܗ ܘܐܬܢܝܚ .

sol ut angeli qui missi fuerunt ad sepulchrum; ascendit luna cum mortuis qui a morte evigilaverant; crucifixores in medio relicti suffocati sunt.

7. Oriens dextera sua coronam offerat ei, ex sacramentis et figuris nectat eam. Arca e montibus Cardu[1] pulcherrimos ei collegit flores; exinde quippe sunt Noe et Sem atque ipsum mundi caput; exinde Abraham illustris et magi benedicti atque stella; paradisus gloriosus in vicinio est.

8 Occidens duas splendidas offerat coronas, coronas suavem per omnes orbis partes odorem spargentes. In Occidente duo astra immerguntur et duo apostoli sepulti jacent; illic perpetuo refulgent radii qui nunquam immersi fuerunt. Simon quippe solem devicit et apostolus (Paulus) lunam operuit.

9. Meridies ex Pharan coronam offerat ei. Ecce exurgit floribus Hebræis exornatus. Lex terribilis quam nemo unquam perficere potuit, corona est quam Dominus noster perfecit et absolvit. Quia porro senuerat, jussit Dominus ut cessaret ac requiesceret. Idcirco in testimonium tantum legitur,

[1] In montibus Cardu arcam requievisse docet S. Ephræmus (*Opp. Syr.-lat.* I, 53), et cum eo Syri.

[2] Vitiatus ut hoc loco codex.